Smithsonian
Institution
Libraries

Gift of
an Anonymous Friend
of the Smithsonian

COMMENTARII DE REBVS IN SCIENTIA NATVRALI ET MEDICINA GESTIS.



VOLVMINIS XXVI. PARS I.

LIPSIAE, MDCCLXXXIV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH
Venduntur etiam
Londini apud Fr. Elmsly; Edinburgi apud Io. Balfour, Lugd. Bat. apud Fratres Luchtmann, Pariſiis apud Barroi ſenior. Venetiis apud Io. Bapt. Paſquali, Milano apud Ioſ. Galeazzi, Auguſtae Taurinor. apud Laurent. Giraud, Holmiae apud Magnum Swederum.

QH 7 C66 v.26 SCNHRB

I.

Kongl. Svenska Vetenſkaps Academiens Nya Handlingar Tom. I. för. År. 1780. Stockh. tryckte hos Iohann Georg Lange 1780. 348 pagg. in 8vo tabb. aen. 9.

i. e.

Ac. Reg. ſc. ſuecicae noua acta T. I. anni 1780.

Annua, quae prodierunt academiae acta, prima quidem 1739, 1740, tomis quadraginta continentur. Verſionis germanicae, quam inde ab uno 1741 Ill. KAESTNERVS dedit, tomi numero uno plures ſunt, annus 1779 quadrageſimo primo verſionis continetur, quadrageſimo ipſo Suecico, ab initio fere vno Suecicorum tomorum in duos germanicos diuiſo. Rarius vero in Suecia integra collectio reperitur. Tum hanc ob cauſam, tum eorum in gratiam, qui recentiores academiae labores cognoſcere auent, impenſas vero pro tot voluminibus erogandas reformidant, *nouorum actorum* titulo inde ab anno 1780 prodire iubet academia. Ceterum et ſcripta eiusdem generis ſunt, ac illa, quae antiquioribus 40 tomis continentur, et ratio editionis omnino eadem eſt. Praemittuntur nomina eorum, qui Societati adſcripti anno 1780 vixerunt. Rex Sueciae Protectorem Academiae ſuae appellari ſe permittit.

Trimeſtre primum.

p. 1. I. IO. CAR. WILCKE experimenta edit, explicandis phaenomenis turbinum aqueorum (*Waſſerhoſen*). In vaſe vitreo cylindrico, aqua pleno, gyrat filum ferreum bis ad angulum rectum inflexum, circa axem verticalem; ita vortices excitat, quos deſcribit, et cum preſtere comparat.

p. 18. II. De *ſpathoſo fluore* (Flusſpath) denuo agit CAR. WILH. SCHEELE. Ea, quae dixerat anno 1771, tuetur contra clariſſimos BOVLLANGER et MONNET. BOVLLANGER acidum ſpati pro acido ſalis habet, terrae cuidam arctiſſime vnito, quoniam acido ſpati, ſolutiones argenti et mercurii praecipitauerit, ex priore lunam cornuam obtinuerit, ex altero praecipitato

p. 20 poſt ſublimationem, mercurium dulcem. Id vero contigiſſe monet SCHEELE, quod ſpatum hoc, aeque ac alia producta calcarea, pauxillum ſalis admixtum habeat, id quomodo ſeparari poſſit docet, deinde, quod

p. 22. BOVLLANGER expertus eſt, locum non habere. Cl. MONNET, ſpato nec acidum nec calcem ineſſe contendit, ſed hoc lapidis genus, quantitati, quae ſufficiat, acidi vitriolici vnitum, volatile reddi, et hoc eſſe, quod acidum ſpati dicatur, reſiduum in retorta ſal cryſtalliſatum, non eſſe ſeleniten, ſed aeque, ac cruſtam ſublimatam, nulla re opus habere, praeter acidum vitrioli, ut in acidum ſpati mutetur. Miratur Cl. SCHEELE, terram, quae cum ipſa fixa ſit, nihilominus abſque igne ita volatile reddere acidum vitrioli, vt vnita aerem efficiant, in frigore adhuc elaſticum. Sibi vero experimentis conſtare, nihil acidi vitrioli contineri acido ſpati, acidum vitrioli, quod in deſtillatione adhibuerat, omne reſiduum in retorta reperiri, baſi ſpati unitum, quae baſis calx ſit. Haec vberius perſequitur, contendens minus ſollicite in experimentis inſtituendis verſatum eſſe Cl. MONNET.

p. 26. III. PET. IAC. HIELM *ligni, in carbones abeuntis, volumen quomodo mutetur.* Fruſta ligni, quercus, betulae,

DSI

tulae, pinus, abietis, datae magnitudinis, retortae ferreae immiſſa, in carbones mutauit: euentus experimentorum, qui, ut facile intelligitur, non omnes iidem ſunt, exponit. Summa eſt: carbones paulo plus dimidium occupare eius ſpatii, quod lignum occupauerat. Varia ad artem carbonariam, nondum ſatis pro vtilitate, quam praeſtat, excultam, monentur.

IV. ANT. MARTIN ROLANDSSON, deſcribit et depingit *vermem habitantem in inteſtinis Oſmeri,* item *Gadi lotae.* *Corpus* molluſcum albo flaueſcens vel album, ab extremitate poſtera ſenſim latius, obſolete articulatum, hinc totum in et retractile. *Cauda* truncata, *vertice* gibbum, ſubtus velut inflatum, quo *os* vel *roſtellum* paulo inflexum e vagina exſerit, intra cutem retractile, ſubtus papillis rubris ad latera fulcitum, a duarum vel trium linearum ad pollicis latitudinem ſe pandit, nullo alio motu locali donatur. Ore affixum inteſtinis adhaeret. Tanquam *Aſcidia* LINN. e ſiphone aquam ſpargere videtur. Figura ſiphoni non abſimilis eſt. Inſerto roſtello in inteſtina hydatides producunt. Forte ab iis etiam magna parte oritur foetor, piſcium inprimis aeſtate. Minus conſpicui ſunt vermes hyeme, et initio veris, tunc etiam minus foetent piſces, et a vulgo comeduntur. p. 44. p. 48.

V. *His quaedam addit* ERIC. ACHARIVS Med. Cand. Ac. Reg. auſcultans. Hic quidem piſces e lacu Malar obſeruauit, MARTIN in Finnia, quod locorum diſcrimen efficit, vt et obſeruationes aliquantum differant. Rariores vermes ERICVS reperit in piſcibus ex lacu. Inprimis vero hamulos ad roſtrum obſeruauit, quibus vermes adhaerent. Itaque nouum genus efficere hos vermes contendit, cui nomen dat: *Acanthrus;* characteres ſunt: *corpus* fuſiforme, laeue, ſubrugoſum, pone attenuatum, obtuſiuſculum, peruium. *Roſtrum* cylindricum, ab apice retractile, hamulis per ſeries alternatim digeſtis recuruis, obſi- p. 49. p. 50.

A 2 tum.

tum *). Odorem piſcis contendit non eſſe a vermibus, ſed veroſimilius, quod eo tempore piſces propagationi incumbant. Nam inde a Maio ad Septembrem, in piſcibus viuis a ſe examinatis rarius vermes
p. 51. reperit. Hydatides etiam nullas vidit, ſed quae ad naturalem corporis conſtitutionem pertinent, inteſtinula coeca, circa pylorum ad initium inteſtini, qualia frequenter in genere Salmonum reperiuntur. Alia quaedam lectu digna addit de vermibus in piſcibus repertis.

p. 53. VI. CAR. PET. THUNBERG de *Cinamomo* edit, quae ipſe in inſula Ceilon expertus eſt. Genuinum cinnamomum obtinetur a *Lauro cinnamomo*, arbore mediocris magnitudinis, quae foliis latioribus et minus acuminatis diſtinguitur a *Lauro Caſſia*, haec quidem rudius cinnamomum praebet. Videntur tamen *Laurus caſſia* et *cinnamomum* varietates ſolum diuerſae eſſe a climate et ſoli conditione oriundae. Optimum cinnamomum, flexile eſt, tenue, chartae, quam regalem vocant, craſſitie, flaueſcens aut in colorem fuſcum inclinans, ſaporis ſubdulcis, ardoris ſenſum in lingua non excitans. In litore inſulae, qua Orientem et Auſtrum ſpectat, ſiluae ſunt, in quibus inprimis creſcunt arbores: earum plures enumerantur, ſiue ſpecies, ſiue varietates, non omnes cinnamomum aeque bonum praebentes. Rami triennales reſecantur, quorum epidermide ſublata, cortex, cinnamomum, cultrorum ei negotio aptorum ope, auellitur. Id natiui inſulae incolae praeſtant, omnia exhibent iis, quibus hoc negotium commiſit Batauorum ſocietas Indiae Orientalis. Omne inſulae litus circumcirca tenent Bataui, vt nihil cinnamomi, ipſis inconſultis, efferre poſſit rex barbarus, medium inſulae tenens. Cinnamomum in faſciculos colligatum ſaccis inditur duobus, altero alterum continente, ita ad naues

*) Ad illud genus vermium pertinet, quod a Cl. O. F. MÜLLER *Echinorynchus* dicitur. vid. Zool. dan. Vol. I, II.

ues defertur, et libere ipſi iniiciuntur grana piperis nigri, quae, cum calida ſint et ſicca, humorem ex cinnamomo attrahunt, efficiuntque vt ipſum in itinere melius euadat. Inde ab anno 1760, curante gubernatore *Falk*, coeptum eſt variis in locis, inſtar hortorum ſeptis, plantari arbores, vnde cortex ramorum commodius haberi poſſit. Quod cinnamomum inde obtentum 1775 in Europam mittebatur, non omnino placuit; itaque pars eius in inſulam rediit, quam ſapore orbam THVNBERG ipſe reperit, ſiue quod arbores, unde ſumti erant rami ipſi, iuniores fuerint: triennales enim rami in ſyluis ex arboribus aetatis prouectioris reſecantur; ſiue quod non omnia in transmittendo inprimis reddendo hoc cinnamomo recte curata fuerint. Oleum cinnamomi deſtillatur ex fruſtis, quae decidunt dum in faſciculos colligitur, prius in aqua maceratis, deinde aqua cum fruſtis retortae cupreae immiſſa, ex qua, lento igne, in recipiens vas vitreum apertum vrgetur prima aqua cinnamomi, poſt illi ſupernatans oleum, quod in vaſa colligitur, ab iis, quibus ea res committitur, obſignata. Quantum olei obtineatur ex dato fruſtorum pondere, reſciſcere Noſter non potuit, quod id prodere non ſit e re pharmacopolae, qui deſtillationem peragit; id tamen certo comperit a pharmacopolis Indiae ac Batauiae, carius venire oleum cinnamomi, quod ex emto cinnamomo ipſi deſtillarent, quam quod modo, quem diximus, deſtillatum emerent. Contra oleum caryophyllorum ex caryophyllis emtis vtiliter deſtillari. Vncia olei cinnamomi in inſula conſtat Thaleris Hollandicis (*Holländiſche Reichsthaler*) 9¾, in Europa florenis hollandicis 30, 40, aut pluribus. (Cum Thalerus contineat florenos duos cum ſemiſſe, vnciae pretium in inſula eſt florenorum 24⅜.)

p. 63. p. 64. p. 65. p. 66.

VII. IO. I. de BERGER, *Archiater Regis Daniae*, de Morbo agit, qui *Angina Pectoris* dicitur medico Anglo *Heberden*, (Medical Tranſactions — of Lon- p. 67.

don Vol. II. p. 59. ſeq.) Primum deſcriptio morbi ex Anglo exhibetur, cui adduntur, quae habet FOTHERGILL *Medical Obſervations and Inquiries by a Society of Phyſicians in London.* Vol. V. p. 233. Habent Angli morbum pro nouo, nondum deſcripto,
p. 69. vix ſanabili. DE BERGER quaerit, cur anginam appellent? quam ſemper febris comitetur et inflammatio. Ipſi morbus nihil aliud eſſe videtur, quam *aſthma conuulſiuum* diu notum, de quo commemorat locum WILLISII de morbis conuulſiuis p. 138. vbi aſthmatis huius cauſſa quaeritur in materia irritante neruos, qui bronchia circumdant, quo ſit, vt bronchia conſtringantur aut alicubi omnino occludantur. Iam BERGERVS tres hiſtorias refert aegrorum, quibus ea contigerant, quae ad anginam pectoris referunt Angli, omnibus vero profuit ſolutio gummi guaiaci in
p. 73. aqua. Vnde colligit, non inſanabilem eſſe morbum, cauſas eius plerumque redire ad materiam rheumaticam; remedium eſſe ſolutionem, quam diximus: item fonticulos in pedibus excitatos. Remedii praeparationem deſcribit, qualem Berolini accepit. Gummi, vel rectius reſinae Guaiaci, vncia dimidia teritur cum drachmis duabus gummi arabici; id ſoluitur in nouem vnciis aquae hyſſopi aut alius deſtillatae, addita ſemuncia ſacchari. Mane et veſpere ſumuntur duo cochlearia, poſt bibitur quarta menſurae pars (*Quartier*) iuſculi ex hordeo perlato, aut decoctum auenae, quod nunquam negligendum eſt. Id remedium aluum laxat bis aut ter die, quod requiritur, et ei fini obtinendo doſis attemperatur. Interdum leuis ſaliuatio oritur, ceterum promouet tranſpirationem inſenſibilem, aut lenem ſudorem ciet. Hanc guajaci ſolutionem tutiorem praedicat illis, vbi ſpiri-
p. 73. tuoſa adhibentur, inprimis quae ex Gallia aut potius America, ſpiritu Sacchari (Rum) adhibito commendatur contra podagram, quam initio vſum polliceri, poſtea magis nocere expertus eſt.

VIII.

VIII. NIC. SCHENMARK, *ſitus geographicos variorum locorum* litoris Scaniae, Hallandiae et diſtrictus Bohuſienſis continuat poſt illa, quae hoc de negotio dixerat in actis 1774. p. 74.

Trimeſtre ſecundum.

I. WILKIVS *ad turbines aqueos explicandos* (Trim. I. art. I.) alia experimenta excogitauit. Redeunt illa ad aquam, e vaſe cylindrico, cuius axis verticalis, per foramen fundi horizontale et circulare effluentem, ſiue ſoli grauitati relictam, ſiue in gyrum actam. Cum haec experimenta ad motus fluidorum pertineant, etiam praeter ſcopum, cui noſter illa deſtinat, cuiusdam in hydrodynamia vſus eſſe poſſunt. p. 83.

II. PETR. IO. BLADH deſcribit *fulgura duo in nauem ſuecicam in India Orientali delapſa*, adiectis variis, quae ſiue ad phaenomena fulminum pertinent, ſiue ad filorum metallicorum, quae alio debent fulminis materiam ducere in primis nauibus applicatorum vſum. Illa enim vix prodeſſe exiſtimat, niſi paulatim materiam fulminis abducere poſſint; magnam materiae copiam, quae vno ictu exploditur, recipere non poſſe. Ferrum rubiginoſum minus allicere materiam fulminis. p. 102.

III. *De lacte, inprimis acido eius*, agit CAR. WILH. SCHEELE; multorum vero phaenomenorum eo pertinentium cauſſas, dubias adhuc pronuntiat, quarum explicandarum coniecturas edit; vt: coagulari lac a ſalibus mediis et neutris, gummatibus, et ſaccharo, quod ad illa maior ſit aquae affinitas, quam ad materiam caſeoſam. Nihil ad caſeum magis accedere albumine oui, et id ſolo calore coagulari, nulla ponderis imminutione, quod inde fieri credit, quoniam et caſeus et albumen acidis vniantur et ab iis coagulentur, omnes vero materiae, quae acidis vniuntur, etiam cum materia caloris vniantur, in quo haec ma- p. 116. p. 118.

teria acidis ſimilis ſit, itaque materiam caloris chemice
p.121. vniri albumini, vnde illud indureſcat. Continere vero acidum lactis, ſal eſſentiale, terram animalem, ſaccharum lactis, pauculum alcali vegetabilis ſaliti, et aliquid mucilaginoſi. Quae quibus artificiis ſeparauerit, et acidum lactis, quantum chemia obtinere poteſt, pu-
p.123. rum obtinuerit, prolixius deſcribit. Eſſe vero acidum lactis peculiaris naturae deſtinatum, ſi ita loqui fas eſt, vt in acetum abeat, non autem fieri acetum, quod materia ipſi deſit, quae dum fermentet, ſpirituoſi quidpiam producat: neque enim acetum naſci ſine fermentatione ſpirituoſa. Si menſurae (*Kanne*) lactis admiſceantur ſex cochlearia boni ſpiritus frumenti, mixtura, calori, qui paululum excedat calorem aeſtatis, exponatur, probe occluſa, niſi quod interdum exitus aliquis aperiatur aeri ex fermentatione nato, menſis circiter tempore, ſerum lactis abire in acetum validum, quod filtrari poſſit et in lagenis ſeruari.

p.125. IV. ARVID. FAXE, M.D. *de potu ex ramis abietis praeparando.* Vſus eſt ramis abietis ſuecicae imitans incolas Americae borealis. Extractum etiam obtinuit, adfuſa aqua cereuiſiae efficiendae idoneum. Id nauibus datum, in itineribus maritimis cum fructu adhibitum eſt, vel ob vires medicas decocti ramorum abietis nautis commendabile.

p.130. V. CLAVD. BJERKANDER edit *Calendarium Florae anni 1779* in Gothia occidentali. Quatuor priores eius anni menſes tempeſtate fuerunt praeter conſuetudinem miti, vnde et plantae citius progerminauere et alia acciderunt, quae a veris aduentu ſolito citiori exſpectari poſſunt.

p.135. VI. CAR. PET. THVNBERG deſcribit *Weigelam Iaponicam*, nouum plantae genus, quod in Iaponia reperit, Kaempfero iam viſum, ſed minus exacte in Amoen. exot. deſcriptum. Noſter nomen ipſi dat a Profeſſore Gryphiswaldenſi, ſcriptis ad naturae hiſtoriam pertinentibus celebri. Facies Lonicerae eſt, ad quam

quam referri poſſit, antequam exactius examinetur. Tunc vero oſtendit aliquid omnino a conſueta plantarum ſtructura recedens: ſtylum e baſi germinis filiformem, corolla paulo longiorem, cui ad complendum characterem genericum addit noſter: ſemen unum; ſtigma peltatum. Plantam refert ad ſyſtematis claſſem quintam, ante *Plumbaginem*. Addit figuras, quae et plantae habitum, et in flore ſecto piſtillum germini ad latus inſertum oſtendant. p. 140.

VII. PETR. ADR. GADD *iis, qui alpes Suecicas incolunt, conſilia oeconomiae rurali recte inſtituendae* tradit, quae genera frugum colere debeant in regione, cuius breuis, at, dum durat, calidiſſima eſt aeſtas cet. Inter labores, qui poſſint occupare tempus a grauioribus liberum, nominat etiam collectionem herbarum officinalium, quales ſunt: Rhodiola *roſea*, Angelica *ſatiua*, Gentiana *lutea*, Muſcus *Islandicus*, Gentiana *niualis*, quarum floribus Lappones colore coeruleo nigricante tingant. Venire in has Alpes vicinos Noruegos, et ibi has plantas colligere, quas Batauis vendant, a quibus remitti rurſus ſibi curent pharmacopolae Suecici. p. 143. p. 155.

VIII. AXEL BERGENSTIERNA de *ſtanni plumbique mixturarum examine*. Vtuntur modulo ſphaerico, cui ſtannum infuſum, poſtquam riguit, globum efficiat ponderis 100 partium, plumbum 153. Iam eidem modulo infundunt mixtum ex vtriſque metallum, ex globi, qui inde naſcitur, pondere quantum cuiuſuis metalli inſit, computant lege, quam Archimedes inuenit. Ita praecepit SCHEFFERVS in comm. anni 1755.; BERGENSTIERNA vero monet, mixturam denſiorem fieri, quam lege Archimedea eſſe deberet, qui error exiguus ſit, ſi alterutrius metalli parum in mixto contineatur, itaque tabulam edit, quae tutius adhiberi poſſit. (Legem Archimedeam hic non tuto applicari monuit ad illud Schefferi ſcriptum KAESTNERVS in verſione ſua, et calculis comprobauit, quos ad p. 156.

BRANDII experimenta in commentariis 1744; inſtituerat. Idem Kaeſtnerus, de metallorum examine hydroſtatico egit in Commentariis Soc. Reg. ſcientiar. Gottingenſis 1775, ubi etiam oſtendit, Archimedis regulam minus fallere, cum alterius metallorum parum ineſt mixto.)

Trimeſtre tertium.

p.162. I. SVEN RINMAN de *colore viridi ex cobalto* pictoribus vſui futuro. Adhibuit cobaltum, ex cupri fodinis montis Tuna (Tunaberg) in parte Sueciae, quae Soedermanland dicitur. Id cobaltum admixta habere arſenicum, acidum ſulphuris et ferrum, nihil omnino cupri, niccoli, biſmuti. Ex eo variis modis colorem viridem obtinuit, quorum unum excerpemus. Regulum cobalti in puluerem tenuem redegit terendo, digeſſit in ſpiritu ſalis puro, quem Cl. SCHEELE deſtillauerat, ſolutio, graminis colorem viridem referens, aqua diluta, infuſa laminae zinci, vehementer egit in zincum, colorem rubrum roſarum obtinuit, zinco ſaturata, per filtrum transmiſſa eſt, poſt praecipitata ex illa calx coloris viridis, multo plus zinci, quam cobalti, continens. Ita multum ferri ſeceſſit a cobalto, cruſtae griſeae modo inſidens laminae zinci, cuius pauxillum a magnete trahebatur. Quod alcali praecipitauerat, edulcoratum, in catillo calcinatum, primo calore antequam canderet, viridem colorem exhibuit, calore vehementiore, quo albedo candenti inducitur, ille color elegantior factus, lucidus, pulcher, quem *çeladon* appellant. Is cum aqua

p.166. (margin)

p.169. (margin)

p.168. tritus, aut aquae gummatae mixtus pigmentum egregium, quod ab aqua appellant (*Waſſerfarbe*), praebuit. Solem et aerem tolerauit, item acida vegetabilia, nihil mutatus, a mineralibus in rubrum abiit. Permiſit etiam teri cum oleo terebinthinae, et miſceri vernici ex oleo lini, atque ſic illini ligno et ferro. Haec quidem communia habuit color, modo, quem

diximus

diximus, praeparatus, cum coloribus etiam ex eodem cobalto aliis modis obtentis, ſed inter omnes pulcherrimus. Tentamina haec etiam eo fine inſtituit RINMAN, ut inueſtigaret, unde oriatur color viridis p. 172. calcis cobalti, item ut, quomodo calcum metallicarum color optime figeretur et durabilis redderetur, reperiret. Primae quaeſtioni, reſponſionem, quae ſatisfaceret, non reperit, id tamen effectum eſt experimentis, colorem viridem vnice deberi cobalto cum zinco unito, nihil ad illum facere niccolum, cuprum, ferrum; produci autem et figi colorem viridem colligit nulla alia calce metallica earum, quas adhibuit, praeterquam zinci. Ceterum aliis tentaminibus meliora nos doceri poſſe non negat.

II. IO. CAR. WILKE *machinam* deſcribit a magno p. 175. Mechanices artifice *Polhem* inuentam. Eſt epiſtomio, vaſi inſerendo, addita ſtructura, quae efficiat, vt non plus vini aut cereuiſiae educi poſſit, quam vult, qui epiſtomium, ope clauis adiunctae ad certam menſuram fluidi emittendi velut occluſit.

III. ANDR. MAGN. WAHLIN Med. Provinc. Ion- p. 188. kopingenſis, deſcribit *empyema pectoris, a coſtis ante 30 annos fractis*. Sacerdoti aetatis circiter 48 annorum, eo vſque, vt videbatur, bene valenti, anno 1773 contigit, vt difficilius per aluum egereret, obſcuros dolores ſentiret in latere dextro ſub infima coſta vera, interdum etiam ſpaſmos in pectore, quales hypochondriaci ſentiunt. Cauſſas varias diuinarunt, ut haemorrhoides coecas, vitam ſedentariam, hepatis vitium: ceterum nec febrem ſenſit, nec ſomno caruit, cibos appetiit et bene digeſſit, cubare in latere ſiniſtro non potuit, quod tunc coſtae dextrae cum dolore velut traherentur. Vere anni 1774. humerus ſiniſter, altius eminere coepit, thorax oblique deſcendere et pectus dextrum trahi verſus interiora. Remediis variis uſus eſt, in primis acidulis pyrmontenſibus, profectus etiam cum medico, qui haec refert,

fert, 1775. ad fontem ſalutarem *Medevi.* In itinere demum aperuit medico, ante triginta circiter annos, traha vectum, equo celerrime currente, pectus ve-
p.191. hementius impegiſſe in traham, vnde, fracta una coſtarum, et pluribus violenta preſſione turbatis, miſere decubuerit, a chirurgo, ut rebatur, ita ſanatus, ut poſtea nihil mali ſenſerit. Iam medicus, cauſſa morbi cognita, parum praeſidii ab aquis exſpectabat, paracenteſin, quod et ab ea non multum ſibi promitteret, renitenti aegro perſuadere noluit. Igitur adhibitis quae lenirent dolores, ſpiritus corpus eneruatum initio Auguſti 1776. reliquit. Acceſſit medicus die poſt obitum, ut cadauer examinaret, quod non niſi ſecreto et propere, nocte, ad candelae lucem facere licebat.
p.192. Aperto cauo thoracis, ex dextro latere magna in copia effluxit materies tenuis foetens, ſterno magis ſeparato aparuerunt pulmo ſiniſter, cor, et mediaſtinum velut in angulum aliquem caui thoracis ſiniſtri, in altum compreſſa, dexter pulmo in tabem diffluxerat, et pars ſiniſtri, cuius reliquum molle erat et maculoſum, mediaſtinum corroſione in fruſta ſciſſum. Dextrarum coſtarum vera ſecunda, manus transuerſae diſtantia a ſterno, retro curuata, carioſa, tertia propius ad dorſum duo loca carioſa oſtendebat, oſſa haec fragilia cum flecterentur, materiem ex aperturis fiſtuloſis emittebant, quarum quatuor ſtatim apparebant, ſed illarum ductum perſequi propter anfractus non dabatur. Preſſis muſculis, ſerrato maiore, pectorali, deltoide, materies ex quatuor illis aperturis manabat in thoracis cauum. Separatis igitur his muſculis, truncus fiſtulae maioris repertus eſt, qui iniici poterat in cauum thoracis, deſcendebat vero per muſculum intercoſtalem, progrediens ſub ſerrato maiore et pectorali, arcum formans ſub deltoide, ubi ceteris fiſtulis iungebatur. Accuratius omnia examinare non licuit. Igitur, ut colligit Noſter, ex liquore ſtatim poſt ictum et fracturam collecto, paullatim fiſtulae natae, pus autem

autem in ſaccis ſeruatum, donec illis ruptis in cauum thoracis profluxit.

IV. CLAUD. BIERKANDER deſcribit *laruas duas inſectorum Napobraſſicam infeſtantes.* Altera plantas ipſas adgreditur, abit in curculionem, qui ipſi *C. Napobraſſicae* dicitur; altera radices perterebrat, mutatur in *Muſcam napobraſſicae*; optime ſe habet in terra arenoſa, vnde remedium contra illam eſt, plantas immittere terrae pingui, radices laeſas eximere, antequam laruae ex illis terram ingrediantur, in pupas abiturae. Curculionibus allii odor ingratus eſt, vnde forte hoc et aliis plantis olentibus poſſent abigi. p. 194.

V. ANDR. SPARRMANN deſcriptam et depictam ſiſtit *Antilopen ſyluaticam,* animal Capitis Bonae Spei, nulli adhuc Zoologorum notum. Colonis *Boſch Bock* dicitur, caper ſylueſtris. Equidem in deſcriptione pelle ſola animali detracta vſus eſt, cuius crines, colores, maculas, cet. copioſe deſcribit, cornuum etiam varie intortorum ſtructuram; ipſum vero animal viuum etiam vidit, et de eius oeconomia varia refert, quae ab auctoribus fide dignis accepit. p. 197.

VI. REINHOLD RUCKERSCHÖDD docet, domorum lignearum parietibus inducere mixturam ex argilla, calce et ſcobe, quae pinu aut abiete ſerra ſectis naſcitur. Huius pigmenti vſum in conſeruandis et ornandis parietibus praedicat, ea etiam re credens operae pretium ſe facere, quod oſtenderit adhiberi poſſe ſcobem illam alias inutilem. Praeterea, ex aedificiis antiquis, quae dirui oportet, oſtendit, ligna cum fructu nouis conſtruendis adhiberi. p. 203.

VII. PETR. WÅSSTRÖM *probat id inuentum*, etſi ipſe non tentauit. Scobem limo, ex quo lateres formantur, vtiliter adhiberi experimento didicit. In coctis lateribus nullum veſtigium ſupereſſe ſcobis aut locorum, quae occuparunt, ſed denſi et firmi facti ſunt. Addit varia ad id aedificandi genus pertinentia. p. 228.

VIII. SAM. ÖDMAN, *Mergum albellum* non eſſe foemi- p. 237.

foeminam *Mergi Merganſeris*, contendit, contra Cl. PALLAS, qui id adſeruerat in comm. Petrop. 1779. Accidit enim ODMANNO mergum albellum nanciſci 1775. ſolitarium tunc apparentem, cum nulla auis aquatica alia adhuc conſpiceretur. Ictu globi occiſa auis foemina, quod *M. Albellus* ſit, certus factus eſt LINNEI Fn. Suec. no. 137. et HASSELQVISTII, cui Tinus vocatur p. 269. deſcriptionibus. Plurium incolarum eius loci, vbi auis occiſa eſt, nullus illam nouerat, cum tamen hi homines a prima iuuenta auibus aquaticis feriendis occupentur, et omnes exacte noſcant. Scilicet rariſſimus eſt *M. Albellus*, vulgatiſſimus *Merganſer*.

p.240. IX. PET. ZETZELL opem tulit viro, cuius ventri inſidebat, manum transuerſam ſupra vmbilicum, *acarus reduuius* frictione, percuſſione, aut alio mechanico modo non remouendus. Inſectum caput et anteriorem ſcutelli partem cuti inſeruerat, poſteriore prominebat ex fouea, quam fecerat, lympha madente. Nihil ipſi obfuit oleum, quo Noſter primo illud obtexit. Deinde illiniuit ſpiritum frumenti rectificatum, a quo ſtatim necatum eſt inſectum, corpore in minus volumen coarctato, iam forcipe eximi potuit, vulnuſculum octo horarum ſpatio ſanatum eſt, impoſito linteo, cui ſebum illitum erat. Sunt inſecto, ad quoduis latus roſtri acuti, ſeptem vnci oblique verſus ſuperiora vergentes. Illis in fouea, quam roſtro fecit, ſe retinet. Forte camphora, oleo tabaci, cet. effici poſſet, vt vncos illos retraheret, quod, ſi occaſio ferat, tentari ſuadet, ſimul profuturum ad theoriam ſcabiei, ab A. Siro pendentis. Quod mali hic acarus produxit, appellari poſſet: PSYDRACIA *ab acaro reduuio*. Lympham ſanguinis roſtro animalis ad nutrimentum ſuum attrahi iudicat. Quod inſectum canes infeſtet, ab illis ad homines transire creditur. Sed vir, cui hoc contigerat, nullis canibus vtebatur. Forte, a bobus, in quibus etiam reperitur, delapſum, in induſium, poſtquam lotionem ſubierat, in terram expanſum incidit. Tri-

Trimeſtre quartum.

I. PETR. VARGENTIN de opinione, quae inde ab aliquot annis in Suecia inualuit: *magnam Suecorum copiam quotannis emigrare*, oſtendit, errorem natum, partim ex numeris hominum, non ſatis exacte in tabulas relatis, partim ex aliis cauſſis; multitudinem vero eorum, qui patria excedunt, parum ſuperare exterorum numerum, qui ſedes in Suecia figunt. p.243.

II. GERH. MEIJER deſcribit *machinam, viribus pulueris pyrii examinandis idoneam.* Experimenta in aedificio vndique occluſo inſtitui poſſunt. Globus ex mortario proiicitur, qui, quantum adſcenderit, faſcia ſericea, quam poſt ſe trahit, notatur. p.265.

III. CAR. WILH. SCHEELE *de acido ſacchari lactis.* Saccharum lactis deſtillatum eadem praebet, quae ſaccharum vulgare, niſi quod oleum empyreumaticum aliquid ſalis benzoini oleat. Sacchari lactis depurati, in puluerem tenuem redacti, vnciis 4, adfudit vncias 12 acidi nitri diluti, retortam addito recipiente immiſit balneo arenae, quod vehementer efferueſceret cum paululum incaluiſſet, remouit ex arena et menſae impoſuit, vbi durauit efferueſcentia, prodeunte magna copia aeris nitri et acidi aerei, vnde ſatis magnam oportet eſſe cucurbitam, et recipiens non ſumme exacte luto adiunctum. Cum ceſſaret efferueſcentia, rurſus retorta arenae immiſſa, et acidum nitri deſtillatione ſeparatum, donec mixtum flaueſceret, tunc retorta ex arena ſublata. Duobus diebus elapſis, nihil mutationis conſpectum, igitur octo vnciae eiuſdem acidi nitri adfuſae, et cucurbita denuo balneo arenae commiſſa, repetendo, quae ante dicta ſunt. Materia ſpiſſior, quae ſupererat in cucurbita, octo vnciis aquae ſoluta et filtrata; Manſit in filtro puluis albus, $7\frac{1}{2}$ drachmarum, quod filtrum tranſierat, ſaporis acidi erat, ad ſpiſſitudinem Syrupi euaporato adfuſae 4 vnciae acidi nitri rurſus fluidum in p.269. p.279.

vapo-

vapores abactum. Cum omnia refriguiſſent, repertae cryſtalli paruae, longae, acidae indolis, in quas tandem, repetitis ſimilibus operationibus, omnis materia abiit; Hoc ſal in omnibus ſe habuit, vt acidum ſacchari. Puluerem album, qui in filtro remanſerat, re-
p.272. perit etiam ſal eſſe, cuius ſolutione tinctura laccae rubra fieret, et quae efferueſceret cum creta, inter acida vegetabilia reponendum, nomine *acidi ſacchari lactis.* Eius habitum ad alcalia, terras, metalla porro recenſet.

p.275. IV. ANDREAS SPARRMAN deſcribit *Gazellae ſpeciem Capenſem*, quam a ſaltibus, quos facit, altiſſimis, incolae *Springbock* vocant. (SPARRMAN ipſi nomen dat: *Luftſpringergazelle*). Copioſus eſt in colorum, quibus diſtinguitur, varietate enarranda, et pulcherrimum fere inter animalia eiuſdem generis pronunciat. Figura additur: PENNANTVS animal vocat: *White Antilope*: PALLAS nomen ipſi dat: *Antilope Pygargus*. Quod in ſyſtemate Naturae, *Ceruicapra* vocatur, non idem eſſe poteſt, cum animali multum diſſimilis ſit HOVTTVINII figura, quae ibi tamquam bona laudatur.

p.282. V. TORBERN BERGMAN *Platinam*, *Niccolum*, *Cobaltum et Magneſium* ope *praecipitationis* examinat. Soluit has materias ſingulas in acidis, et ſolutioni dilutae incum zimmiſit. Cum locus hic non ſit experimentis ſingulis enarrandis, exhibemus, quae Ip-
p.289. ſe colligit. Platina, non deſtructa a zinco praecipitatur, igitur non conſtat ex auro et ferro: tunc enim decomponeretur, quoniam aurum a zinco praecipitatur, non vero ferrum. In praecipitato ne micam quidem ferri BERGMANNVS reperit. Niccolum, cobaltum, et magneſium non aliter a zinco praecipitantur, niſi quatenus ipſis aliena admixta ſunt. Igitur, cum zincum metalla nota omnia praecipitet, ferro ſolo excepto, ſequi videtur duorum vnum: vel eſſe me-
p.290. talla haec ferri varietates, vel ab aliis omnibus metal-

lis

lis diuerſa. Primam ſuſpicionem aliis ait confirmari, vt: magna illa formarum, ſub quibus ferrum apparet, varietate, coloribus variis, quae a ferro naſcuntur, etſi non omnino iisdem, quos haec metalla praebent, difficultate, qua ferrum admixtum ab his metallis ſeparatur, quod de niccolo, diſſertatione ſua de hoc metallo, enarrauit. Regulus niccoli quo purior a ferro admixto factus erat, eo plus ferreae naturae, magnete adhibito, oſtendit, ipſa fruſta reguli comminuti ſe mutuo attraxerunt. Qui reguli magnetem non ſequuntur, magis depurati, obedientes fiunt magneti. Cobaltum et magneſium tenaciter ferrum p.291. retinent, et ex variis materiis attrahunt. Niccoli et cobalti reguli puri, ſoluti, ad ſiccitatem cocti, nullam ochram dimittunt, quod quidem ferro ſemper contingit. Ex his tamen nihil certi colligitur, donec puri ferri quidpiam ex niccolo, cobalto aut magneſio puris producatur. Sunt enim, quibus a ferro differant, vt, quod calcinationi fortiſſime reſiſtant et malleabilia maneant. Ineſſe igitur oportet illis, praeter ferrum, aliud quoddam metallum, calcinationi obſiſtens, malleabile, difficulter fuſibile, grauius ferro, a zinco non praecipitandum. Et ſingula haec metalla inter ſe differunt. Subiungit, recentiores quos- p.293. dam, inprimis in Saxonia, negare, id cobalti, quod vitrum tingit, metallici quidpiam eſſe, inprimis eam ob cauſam, quod minera quaedam cobalti (*Coboltmulm*) vitrum tingat, regulum non praebeat. Etſi vero hanc mineram examinandi occaſionem non habuerit, credit tamen regulum vulgaribus modis ex illo forte non obtentum, quod ab arſenico libera fuerit; cobaltum enim, arſenico liberum, difficillime fundi. Ipſe, ex variis vitris cobalto tinctis, regulum ſemper obtinuit, ſed exigua copia, cum magna tingendi vi polleat hoc metallum.

VI. PETR. ADR. GADD deſcribit *Lapidis ſciſſilis* p.294. *venas in Finnia* et tabulas aedibus tegendis, quae inde eruuntur.

p.303. VII. IO. THEOPH. NATHORST, Holmiae Chir. vrbis, enarrat, quo modo *fracturae oſſis occipitis trepano ſuccurrerit.* Mercator, ipſe equos ante rhedam recturus, cum illi curſu vehementiore fugerent, ex aurigae ſede cecidit, occiput in lapidem impegit.
p.304. Fiſſura a medio oſſis occipitis dimidium digiti transuerſi a ſutura lambdoidea tranſuerſim verſus dextram adſcendebat, digitum longa, latitudine calami pennae gallinae. Eam partiebatur alia fiſſura oriunda a latere inferiore prioris, perpendiculariter procedens ad illum ſpinae cruciatae locum, quo os occipitis tranſuerſim diuiditur. Pars oſſis diametro 8 linear. a primae fiſſurarum latere ſuperiore vſque ad ſuturam lambdoideam depreſſa erat. Primis tribus diebus, aeger ſolum querebatur de dolore capitis, non in loco laeſo, ſed qui circa totum caput extenderetur. Pulſus ſanus erat, capitis dolor vena ſecta minuebatur. Quarta vero die, auctus dolor capitis, vmbrae ante oculos volitantes, pulſus paruus. Igitur ſuadente Cl. ACREL, cuius conſilium et ante erat adhibitum, iam
p.305. trepanum applicabatur, coronae parte tertia ſuperiore, fiſſuram primo loco nominatam occupante. Pus nullum effluebat, dura mater naturali ſuo colore gaudebat; pars cranii depreſſa rurſus eleuabatur. Aeger debilis erat, pulſus paruus, tertia die poſt operationem redierunt vires, aeger ſenſim ſenſimque melius ſe habuit, ſeptimana 13 poſt operationem, qua haec ſcripta ſunt, extra omne periculum iudicabatur. Tam
p.306. benigna fuiſſe ſymptomata ita explicat: Partem puris ex fiſſura adeo magna effluxiſſe, profundius, quam ad ſpinam cruciatam, deſcendere non potuiſſe pus, ibi tentorio ſuſtentatum, itaque alternis cerebri motibus ſublatum et expulſum. Quae aegro acciderunt, inprimis nata ab oſſe depreſſo, cerebrum premente, quo reſtituto ceſſarunt. Aeger cum ante ſanguinem ſpueret, diaeta ſeueriore vtebatur, quod facere potuit ad haec ſymptomata mitiganda.

VIII.

VIII. P. WASTRÖM *animaduerſiones ſuas* conti- p. 306.
nuat (art. VII. trim. III.)

IX. SAM. ODMAN exhibet *obſeruationes ad tempeſtatem pertinentes* in inſulis regionis *Verdö* inſtitutas ſeptem annis 1774—1780. Solent hyemis omnino finitae, et caloris duraturi, indicia petere ex plantis progerminantibus aut florentibus. Has vero praecox quidem calor prolicit, frigore, quod ſequitur, occaſuras. Certiora reperit ab animalibus doceri, inprimis auibus migratoriis, quae, niſi conſtans ſit mitior aëris temperies, non adueniant. Ita Anemonem Hepaticam, glaciei ſolutionem non ea certitudine Aprili menſe indicare, ac Motacillam albam Februario. Igitur his annis, quae aues, quo tempore primum acceſſerint, et ſimilia, recenſet. p. 313.

X. CAROL. M. BLOM M. D. Med. Provinc. Falunenſ. deſcribit *haemorrhagiam vteri a lacte ad inteſtina regreſſo*. Foemina octauo grauiditatis menſe abortierat, ſub finem menſis Ianuarii 1776. Cum ſatis bene caſum hunc toleraſſet, negotiis ſuis rurſus 7. Febr. vacauit; tunc ſubito experta eſt horrorem, febrem, dolores vehementes in abdomine et lumbis, quos dixit parturientis dolores aequare, ſecuta haemorrhagia vehemens vteri, ſpaſmi continui, animi deliquium hyſtericum. Sanguis interdum fluidus, interdum in fruſta maiora coagulatus. Febris nullum ordinem ſeruans, mox vehementior, mox remiſſior, interdum omnino ceſſans. Aduocatus medicus, lochia ſuppreſſa erumpere ſuſpicabatur, remediis vero, quae eo pertinerent, fruſtra adhibitis, lac non recte in mammis ſeparatum accuſauit, itaque praebuit Chinam Chinae doſibus exiguis, rhabarbara et caſtoreo additis, vt medicamentum ſimul aluum laxaret, et ſpaſmis obſiſteret; d. 18. 19. Febr. mutari coepit vrina, et ſedimentum pallido laterum colore depoſuit. Sedes ſecutae, excrementis pulti lactis non adeo ſpiſſae ſimilibus, acido odore, aegra ſtatim conſi- p. 320. p. 322.

dere in lecto coepit, et paulatim conualuit. Colligit igitur: dari Menorrhagiam ſ. Haemorrhagiam vteri puerperarum, quae proficiſcatur a lacte, non recte ſecreto, ad ventriculum et inteſtina delato, ſit vero ſympathica, ob commercium octaui neruorum paris cum intercoſtali, lumbaribus et oſſis ſacri, qui rurſus vniuntur et neruos ad peluim et vterum mittunt. Lochiis nimiis puerperis contingentibus, etiam de eo cogitandum eſſe, an forte ab hac cauſſa proficiſcantur, et danda mitiora laxantia, diaphoretica, diuretica quae, experientia teſte, in his lactis erroribus proſunt.

II.

Eſſais ſur l'Hygrometrie, par HORACE-BENEDICT DE SAVSSVRE, Profeſſeur de Philoſophie à Geneve. à Neuchâtel 1783. 8. pagg. 524. tabb. aen. 2.

h. e.

Specimina commentationum in Hygrometriam, auctore HORATIO BENEDICTO DE SAVSSVRE.

Tot tantisque Phyſicorum conatibus de conſtruendo et emendando Hygrometro, quod ad hanc vsque aetatem perpetua veluti fraude ſummorum virorum ingenia eluſit, addit iam ſuos eosque feliciſſimos in hoc genere labores Cl. DE SAVSSVRE, vir celeberrimi inter eruditos nominis, de cuius Itinere Alpino his Commentariis Parte III. ſupplementorum decadis tertiae p. 537. relatum eſt. Cum enim vir iſte de re phyſica meritiſſimus menſe Iulio anni 1780 inter medias Alpes in ipſo excelſi montis culmine violenta febri correptus, valetudinis infirmitate per integrum annum domi detineretur, vſus eſt hoc otio ad experimenta de Hygrometro capienda,

da, perfecitque, quod iam ante plures annos fruſtra molitus erat, vt hygrometrum e capillo humano conſtrueret. Diſceſſerat olim ab hoc conſilio iam dudum ſuſcepto, cum cognouiſſet, capillos ab initio ſatis idoneos, poſt aliquot menſium decurſum variis mutationibus eſſe obnoxios (vid. *Lettre à Mr.* SENEBIER *etc. Iournal de Phyſique ann.* 1778. To. I. p. 435). Nunc vero re denuo ſuſcepta feliciter evenit, ut reperto huius inconſtantiae capillorum remedio, hygrometra varia ita conſtrueret, ut poſſent inter ſe invicem iuſta ratione comparari, cuiusmodi inſtrumenta ſolent a Phyſicis appellari *comparabilia.* Cogitavit porro de vera *Hygrometria*, h. e. de arte, veram et abſolutam quantitatem humoris in aëre ſuſpenſi determinandi, de qua arte praeter LAMBERTVM, ſummi nominis Philoſophum, nemo hactenus, quantum nos quidem novimus, ſollicitus fuit. Adhibuit denique operam theoriae *evaporationis* et principiis *Meteorologiae* ope hygrometriae ſtabiliendis, de quibus omnibus hoc libro expoſuit, toto opere per quatuor ſpecimina diſtributo, quorum argumenta nunc copioſius recenſere in animo eſt.

Et primum quidem ſpecimen in ſex capita diſtinctum continet ipſius hygrometri e capillo humano conſtructi deſcriptionem. Caput primum tradit hygrometri fabricam. Capilli nimirum ea eſt indoles, ut humectatus longior fiat, exſiccatus brevior. Diſcrimen maximae longitudinis, in quam humore extenditur, a breviſſima, in quam ſiccitate contrahitur, eſt in capillo ope lixivii rite praeparato, et pondere 3—4 granorum onerato, 24—25 partium milleſimarum totius longitudinis. Duplex inde genus hygrometri, aliud *majus*, aliud *portatile.* Hygrometrum *majus* ſ. cylindro verſatili inſtructum (*hygromètre à l'arbre*) habet capillum una parte extrema affixum, altera cylindro circa axem mobili et appenſo pondere 3 — 4 granorum in partem oppoſitam tenſo, p. 1.

 cir-

circumvolutum. Cylindrus mutata capilli longitudine rotatus ſecum fert indicem, qui in circulo in ſuos gradus diviſo rotationis h. e. mutatae longitudinis quantitatem deſignat. Index hygrometri unum pedem longi cum cylindro, cuius diameter eſt $\frac{3}{4}$ lin., ſolet inde a ſumma ſiccitate ad ſummam vsque humiditatem 400 gradus circuli percurrere. Sed ſuſpecta eſt hujus hygrometri fides, niſi immotum in ſtatione maneat. Inſtrumento enim moto aut in alium locum translato, facile labitur et incertus errat laeuis capillus, movetque indicem, licet non mutata humoris copia. Hygrometrum *portatile* indicem habet ſubtili axi affixum. Oppoſita pars indicis trans axem deſinit in ſectorem circuli, cuius centrum eſt axis. Arcus ſectoris ima parte affixam tenet infimam partem capilli, ſuperne vero appenſo ponduſculo in oppoſitam partem tenditur. Summa pars capilli affixa eſt ſuperiori parti inſtrumenti. Extenſo igitur capillo ponduſculum deprimit ſectorem circuli et extollit indicem, contractus vero capillus ex inferiori parte extollit ſectorem et deprimit indicem, ita ut index adſcendens humoris affluentem copiam, deſcendens eiusdem penuriam notet. Index ejusmodi hygrometri unum pedem longi, cujus oppoſita pars refert ſectorem radii 2 lin., ſolet inde a ſumma humoris penuria ad ſummam eiusdem copiam 80 — 100 gradus circuli percurrere. Adeat ipſum librum, qui penitius noſſe cupit elegantem hujus inſtrumenti fabricam; ſufficit hic ea, in quibus cardo rei vertitur, in compendium redegiſſe.

p. 16. Alterum caput agit de capillorum ſelectu et praeparatione. Capillos oportet eſſe e corpore vivo et ſano puros, molles, nitidos, pellucidos, nec ſibi invicem adhaerentes aut contortos. Cum vero capillo vel optimo natura ſua aliquantum pinguedinis adhaereat, coquendus eſt quivis capillus per ſpatium 25 —30 minutorum in lixivio ex aqua et ſale ſodae ita

para-

parato, ut quaevis uncia aquae 6 grana ſalis Sodae cryſtalliſati contineat.

Cap. III. Punctum *ſummae humoris copiae.* Hujus reperiundi Cl. Auctor hanc rationem iniit. Collocat hygrometrum in campana vitrea, aquae impoſita, cuius parietes internos ſemper humidos undique ſervat. Ita nimirum aër campanae incluſus cum undique aqua circumdatus ſit, tantam aquae copiam ſolvet et in ſe recipiet, quantam poteſt ad ſatietatem usque comprehendere. Hygrometrum ergo in iſto aere collocatum aſcendet usque ad gradum ſummae humoris copiae, quam poteſt aër continere. Capillus recens coctus ſolet plerumque per duas horas extendi, antequam ad iſtud copioſiſſimi humoris indicium perveniat. Nimis oneratus aut tenſus capillus creſcente humoris copia *retrogradus* fit progrediente tempore. Caloris viciſſitudines non mutant punctum copioſiſſimi humoris. p. 20.

Cap. IV. Punctum *ſummae ſiccitatis.* In aëre ſicco capillus calore *extenditur* (calor enim quaevis corpora extendit), in aëre humido *contrahitur* calore (qui aërem, adeoque et capillum ipſum exſiccat). Inde Cl. A. ſequentem modum inveniendi puncti ſummae ſiccitatis excogitavit. Siccat aërem campanae incluſum, introducta patella cum nitro et ſale Tartari vehementer calefacto et paene candeſcente, donec capillus aucto calore non contrahatur amplius, ſed extendatur potius, reſtituto autem priore caloris gradu ad idem rurſus hygrometri punctum redeat; quae tamen ratio multum habet moleſtiae et difficultatis. p. 31.

Cap. V. Pyrometricae capilli mutationes non niſi in aëre ſicco poſſunt determinari. In ea ſiccitate, quae ope ſalium poteſt obtineri, mutatio unius gradus Thermometri Reaumuriani longitudinem capilli 19 partibus millioneſimis auxit, ſeu ſecundum ſcalam hygrometricam Cl. Auctoris mutationem $\frac{1}{13}$ grad. hygrometri produxit. p. 41.

p. 53. Cap. VI. Deſcriptio graduum hygrometri. Intervallo inter puncta ſummae ſiccitatis et ſummi humoris in 100 gradus diviſo, ciphra ſive o apponitur puncto ſummae ſiccitatis, in qua *nullus* eſt humor, ita ut graduum hygrometri numerus cum ipſius humoris copia creſcat. Cum vero ſaepius contingere ſoleat, ut eidem hygrometro adhibendus ſit alius capillus, ſatius duxit Auctor, in hygrometro ipſo non gradus hygrometricos, ſed gradus circuli notare, eosque ope tabulae in correſpondentes gradus hygrometricos convertere, quod fieri poteſt absque ullo negotio ope ſolius regulae de tribus, ſimul ac notum eſt, cuinam gradui circuli puncta ſummae ſiccitatis et ſummae copiae humoris reſpondeant. Hygrometrum unum in ſuos gradus rite deſcriptum ſufficit pluribus merae comparationis ope conſtruendis. Omnia enim hygrometra ea ratione dividere, quae Cap. III. et IV. tradita eſt, foret moleſtiſſimum ob eximias eas, quibus ſummae ſiccitatis inveſtigatio laborat, difficultates. Capilli ſicco aëri diu expoſiti hebetiores fiunt ad humoris mutationes iuſta cum velocitate indicandas. Contendit denique A., hygrometra ſua ſemper fere ſibi invicem congruere et reſpondere, diſcrimine, ſi quid eius adſit, raro 2—3 gradus excedente.

p. 62. Sequitur ſpecimen alterum de Hygrometriae principiis et theoria, cuius primum caput verſatur in explicandis generalioribus principiis. *Humiditatem* (liceat enim uti hoc vocabulo, etſi non ſatis latino) vocat A. eam corporis conditionem, qua propenſum eſt ad humorem cum aliis corporibus communicandum. Humiditatis, quae aëri ineſt, dimetiendae *tres* potiſſimum methodi ab eruditis propoſitae ſunt. *Prima* methodus haec eſt, ut corpora humorem imbibentia, v. c. ſalia, ſpongiae, capilli etc. aëri exponantur, qui pronus eſt ad communicandum humorem. Tranſit ita humor ex aëre in corpora ei expoſita, mutatque eorum

eorum pondus, figuram, longitudinem etc. eum in modum, ut e mutationis huius magnitudine communicati humoris copia poſſit determinari. Nititur haec methodus ea, quae corporibus aëri expoſitis cum humore intercedit, *affinitate*, longe tamen diuerſa a *chemica* illa affinitate, atque adeo ab Auctore *affinitatis hygrometricae* nomine appellata. *Chemicae affinitatis*, quae intercedit inter corpora ſoluenda et menſtrua ſoluentia, ea eſt ratio, ut corpus pluribus menſtruis ſimul expoſitum primum a menſtruo fortiſſimo corripiatur, menſtruum debilius vero tum demum in corpus agat, cum fortius menſtruum plene ſatiatum ſit. Aliter autem ſe res habet in noſtra illa *hygrometrica affinitate*. Inter plura enim corpora aëri humido ſimul expoſita non unum illud, cuius fortiſſima eſt cum humore affinitas, primum agit et plene ſatiatur, ſed omnia ſimul agunt; quo fit, ut quodlibet corpus eam humoris partem arripiat ſibique vindicet, quae affinitatis ſuae gradui conueniat, donec inter vires attractiuas omnium corporum, quibus humorem appetunt, perfectum et omnibus numeris abſolutum aequilibrium oriatur. In hac vero humoris per plura corpora diſtributione aër partes agit *vehiculi*, affert humorem huc, demit et aufert illinc, ſibimetipſi partem conuenientem reſeruat. Unde patet, hygrometra huius generis ſine dubio conuenientem aëris ſtatum et conditionem accurate indicare, modo affinitatis hygrometricae, caloris, denſitatis, motus etc. aliarumque aëris mutationum iuſta ratio habeatur. *Altera* determinandae humiditatis aëris methodus eo redit, ut aëri *aqua* per aliquod temporis ſpatium exponatur, quo facto aër aliquam aquae partem ſugit et in ſe recipit ita, ut e deminuto aquae pondere poſſis cognoſcere, quantam aquae copiam aër potuerit adhuc in ſe recipere, quantum ergo ſub initium experimenti a puncto ſaturationis h. e. a ſumma humoris, quam poteſt continere, copia abſuerit. Patet, hanc

 methodum

methodum eſſe *indirectam.* Sumit, qui ea utitur, poſſe aërem aqua ſiue humore ſatiari, et re ipſa ſatiatum eſſe tum, cum per aliquod tempus, incertae tamen et indefinitae longitudinis, aquae contiguus fuit. Cum vero difficillimum ſit, certa et indubitata verae ſaturationis ſigna reperire, et tempus, quo ad aërem humore ſatiandum opus eſt, rite determinare, colligi poteſt facili negotio, quam incerta et fallax ſit haec inueſtigandae humiditatis ratio. *Tertia* methodus in eo conſiſtit, ut humor in aëre ſuſpenſus ope frigoris condenſetur et in aquam conuertatur, quo facto humoris copia vel e quantitate aquae, quam certus frigoris gradus ſuperficiei vaſis determinatae magnitudinis induxit, vel e gradu frigoris ad producendam praecipitationem vaporum neceſſarii poteſt cognoſci. Inde hygrometra *Academiae florentinae*, Abb. FONTANAE, Cl. LE ROI etc., quorum uſus, cum aëris conditionem non niſi in vaſe clauſo neque tempeſtate valde frigida aut ſicca indicent, arctioribus limitibus continetur. Conſultum tamen eſt, in diſquiſitionibus phyſicis omnia hygrometrorum genera ſimul ad uſum adhibere.

p. 83. Cap. II. examen hygrometri e capillo humano conſtructi exhibet. Boni hygrometri ea debet eſſe indoles, ut variationum magnitudine et celeritate excellat, ſibimetipſi et aliis hygrometris ſemper congruat, a nulla alia cauſa praeter humorem mutetur, et variationes mutationibus aëris proportionales exhibeat. Variationum *magnitudo* pendet a lixiuii modo et a longitudine vectis, qui indici ineſt. Fortius lixiuium et diutius continuatum maiores reddit capilli mutationes, impedit vero, quo minus eiusmodi capilli rite ſibi inuicem reſpondeant et congruant, quapropter in hygrometris, quae inter ſe inuicem conferri debent et comparari, modus tenendus eſt in lixiuio adhibendo. Vectis brachium breuius in hygrometro portatili poteſt eſſe 2 lin: diameter axis hygrometri maio-

maioris $\frac{3}{4}$ lin. Variationum *celeritas* (quae, quoad eius fieri poteſt, augenda eſt, cum mutationes aëris celerrime eueniant) maxima eſt in capillo ſubtili et parum cocto, praeſertim in aëre valde humido. In vaſe clauſo quisque capillus ſegnior eſt ad indicandas humoris variationes. Omnino vero hygrometra e capillo conſtructa celeriores exhibent variationes, quam alia quaeuis hygrometrorum genera; accedit, quod diu poſſunt conſeruari, nec unquam maiori quam 2 graduum diſcrimine differunt, modo capilli in eodem lixiuio et per idem tempus cocti ſint, et ſordes, aranearum telae etc. curate arceantur.

Cap. III. diſquiritur, num quid praeter humorem in capillum agat. Hygrometro una cum thermometro et corpore eo, de cuius vi in mutando capillo quaerebatur, campanae vitreae puro hydrargyro inſiſtente incluſo, repertum eſt, ea corpora, quibus aliquantum *humoris* ineſt, v. c. camphoram, oleum terebinthinae, aetherem, ſpiritum vini etc. longiorem reddere capillum; olea pinguia vero, ceram, alcali volatile concretum etc. ne minimam quidem longitudinis capilli mutationem producere, unde colligit A., capillum non, niſi *humido* vapore, mutari. De aetheris vapore notatu dignum eſt, eum ab initio ſicciorem, et progrediente demum tempore humidiorem reddidiſſe aëris conditionem. Huius phaenomeni hanc reddit rationem Cel. A., ut dicat, ab initio vapores admodum ſiccos ex aethere exire, et humidum aërem e loco deturbare, deinde vero vapores ob aquam aetheri mixtam humidiores fieri. Caeterum coniicit ex odore ſulphureo, quem ſenſit ex his vaporibus naſci, aetherem non eſſe tam ſimplicis naturae, quam Chemici opinentur. p. 100.

Cap. IV. *Caloris* in aëre et capillo mutando vis *hygrometrica*. Experimenta de hac capienda ſunt in vaſe clauſo, ne aër ulli alii mutationi, quam quae calore producitur, obnoxius ſit, attamen in vaſe ſatis am- p. 114.

amplo. Vſus eſt Cel. A. ſphaera vitrea, cuius ſoliditas 4 pedes cubicos expbleat, in qua quidem aërem primum exſiccabat, deinde ope chartae madidae magis magisque humectabat. Experimenta ipſa §. 90 redegit in tabulam, e qua lubet exempli cauſa, quae ſequuntur, decerpere. Hygrometro 25 gradus indicante, calor per 1 gr. thermometri mutatus, mutationem 0, 45 gr. hygrometri producit. Indice hygrometri 42 gradus notante, mutationes utriusque inſtrumenti, hygrometri nimirum et thermometri, aequalem graduum numerum explent. Hygrometrum 100 gradus, ſiue ſummum humorem indicans, mutatione caloris per 1 gr. thermometri, 1, 096 gr. mutatur. Hygrometrum 72 gr. indicans, calore 1 gr. mutato, per duos gradus, et 93 gr. indicans per tres gradus mutatur. Apparet ex his, rationem et legem mutationum utriusque inſtrumenti ſatis eſſe anomalam, cuius rei hanc rationem reddit Auctor, ut dicat, calorem in capillum humidiorem, qui humorem non tanta cum vi retineat, fortius, in capillum valde humidum vero imbecillius agere, quoniam permagna humoris copia opus ſit, ad ultimos extenſionis gradus puncto ſaturationis proximos in capillo producendos. Alia, quam §. 92 exhibet, tabula indicat, quanta thermometri mutatione opus ſit ad hygrometrum certum gradum indicans per 1 gr. mutandum; et quanta thermometri mutatio aërem tam frigidum ſit redditura, ut eo, quem continet, humore plene ſatiatus ſit, et paulo magis refrigeratus rorem demittat, quarum tabularum uſus ſine dubio patet latiſſime, quanquam nulli alii hygrometro, praeter id, quod e capillo paratur, poſſunt adhiberi.

p. 136. Cap. V. Quaenam ratio intercedat inter gradus hygrometri et veram humoris in aëre ſuſpenſi copiam? In hanc quidem rationem Cel. A. diligentiſſimis inquiſiuit experimentis. Pedem cubicum aëris, thermometro Fahrenheitiano 14 — 15 gr. indicante, inue-

inuenit non poſſe plus quam 11 — 12 grana humoris continere, longe quidem in hac re diuerſus a LAMBERTI ſententia, qui 342 grana humoris pedi cubico aeris ineſſe poſſe aſſeruerat. Monet vero, LAMBERTVM non ſatis accurate obſeruaſſe punctum ſaturationis aëris, eaque de cauſa in magnum errorem incidiſſe, praeſertim cum experimentis capiendis vas tam arctum et parvum adhibuiſſet. In experimentis ulterius continuandis uſus eſt Cel. DE SAVSSVRE ellipſoide vitreo, capacitatis 4¼ pedum cubicorum, cui cum barometrum ſimul cum thermometro et hygrometro inſeruiſſet, inuenit elaſticitatem aëris, qui a ſumma ſiccitate tranſierat ad ſummum humoris gradum, una parte quinquageſima quarta ($\frac{1}{54}$) auctam, thermometro Fahrenheitiano 14—15 gradus indicante. Ad exſiccandum aërem uſus erat oleo vitrioli concentrato, tartaro et terra foliata tartari. Obſervavit deinde incredibili diligentia et labore moleſtiſſimo, quanta ſit cuiusque gradus ſiccitatis et humiditatis in mutando hygrometro barometroque incluſo vis, redegitque, quae invenit, in tabulam §. 124 communicatam, e qua apparet, eum graduum numerum, per quem hygrometrum accedente certa vaporum copia mutatur, iuxta punctum ſummae ſiccitatis eſſe permagnum, verſus punctum ſummi humoris vero continue decreſcere. Fatetur autem ipſe Auctor, tam ſubtilia eſſe haec experimenta, et vel leviſſima calidae manus appropinquatione tam facile variari, vt certa et indubitata appellari nullo modo poſſint. Caeterum invenit, thermometro 15 gr. indicante, et calore per 1 gr. aucto, aëris volumen creſcere 1, 88615 partibus milleſimis. Cel. ROY (Philoſ. Transact. 1777. Vol. II. no. 19.) loco huius numeri 2, 5809 poſuerat. Sed arbitratur A., Clum ROY non modo vaſe nimis parvo et anguſto uſum eſſe, ſed et extenſionem vaporum ex aqua emergentium cum extenſione aëris confudiſſe. Oſtendit denique, glaciem vere vapores exhalare, qui aeque, atque vapores aquae, hygrometrum afficiant.

Cap.

p. 190. Cap. VI. Aër rarefactus et condenſatus quomodo agat in hygrometrum. Plurimum hic inter ſe differunt NOLLETI et LAMBERTI ſententiae. NOLLETVS enim, aërem rarefactum vapores in ſe ſuſpenſos deponere ratus, magnam in ſpatio vacuo Guerickiano reperiri humiditatem arbitrabatur: LAMBERTVS vero eidem vacuo ſummam ſiccitatem ineſſe cenſebat. Diligentius in hanc rem inquiſivit auctor, reperitque captis accuratiſſimis experimentis, aërem ope antliae pnevmaticae rarefactum ſine dubio ſicciorem fieri, quanquam inter ipſum exantlationis laborem ſolent ex interiori parte antliae vapores exire, qui paulo humidiorem reddunt aërem incluſum. His vaporibus autem ope valuulae excluſis et remotis, in rarefacto aëre hygrometrum ſemper majorem ſiccitatem indicat, quam in atmoſphaerico aut condenſato. Cauſa haec eſt, quod rarefacto aëre ſimul vapores in eo ſuſpenſi extenuantur, neque poſſunt eadem cum vi, atque antea, in corpora iis expoſita agere. LAMBERTVS, aëris denſitatem et vaporum copiam in eadem ratione decreſcere ratus, inde collegit, vacuum, cui nullus aër ineſſet, nullos quoque vapores, ſed ſummam potius ſiccitatem continere. Sed experientia docuit Cl^{um} DE SAVSSVRE, denſitatem aëris multo celerius, quam humiditatem, decreſcere, et denſitate aëris usque ad partem centeſimam denſitatis atmoſphaerae imminuta, hygrometrum 25 adhuc gradus a ſumma ſiccitate abeſſe. Experimenta accuratius inſtituta docuere, ſub exantlationis initium exſiccationem hygrometri exiguam eſſe, progrediente vero operatione magis magisque augeri. Colligit ex his omnibus Auctor, eundem hygrometri gradum in montibus plane alii humoris gradui convenire, atque in locis humilioribus, v. c. 87, 64 gradus hygrometri copiam humoris in pede cubico aëris ad lacum Genevenſem $9\frac{1}{3}$, in monte St. Bernhardi 8, 3 granorum indicant. Rarior enim aër, cuiusmodi eſt in montibus atque excel-

ſio-

ſioribus locis, minori humoris copia ſatiatur, adeoque hygrometrum ad eundem gradum evehit, minori licet humoris copia oneratus. In aëre ope ſalium plene exſiccato, extenuatio aeque ac condenſatio ne minimam quidem hygrometri mutationem producit.

Cap. VII. Aër *motus* an plus aquae ſolvat, quam aër tranquillus? Obſervaverat Auctor, indicem hygrometri ſub dio aëri libero expoſiti leviſſimo quovis venti afflatu ad majorem ſiccitatis gradum deprimi, ceſſante autem vento ſtatim in priſtinum locum redire. Suſpicatus inde, aërem motum aliquanto plus humoris ſolvere et in ſe recipere, quam quietum, coepit eam in rem experiendo inquirere, movitque aërem campanae vitreae incluſum ope rotae alis chalybeis inſtructae, quo facto reperit hygrometrum primo rotae impulſu mutatum quidem, ſed tam parum, ut mutationis cauſa non motui aëris, ſed calori potius frictione excitato tribuenda videretur. Colligit inde, motum aëris non agere in hygrometrum, et ſiccitatem poſt leves venti afflatus obſeruatam naſci potius e ſicco aëre, quem venti ex altioribus atmoſphaerae regionibus afferunt. p.216.

Cap. VIII. agit de electricitatis vi in hygrometro mutando. Videbatur nimirum electricitati, cuius ope euaporationem augeri nemo ignorat, aliqua vis tribuenda in mutandis hygrometri indiciis. Experientia vero conſulta nil eiusmodi repertum eſt. Suſpicatur ergo Cel. Auctor, electricitatem ſuperfluum tantum et abundantem humorem, non autem ſolutum et combinatum rapere et ſecum ferre. Probabilis ſane coniectura, quam confirmat experimentum in duobus foliis chartaceis captum, quae ſicca idem pondus ſeruabant, alterutro licet per quartam horae partem conductori machinae electricae iuncto; humida vero, cum unum eorum per idem tempus conductori iunctum fuiſſet, ab aequilibrio tantopere recedebant, ut unum dimidio grano leuius eſſet altero. p.224.

Cap.

p.231. Cap. IX. de aëris fixi et inflammabilis vi in diſſolvendis vaporibus diſquiritur. Nuper admodum PIGNOTTVS Italus in coniecturis meteorologicis aſſerere conatus eſt, ope phlogiſticationis ſ. mixtionis cum aëre inflammabili vapores ex aëre praecipitari. Auctoris vero experimenta huic ſententiae tantopere adverſantur, ut potius demonſtrent, aërem fixum et inflammabilem non aliter, atque aërem atmoſphaericum ipſum, in vapores agere. Aër tamen inflammabilis humidus fortius rodit metalla, quam ſiccus.

p.243. Cap. X. proponit rationem et regulas tabularum generaliorum, quae nexum inter indicia hygrometri et conditionem aëris exhibere debent. Scilicet gradus ſaturationis aëris, quantitas vaporum, denſitas aëris et temperies eiusdem ita ſe invicem determinant, ut datis tribus ex his quartum poſſit reperiri. Cum vero Hygrometrum gradum ſaturationis, Barometrum denſitatem, Thermometrum temperiem aëris indicet, facile eſt intellectu, ex indiciis trium horum inſtrumentorum quantitatem vaporum poſſe inveſtigari. Hortatur propterea Cel. DE SAVSSVRE, ut Phyſici in tabulis conſtruendis elaborent, quae ex obſervatis indiciis inſtrumentorum meteorologicorum quantitatem vaporum in aëre ſuſpenſorum facili negotio exhibeant, doceantque v. c. barometro 27 poll., thermometro 10 grad. et hygrometro 85 grad. indicante cuivis pedi cubico aëris 7, 2 grana aquae ineſſe. Duas proponit harum tabularum componendarum methodos, quarum una meris experimentis, altera experimentis cum calculo conjunctis innititur. Prior methodus tantam requirit experimentorum copiam laboremque tam aſſiduum, ut non poſſit non vel patientiſſimi cuiusque vires defatigare: alteram, quae calculi auxilio utitur, exemplo illuſtrat Cel. Auctor, ſupputata tabula pro ea aëris denſitate, quae hydrargyrum in barometro ad 27 pollices evehit, ſubiunctisque exemplis, quibus docet hanc tabulam adhibere ad aërem

den-

denſiorem aut rariorem. Apparet ex tabula iſta, thermometro 15 gr. et hygrometro 98 gr. indicante, pedi cubico aëris 11 grana aquae, thermometro vero 30 gr. et hygrometro 70 gr. notante, 11, 9 grana ineſſe. Plus igitur humoris ineſſe poteſt aëri, quamvis hygrometrum minorem humoris gradum indicet. Ingenue tamen fatetur A., tabulam hanc calculo ſubductam cum experimentis non omnino conſentire, multoque magis operis ſuſcipiendi primas lineas atque exemplar exhibere, quam exacti et abſoluti laboris fructum referre.

Accedimus ad ſpecimen tertium, cui ineſt prae- p. 262. ſtans *evaporationis theoria*, inter praecipuas totius operis partes merito referenda. *Vapores* in univerſum Auctori ſunt effluvia e corporibus in aërem exeuntia ibique ſuſpenſa, donec accedente nova cauſa ab aëre ſeparentur, et ſibi invicem iuncta denſiorem nanciſcantur formam. Nullum eſt corpus, quod in vapores diſſolvi nequeat, ſive id natura fiat, ſive arte; inde vapores *acidi*, *alcalini*, *ſpirituoſi* etc. Hic non niſi de vaporibus *aquoſis* ſermo eſt, quorum quatuor claſſes enumerat Auctor, vapores nimirum *elaſticos puros*, *diſſolutos*, *veſiculares*, *concretos*.

Cap. I. agit de vaporibus elaſticis, eorumque diſſo- p. 265. lutione in aëre. Aquae ea indoles eſt, ut vi caloris mutata transeat in vaporem, qui refrigeratus redit in guttas aquoſas, calore autem aquae ebullientis affectus translucidus permanet et *elaſticus*, atque omnino omnia, quae aëri propria ſunt, phaenomena mechanica exhibet. Omnem vero elaſticitatem eorum fluidorum, quae aëris ſpeciem prae ſe ferunt, oriri ab *igne elementari* iis immixto, communis eſt recentiorum Phyſicorum ſententia, praeeunte Cl. LAVOISIER in commentariis Acad. ſcient. Pariſinae anni 1777. Penitius tamen iunctus videtur ignis hic elementaris cum ceteris fluidis aëriformibus,

 quam

quam cum vapore elaſtico aquoſo. Vapor enim aquoſus mera frigoris ope condenſatur, et in priſtinam aquae formam redigitur: cum caetera fluida aëriformia ſolius frigoris ope formam elaſticam non amittant. Ad procreandum vaporem elaſticum praeter ignem elementarem opus eſt *libertate* quadam ſeu vacuitate a preſſione. Aqua enim in vaporem mutanda, quo violentius premitur, eò maiorem calorem requirit; quo liberior vero eſt et magis vacua ab omni preſſione externa, eo facilius tranſit in vapores elaſticos, ita ut in vaſe ab aëre vacuo vel manus admotae calor ad aquae ebullitionem ſufficiat. Pertinet huc ingenioſiſſimum magni FRANKLINI experimentum. Tubi vitrei extremis partibus adhaerent duae ſphaerae vitreae, vacuae ab aëre et ad mediam usque partem aqua aut ſpiritu vini repletae, quarum utramque ſi manu teneas, nullus omnino motus cernitur, verum ſi alteram teneas, altera frigida manente, aqua confeſtim e calidiore tranſit in frigidiorem ſphaeram, ebullitque perpetuo, donec ſphaeram vacuam e manu dimiſeris. Memoratu dignum videtur, ſphaeram ipſam, in qua admota manu calida aqua ebullit, manere frigidam, nec ante, quam omnis aqua exierit, caleſcere, unde cum CVLLENIO colligit Auctor, evaporationem frigus gignere.

Videtur ergo vapor elaſticus naſci ex igne elementari particulis corporis diſſoluti intermixto. Si tanta eſt ignis efficacia, ut aëris preſſionem et obſtacula quaevis externa vincat et ſuperet, *purus* eſt vapor; quotiescunque vero debilior eſt vis ignis, ut aërem adjacentem non poſſit e loco deturbare, toties vapor cum aëre *miſcetur*, et in aëre *diſſoluitur*, quae quidem mixtio et diſſolutio vaporis vera eſt et unica *evaporationis* cauſa, quam primus vidit Cel. LE ROY in commentariis Acad. ſcient. Pariſinae. Neque tamen ex mente Auctoris aër aquam ipſam ſolvit, ſed tum demum locum habet chemica haec ſolutio, cum aqua ope

ignis

ignis in vaporem elaſticum tranſiit. Motus aëris promovet et accelerat ſolutionem vaporis. Inde eximia illa ventorum vis in exſiccandis corporibus madidis: venti enim continue renovant aërem adjacentem, novumque aërem humore nondum ſatiatum afferunt. Calor evaporationem promovet tribus de cauſis: 1) quia majorem ignis elementaris copiam ſuppeditat, 2) quia vim diſſolventem aëris auget, 3) quia motum aëris adjuvat. Quo major eſt calor, eo minus vapor elaſticus aëri miſcetur: calor aquae ebullientis omnino purum ſervat vaporem, ut in aeolipila.

Altero capite exponit Cel. Auctor de *vapore veſi-* p.282.
culari et *concreto*. Vapor ab aëre non diſſolutus in ſuperficiebus corporum frigidorum deponitur, et in roris aut cryſtallorum formam tranſit, quorum copia pendet a corporum affinitate cum aqua, eorumque ſtatu electrico. Quodſi corpus frigidum non adſit, iunguntur iſti vapores inter ſe invicem, transeuntque in formam *guttularum*, *aculeorum*, aut *veſicularum*. Guttulae aculeique, qui prima pluviae nivisque elementa conſtituunt, ab Auctore *vaporis concreti* nomine inſigniuntur. *Veſiculares* vero *vapores*, quos exiſtere negaverat DESAGVILERIVS, obſervari commode poſſunt, ſi oculum armatum admoveris vaporibus calidi potus Arabici aut alius nigreſcentis liquoris, radiis ſolaribus illuſtratis. Videbis nimirum, hosce vapores meris globulis ſeu veſiculis conſtare. Majores veſiculae ſuperficiei liquoris innatant, ſed tam leviter, ut poſſint vel leviſſimo halitu depelli et ſeparari; minores in aërem aſcendunt. Optimas harum veſicularum obſervationes debemus KRATZENSTEINIO, qui edito egregio libro de cauſa aſcenſionis exhalationum et vaporum praeclare de iis diſputavit, et diametrum earum aeſtimavit $\frac{1}{3600}$ pollicis. Cel. Auctor hanc diametrum $\frac{1}{3500}$ — $\frac{1}{2780}$ poll. reperit, deſcribitque praeclaram earum obſervandarum methodum, ope aeolipilae duobus globis vitreis inſtructae. Craſſities pelliculae aqueae in

hisce veſiculis eſt ſecundum KRATZENSTEINII opinionem $\frac{1}{50000}$ pollicis anglici, calculo e NEWTONI principiis et theoria colorum deducto, unde colligit, veſiculas aëre *graviores* eſſe, dilabiturque ad obſcuram illam et ſatis difficilem aſcenſus eorum in aëre explicationem. Cel. SAUSSURE vero de craſſitie pelliculae aqueae plane non ſollicitus, cenſet, ex aſcenſu nebularum nubiumque ſatis ſuperque apparere, vapores veſiculares aëre *leviores* eſſe. Nebulas enim et nubes meris veſiculis conſtare tam certum eſt, quam quod certiſſimum, et occurrit in oculos, ſi quis in ipſa nube vel nebula aſcendente conſtitutus eius particulas armato oculo contempletur. Praeterea certum eſt, nubes guttis non conſtare, quoniam alia eſt refractio radiorum lucis in nubibus, alia in guttis ſeu pluvia ipſa. Cum vero nubes et nebulae in aëre aſcendant, eo altius quidem, quo gravior eſt aër, ſequitur, eas, atque adeo veſiculas, e quibus conſtant, aëre ipſo leviores, non ex mente KRATZENSTEINII graviores, eſſe. Pergit Auctor ad refutandos KRATZENSTEINII calculos, contenditque, nihil hac in re e colore colligi poſſe, cum pelliculae aqueae non ubique eadem ſit craſſities. Praeterea probabilis eſt Auctoris ſententia, veſiculas atmoſphaera quadam cingi, cum ſuperficiei liquorum tanta cum libertate innatent, neque liquori ipſi ſe miſceant. Atmoſphaerae iſtae conſtare videntur eadem materia, quae cavam veſicularum partem interiorem explet, ſive ignis ſit, ſive materia electrica, ſive novum quoddam et hactenus ignotum fluidum elaſticum aëriforme. Originem harum veſicularum explicare res ardua eſt, et multis obnoxia difficultatibus; videtur tamen aqua earum in ſtatu fluido remanere, et congelationi magis etiam, quam alioquin, reſiſtere, cum frigidiſſima quoque tempeſtate nubes coelo inhaerere ſoleant. Diſſolutis veſiculis, aqua earum in pruinam, pluviam aut nivem tranſit.

Neque tamen veſiculares iſti vapores unquam in

alio,

alio, quam in eo aëre gignuntur, qui humore ad ſatietatem usque repletus eſt; quapropter aucta vi diſſolvente aëris, veſiculae evaneſcunt et in vaporem elaſticum transeunt, qui in aëre diſſoluitur. Enimvero manifeſtum eſt, originem veſicularum pendere ab ignota illa materia, quae cavitatem earum explet, et atmoſphaeram, qua cinguntur, conſtituit. Haecce materia eſtne fortaſſis electrica? Quod ſi ita ſe res haberet, facile intelligeretur cauſa, cur ſaepe nubes praeeunte fulmine et tonitru ſubito diſſolvuntur et in imbrem transeunt. Veſiculas non in aqua, ſed in aëre demum oriri, vel exinde patet, quod non, niſi in aëre humore ſatiato, oriri poſſunt. Fieri ſolet ſaepenumero, ut coelo plene ſereno ſubito nubes appareant, e quo facile colligi poteſt, in aëre humore ſatiato abeſſe unicam tantum cauſam, quae, ſi acceſſerit, vaporibus ſubito formam veſicularum induat.

Cap. III. accedit A. ad conſiderandam *evaporationem in aëre rariore vel denſiore.* In aëre rariore facilius oriuntur vapores ob minorem preſſionem, verumtamen minor omnino aquae copia ſolvitur. Inde in aëre rariore minor eſt evaporatio, niſi forte aqua ſit valde calida, et oppoſitis ſuperficiebus frigidis perpetua excitetur et conſervetur deſtillatio. Hygrometri mutationes in aëre raro atque denſo ſupra ſpeciminis ſecundi Capite ſexto expoſitae hae ſunt, ut in aëre rariore ad ſiccitatem, in aëre denſiore ad humiditatem propius accedat. Utitur A. hac occaſione ad explicandum phaenomenon in experimentis ope antliae pnevmaticae inſtitutis ſaepe obvium. Apparet nonnunquam ſub ipſum exantlationis initium nubes quaedam ſeu vapor, qui campanae interiorem partem explet, poſt breve tamen temporis ſpatium evaneſcit, ſed campana aëre repleta et exantlatione denuo repetita, rurſus apparet. NOLLETVS, hanc nubeculam ex aëre ipſo naſci ratus, atque ad eam opinionem delapſus, aërem, etiamſi vel maxime ſiccus ſit, rare- p.312.

 factum

factum tamen vapores deponere, falſiſſimam exinde et plane perverſam originis nubium et pluviae theoriam exſculpſit. Indicat ergo Cel. Auctor, quod captis accuratiſſimis experimentis verum eſſe deprehendit, nimirum hanc nubeculam ſub campana antliae pnevmaticae in aëre plene ſicco nunquam apparere, neque ex aëre ipſo naſci. Oritur potius vapor iſte ſive nubecula ex imminuta preſſione aëris humidi, quae adjuvat aſcenſum vaporum ex interioribus antliae partibus. Vapores iſti e corpore ipſo antliae pnevmaticae aſcendentes ſatiant primum proxima adjacentis aëris ſtrata, abundans vero eorum copia in veſiculas tranſit et nubeculam format, quae tamen a remotioribus ſtratis aëreis poſt breve tempus ſolvitur. Hygrometrum campanae incluſum, oriente hac nubecula, non humiditatem, ſed maiorem ſiccitatem indicat: licet enim vapor veſicularis non niſi in aëre ſatiato oriri ſoleat, hic tamen ſaturatio ſubſiſtit in ſtratis humido corpori vicinis, remotiora ſtrata aërea exantlatione rarefacta ſicciora fiunt. Obſervavit Auctor, hanc nubeculam oriri adhuc in aëre tantopere iam rarefacto, ut non niſi 15 pollices altam hydrargyri columnam ſuſtineat. Si antlia in camera obſcura collocata, nubecula haec tenui penicillo radiorum ſolarium illuſtretur, pulcherrimi oriuntur colores. Cum vero omnes colores priſmatici ſimul appareant, clarum eſt, theoriam et calculum Kratzenſteinii locum habere non poſſe, ſed craſſitiem pelliculae aqueae, qua veſiculae cinguntur, admodum variam eſſe et incertam. Unde ſuperfluum duxit Cel. Auctor, in craſſitiei iſtius magnitudinem inquirere. Neque potuit diametrum veſicularum accurate determinare: viſa tamen eſt maior in rariore, quam in denſiore aëre. Caeterum iſta ipſa nubecula apparere etiam ſolet in aëre condenſato, iterum rarefacto.

Thermometri deſcenſus in vacuo Guerickiano varie explicatur a varii. CVLLENIVS cauſam eius

ex aucta evaporatione repetit, LAMBERTUS in eo quaerit, quod exantlata campana non aëre ſolum, ſed et materia ignea privetur. Auctor LAMBERTI ſententiam amplectitur, vidit enim captis experimentis, refrigerationem in aëre ſicco et humido plane eandem, evaporationem vero admodum diverſam locum habere.

Cap. IV. disquiritur, utrum transitus ignis e corporibus terreſtribus in aërem inter evaporationis cauſas ſit numerandus. Complures, iique magni nominis, Phyſici in ea fuerunt opinione, ignem e corporibus exeuntem humorem mechanice ſecum rapere, atque ita evaporationem efficere. Inde explicare conati ſunt evaporationem veſpertinam, veluti poſt ſolis occaſum terra refrigeſcens ignem magnam humoris copiam ſecum trahentem emitteret. Iſta vero veſpertina evaporatio, ſi rem accuratius conſideraveris, non eſt fortior, ſed videtur eſſe ob aërem refrigeſcentem, qui non poteſt priſtinam humoris copiam diutius in ſe continere. Ventis, ſub finem hiemis calidioribus, incaleſcit humus, iisdem vero ventis non humectatur, ſed exſiccatur, unde patet, igne in terram transeunte non inſinuari humorem, ſed potius expelli. Objicies fortaſſe, ventos calidos ſolere ſuperficiem corporum frigidorum humectare; eius rei vero cauſa iterum haec eſt, quod aër frigidae ſuperficiei contactu refrigeratus non poteſt diutius priſtinam humoris copiam in ſe retinere. Aqua igne ſubjecto ebulliens non ea de cauſa tantam vaporum copiam emittit, quoniam particulae igneae ex aqua exeuntes aquam ipſam ſecum quaſi rapiunt. Collo enim vaſis, in quo aqua ebullit, in aliud vas aeque calidum transeunte, aqua fortius etiam ebullit, quam antea, et multo majorem vaporum copiam emittit, nullo licet igne ex aqua exeunte. Neque vero ex iſta *mechanica* vaporum ex aqua eiectione ulla poſſet ratio reddi, cur vapores in aëre ſuſpenſi retine-

 rentur,

rentur, quippe in terram relapſuri eſſent, niſi *chemica* ſolutione interveniente arctiſſime cum aëre miſcerentur.

p. 341. Cap. V. agit *de evaporationis quantitate*, quae pendet ab aquae temperie, ſuperficiei magnitudine, aëris denique calore, ſiccitate, motu, denſitate. Vim temperiei aquae in promovenda evaporatione captis experimentis disquirere conatus eſt RICHMANNVS (nov. comment. Acad. Petropol. To. I. et II.), motu tamen aëris et ſiccitate prorſus neglectis. De aëris calore, ſiccitate, eiusque vi in evaporationis quantitate mutanda in ſuperioribus egit Auctor: motum aëris quod attinet, eius vis in evaporatione mutanda non niſi copioſiſſimis ſubtiliſſimisque experimentis poteſt inveſtigari. Certiora ſunt, quae de ſuperficiei magnitudine poſſunt in medium afferri. Etenim caeteris paribus, evaporationis quantitates ſunt in ratione directa arearum ſ. ſuperficierum exhalantium, ut vel exinde patet, quod evaporatio ipſa non niſi in ſuperficie locum habet. Attamen pes quadratus ſuperficiei aqueae majorem vaporum copiam emittit, ſi ſiccae areae inſiſtit, quam ſi terra humida aut multa aqua cinctus, v. c. ſtagnanti lacui impoſitus eſt; quo fit, ut quae experimentis in vaſe minori captis comperta ſunt, ea non poſſint extendi et transferri ad totius maris aut fluviorum evaporationem. Praeterea MVSSCHENBROEKIVS viſus ſibi eſt evaporationem e vaſe altiori maiorem reperiſſe, quam e depreſſiori, aequalibus licet ſuperficiebus, cujus rei cauſam RICHMANNVS hanc eſſe putat, quod vaſa altiora temperiem aëris adjacentis lentius aſſumant, quam depreſſiora, conſentiente WALLERIO. LAMBERTVS contra (in Comment. Acad. Berol. ann. 1769) ipſam rem negat, allatis permultis experimentis in vaſis variarum magnitudinum et altitudinum captis, in quibus evaporationis quantitas in ratione directa ſuperficierum reperta eſt, nulla habita altitudinis ratione. Nihilo tamen minus optandum eſſet, ut, qui obſervationibus meteorolo-

rologicis operam dant, in experimentis quotidie de evaporatione capiendis vaſis ſemper aequalibus et ſimilibus uterentur. Eiusmodi vero experimenta duplici fere conſilio ſolent inſtitui, vel ut vaporum ex aqua egreſſorum quantitas abſoluta et copia innoteſcat, vel ut aëris vis diſſolvens determinetur. Qui in vaporum ex aqua aſcendentium copiam inquirunt, ii vas aqua plenum, quod *Atmometrum* ſ. *Atmidometrum* nominari ſolet, medio lacui ſ. flumini imponere debent, qui vero vim ſolventem aëris cognoſcere cupiunt, commodius utentur vaſe minori et leviori librae impoſito, cuiusmodi vaſa deſcribuntur a RICHMANNO (nov. comm. Petropol. To. II. p. 121 ſqq.) et MOSCATO in epiſtola nuperrime Mediolani typis mandata.

Cap. VI. agit de *glaciei evaporatione.* Glaciem p. 352. vapores emittere, inter omnes notiſſimum eſt: iſta tamen evaporatio increſcente frigore imminuitur. Obſtare videntur GAVTERONII experimenta in commentariis Acad. Scient. Pariſinae ann. 1708 relata, quibus aſſerere conatur auctor, increſcente gelu evaporationem glaciei augeri potius, quam imminui. Sed ſuſpectam eſſe fidem obſervationum GAVTERONII, vel ex eo patet, quod contendit, unciam glaciei per 24 horarum ſpatium in vaſe vitreo diametri 2 pollicum 100 granorum ponderis iacturam feciſſe, cum ſecundum KRAFTII et MVSSCHENBROEKII obſervationes uncia glaciei eodem temporis ſpatio non niſi 4 grana e pondere ſuo amittere ſoleat. GAVTERONIVS igitur aut in errorem lapſus ſit in aeſtimanda ponderis iactura, aut in experimentis capiendis vento admodum ſicco uſus ſit, neceſſe eſt. Optimas in hoc genere obſervationes debemus WALLERIO (in comm. Acad. Regiae Suecicae ann. 1746), e quibus patet, evaporationem eo ipſo temporis momento, quo aqua in glaciem mutatur, multo fortiorem eſſe evaporatione aquae fluidae, et increſcente frigore augeri, ſed

poſt hoc temporis momentum et in glacie iam exorta evaporationem aucto frigore imminui.

p.357. Ad *evaporationem aquae impurae aliisque materiis mixtae* transit Cel. Auctor Capite VII. Facile eſt intellectu, ſubſtantias volatiles aquae mixtas evaporationem augere, ſalia vero eandem imminuere. WALLERIVS evaporationem aquae admixto ſale marino et nitro per 24—48 horarum ſpatium imminutam reperit, quod explicat e frigore e ſalibus aquae adſperſis orto; cui tamen ſententiae repugnat obſervatio Auctoris, vitriolum nimirum et alumen evaporationem aquae quamvis refrigeratae non deminuere, ſed potius augere. Multa igitur accuratius inveſtiganda reſtant. Neque id WALLERIO concedit Auctor, aquae ſalinae evaporationem tantum ab initio minorem eſſe evaporatione aquae purae, progrediente vero tempore ad hanc propius accedere et ad eandem magnitudinem creſcere: repugnant enim experimenta ab HALLERO in Helvetia capta, cum aquam ſalinam ope caloris ſolaris coquere conaretur, qua de re cf. comment. Acad. Scient. Pariſ. ann. 1764.

p.361. Cap. VII'. repetit Auctor praecipua praeſtantiſſimae huius *evaporationis theoriae* capita, quorum ſummam hic quoque facere, haud ſupervacaneum eſſe videtur. *Evaporatio*, quae proprie dicitur, oritur ex intimo ignis elementaris et aquae nexu, quae elementa inter ſe invicem arctiſſime iuncta tranſeunt in materiam quandam elaſticam, aëre atmoſphaerico rariorem, *vaporis* nomine a Phyſicis inſignitam. Vapor iſte, ſi vel in ſpatio ab aëre vacuo oritur, vel ſua ipſius copia, et calore tantum valet, ut poſſit aëris preſſionem ſuperare, aëremque ſibi reſiſtentem e loco deturbare, cum aëre non miſcetur, fertque nomen *vaporis elaſtici puri*, qualis eſt, qui ex aqua ebulliente in aeolipila exit. Quoties vero tanta vi praeditus non eſt, ut poſſit omnem aëris reſiſtentis preſſionem ſuperare, toties in aërem ipſum penetrat, cum eo miſcetur,

in

in eo diſſolvitur, appellaturque *vapor elaſticus in aëre diſſolutus*. Aër vero eiusmodi vaporibus ad ſatietatem usque repletus, ſuperfluam et abundantem eorum copiam deponit ſaepiſſime ſub forma *veſicularum*, fluido quodam rariſſimo et leviſſimo repletarum et cinctarum, quae ſuſpenſae natant in aëre, et propter exiguam gravitatem ſpecificam ad ingentem nonnunquam altitudinem aſcendunt. Hae veſiculae alius plane naturae ſunt, atque materia illa fluida, quam vaporem appellavimus, adeoque vix poſſunt inter vaporum genera referri. Solent tamen a Phyſicis *vapores veſiculares* nominari, cujusmodi ſunt nubes et nebulae. Vapores denique elaſtici et ipſae adeo veſiculae ſaepiſſime ita condenſantur, ut in formam aquae ſ. guttularum redeant, quae ab ipſis aquae pluviae guttis non niſi magnitudine differunt. Aqua haec eſt, non vapor. Cum tamen ob motum varium et tenacitatem ſoleat aliquamdiu aëri inhaerere, antequam in terram delabatur, non incommodum erit, aquam hanc vaporibus accenſere, et nomine *vaporis concreti* appellare. Quatuor his vaporum generibus comprehenduntur omnia effluvia, quae ope evaporationis e corporibus terreſtribus in aërem transeunt.

Accedimus iam ad ſpecimen quartum, quo Cel. Auctor praecipua *Meteorologiae* phaenomena e principiis theoriae praecedentis explicare conatur, agitque capite primo de *vaporum per atmoſphaeram diſtributione*, qua in re, cum obſeruationibus directis plane careamus, nil ſupereſt, niſi id, ut ſola theoria duce, quid in variis unius eiusdemque columnae aëreae altitudinibus fieri debeat, probabili coniectura aſſequi conemur. Primo igitur loco diſputat Auctor de eo, quod fieri debet in aëre plane *ſicco*. In eiusmodi aëre vapores ſole oriente e terra humida exeuntes diſſoluentur, columna aërea radiis ſolaribus calefacta et aſcendentibus vaporibus aucta Occaſum verſus

p. 365.
p. 366.

ſus extendetur: ſpirabit ergo lenis aura ab Oriente verſus Occaſum. Adſcendet deinde calidus aër ad maiorem altitudinem, vaporibus mixtus. Haec aëris iactura, quam facient inferiores columnae aëreae partes, reſarcietur inde ab ea plaga verſus quam aër frigidiſſimus eſt et denſiſſimus, i. e. a plaga boreali, unde horis antemeridianis prope terrae ſuperficiem ſpirabit aura borealis, *Eteſiarum* nomine antiquitus inſignita. Sole denique ad occaſum vergente, et regionibus verſus Occaſum iacentibus magis magisque incaleſcentibus, orietur lenis Zephyrus. Sic ſola caloris ope perpetuus in aëre motus et rediens in circulum agitatio continuabitur. Haec de aëre ſicco, qui tamen in dies magis magisque humore et vaporibus impraegnabitur, donec iis ad ſatietatem usque ſit repletus. Videbimus iam de aëre *humore ſatiato*. In hoc quidem aëre vapores oriente ſole aſcendentes transeant, neceſſe eſt, in veſiculas, i. e. in nebulas atque nubes, quarum pars quaedam in aëre radiis ſolaribus calefacto diſſoluitur et in altiores atmoſphaerae regiones transfertur, ibi vero aëre iterum refrigerato deponitur et denuo in veſiculas atque nubes transit, quae tandem exorta pluvia, nive, grandine etc. humorem omnem calore ſolis extractum et in atmoſphaeram elatum terrae reddunt et reſtituunt. Attamen columnae aëreae humore ſatiatae inferiores partes plus vaporis, quam partes ſuperiores, contineant, neceſſe eſt; ſunt enim calidiores et denſiores ſuperioribus. Nullus quidem eſt in atmoſphaerae altitudine limes aut finis, quem, quantum nos quidem nouimus, vapores in aëre aſcendentes egredi et ſuperare nequeant; neque enim aut glaciale frigus, aut ſumma aëris dilatatio et extenuatio unquam evaporationi finem imponit: attamen hoc certiſſimum eſt, aërem, quo frigidior eſt et rarior, eo minorem vaporum copiam ſoluere, unde neceſſario colligitur, ſuperioribus atmoſphaerae regionibus ſemper minorem ineſſe vaporum diſſolutorum co-

pi-

piam, quam inferioribus. Frigus ergo cauſa ea eſt, qua humor ad terram et terreſtria corpora pertinens ad globum terraqueum quaſi vinculo quodam adſtringitur et alligatur: quippe ſine frigoris ope vapor elaſticus in immenſum coeli ſpatium penetraturus, terramque penitus exſiccatam relicturus eſſet. Neque tamen omnia columnae aëreae ſtrata aeque ſicca aut humore aeque repleta dici poſſunt: mox prope terram aër ſiccior eſt, nubibus in coelo conſpicuis, mox terrae ſuperficies nebulis obducitur, ſuperioribus atmoſphaerae regionibus ſiccis atque ſerenis.

Sed ſuperiores atmoſphaerae partes, quanquam non poſſunt tantam, quantam inferiores, vaporis diſſoluti copiam continere, eximiam tamen omnino veſicularis vaporis multitudinem ferre et ſuſpenſam in ſe retinere poſſunt, ita ut harum veſicularum ope admirabili naturae artificio vel in frigidiſſimis atmoſphaerae regionibus immenſa aquae et humoris receptacula parentur. Nubes enim et nebulae iſtiusmodi veſiculis conſtantes ſaepenumero ſunt denſiſſimae. Exemplum commemoratur denſiſſimarum nebularum apud Batavos, quae oculorum aciem ſaepius tantopere ſolent infringere, ut ne ſolum quidem, cui pes inſiſtit, cernere poſſis, in quibus quidem nebulis pedi cubico aëris (qui vaporis elaſtici diſſoluti non niſi 10 grana poteſt in ſe recipere) ultra 250 grana aquae inſunt. Maximam, ad quam nubes aſcenderent, altitudinem, 4400 hexapedas Gallicas non ſuperare opinatus eſt BOUGUERUS. Nubes vero multo altius extolli, vel ex eo poteſt cognoſci, quod nubeculae iſtae tenues et manipulatim veluti ſparſae, quae ſolent vulgo imminentis pluuiae indicium haberi, vel ex altiſſimorum montium cacumine viſae aeque ſublimes et a terra remotae apparent, atque ex ipſa telluris ſuperficie obſeruatae. Et cum experimenta in ſuperioribus relata oſtendant, vaporem veſicularem oriri adhuc poſſe in aëre, cuius denſitas tam exigua eſt, ut

non

non niſi columnam mercurii 15 poll. altam in barometro ſuſtineat, videtur omnino fieri poſſe, ut nubes in altudinem 13500 hexapedarum Gallicarum aſcendant.

p. 384. Caput alterum verſatur in explicandis *meteoris*, quae vulgo *ignea* nominantur, et tempeſtatibus. Vtitur Auctor axiomatibus duobus, nimirum his: 1) vapores elaſticos ope caloris ad ingentem altitudinem in atmoſphaera extolli, 2) materiam electricam in altioribus atmoſphaerae regionibus aëris preſſione parum coërceri, ſummaque cum libertate vagari et agere. Colligit inde, vapores perpetuos quaſi electricitatis conductores eſſe, qui ſuperiores regiones ſemper cum inferioribus et terra ipſa coniungant, et continue materiam electricam vel adducant vel deducant. Inde vaporibus ad maiorem altitudinem elatis, horrenda illa meteora oriri, in eruptionibus montium igniuomorum fulmina apparere, grandinem auroramque borealem in electrometrum agere, nimios ventorum impetus, turbines, preſteres, terraemotus etc. oriri plerumque e fluminibus materiae electricae a vaporibus in altiſſima atmoſphaerae parte ſuſpenſis attractae. Sequitur bene longa et accurata phaenomenorum preſteris marini explicatio. Addit denique Auctor, ſubitam vaporis elaſtici condenſationem aut rarefactionem ſaepenumero ventos producere, unde facilem eſſe putat ſubitaneorum ventorum explicationem.

p. 397. Sequitur Capite tertio ingenioſiſſima in *cauſas variationum barometri* inquiſitio. Cel. DE LUC de cauſis variationum barometri ita expoſuit, ut diceret, aërem purum ſpecifice grauiorem eſſe aëre humido et vaporibus intermixto: deſcenſum ergo mercurii in barometro magnam humidi aëris copiam indicare, et nuntium eſſe imminentis pluuiae. Iam vero experimenta in ſuperioribus (Specimine II, cap. 5.) relata probant id quidem, aëris a ſumma ſiccitate ad ſummum humoris gradum transeuntis elaſticitatem una parte quinquageſima quarta ($\frac{1}{54}$) augeri, adeoque eius den-

denſitatem eadem parte 54ma imminui, et humidum aërem ſicco re ipſa eſſe leuiorem. Illa vero pars quinquageſima quarta plane non ſufficit explicandis variationibus barometri, quippe quae ad partem decimam quartam ($\frac{1}{14}$) totius ponderis (ad 2 pollices in 28 pollicum altitudine) ſolent excurrere. Accedit, quod vapores in aërem aſcendentes ſuo ipſorum pondere pondus atmoſphaerae augent, quo fit, ut diſcrimen denſitatis aëris humidi atque ſicci minus etiam fiat parte quinquageſima quarta totius denſitatis, et vix explicandae variationi duarum linearum ſufficiat. Obiici fortaſſe poſſet, cauſam diſcriminis inter denſitatem et pondus aëris ſicci et humidi non latere in vaporis diſſoluti, ſed potius in vaporis ſuperflui, aut veſicularis, aut concreti copia; ſed captis experimentis facile intelligetur, vaporem ſuperfluum et abundantem elaſticitatem aëris plane non mutare, pondus vero eiusdem augere potius, quam deminuere. At vero etiam dici poſſet, in experimentis ſupra Cap. V. ſpeciminis II. relatis ſumere Auctorem, omnem aquam in vapores transiiſſe, quanquam aliqua fortaſſe eius pars globo vitreo adhaeſerit; Cel. DE SAUSSURE vero calculis ſubductis ſatis ſuperque demonſtrat, hunc errorem, etiamſi concederetur, non niſi 3—4 lineis variationis barometricae explicandis ſufficere. Addit denique, circa aequatorem in zona torrida easdem eſſe, atque apud nos, ſiccitatis et humiditatis viciſſitudines, easdem ventorum et tempeſtatum mutationes, attamen nullas fere barometri variationes obſervari, nec rorem veſpertinum ſub finem ſiccitatis diurnae ullam barometri variationem producere, quod fieri omnino deberet, ſi humor aëri mixtus inter cauſas praecipuas deſcenſus mercurii in barometro eſſet referendus.

Aliam variationum barometricarum cauſam invenisse ſibi viſus eſt PIGNOTTUS Mediolanenſis, editis *Conjecturis Meteorologicis*. Putat nimirum, *phlogiſton* p. 407.

e cor-

e corporibus terreſtribus evolutum aërem ſpecifice leviorem reddere, et ſimul vapores ex eo praecipitare. Haec omnia vero, quamvis ingenioſe a PIGNOTTO diſputata, labefactantur experimentis ſupra (Spec. II. Cap. 3. et 9) commemoratis, e quibus patet, exhalationes phlogiſticas nullos omnino ex aëre vapores praecipitare, tantumque abeſſe, ut aër, qui inflammabilis dicitur, vapores praecipitet, ut eos potius diſſolvat et diſſolutos in ſe recipiat.

p. 408. Ipſe quidem Cel. Auctor certam et indubitatam variationum barometri cauſam afferre non audet, ſatis ſe praeſtiturum exiſtimans, ſi generaliores quasdam ea de re conjecturas perſuadere lectoribus et probabiles reddere poſſit. Omnis vero hypotheſis, quae probabilem variationum barometricarum rationem reddere debet, praecipue explicet hoc, neceſſe eſt, cur circa aequatorem in zona torrida nullae fere ſint barometri variationes, verſus polos autem magis magisque creſcant et augeantur. Ante omnia igitur reſpiciendum eſt ad ea, quae in atmoſphaera circa aequatorem et verſus polos contingere ſolent, quae redeunt ad tria haec: 1) ſub aequatore ſtabiliorem eſſe aëris temperiem, nec tantis caloris mutationibus obnoxiam, quantis verſus polos; 2) ventos ſub aequatore conſtantiores, et certis legibus adſtrictos eſſe; 3) calorem, ſi ab inferioribus atmoſphaerae partibus ad ſuperiores acceſſeris, lentius, nec tam ſubito, quam apud nos, decreſcere, quo ſit, ut apud nos major ſit in diverſis atmoſphaerae ſtratis caloris varietas et viciſſitudo. Praecipua ergo variationum barometricarum cauſa latere videtur in calore et ventis. Chemicae aëris mutationes vix poſſunt in barometrum agere: ſunt enim maximae circa aequatorem, ubi barometri variationes minimae et paene nullae ſunt. Calor vel ſolus ſufficeret ad explicandas variationes, cum altitudo 27 pollicum columnae mercurii in barometro, calore per 16 gradus thermometri Reaumuriani creſcente,

22 lineis imminuatur. Sed majores eiusmodi caloris mutationes non niſi in imis atmoſphaerae ſtratis locum habent, et per ampliſſima terrae ſpatia proferuntur, quo fit, ut columnae aëreae aequilibrium cum vicinis columnis aeque calidis perpetuo ſervent, eandem maſſae aëreae copiam retineant, et caloris mutatione non graviores aut leviores, ſed non niſi longiores aut breviores fiant. Calor ergo in barometri altitudine mutanda exiguam vim habet tum, cum per amplum terrae ſpatium eadem ratione mutatur, magnam vero tum demum, cum cauſa quaedam adeſt, qua caloris mutatio arctis finibus coërcetur, et ad ſingulum ſuperficiei terreſtris locum adſtringitur. Ad ejusmodi cauſas (quas *locales* appellat A.) referendi ſunt venti; qui in zonis temperatis fere ſemper per ſingula tantum loca ſpirant, et in aëris temperie in regionibus altioribus mutanda multo maiorem vim habent, quam radii ſolares. Cel. quidem DE LUC in praeclaro de modificationibus atmoſphaerae opere omni virium contentione id egit, ut de ventorum et caloris efficacia in mutando barometro, quantum fieri poſſet, detraheret; contendit e. g. Auſtrum aeſtivo tempore aërem apud nos calidiorem reddere non poſſe, cum ipſa zona torrida eo tempore noſtris regionibus calidior non ſit. At quis eſt, qui non videat, id non niſi de imis atmoſphaerae partibus dici poſſe. Praeterea ineſt ventis vis quoque mechanica; neque enim in fluido elaſtico, cuiusmodi eſt aër, motus per ſpatium tam amplum tantaque cum celeritate progrediens absque violentis compreſſionibus et dilatationibus cogitari poteſt. Et in univerſum venti multo vehementiores ſunt, quam nos eos eſſe vulgo exiſtimamus; in altioribus enim atmoſphaerae regionibus ſummam vim exercent, nivemque e faſtigiis altiſſimorum montium ſecum ferunt, et ad mirandam prorſus altitudinem extollunt. Velociſſime igitur moveantur, neceſſe eſt, cum in tan-

ta aëris ſuperiorum regionum raritate et tenuitate tantum tamen vi et impetu ſuo valeant.

p.427. Iam his praemiſſis explicare conatur Cel. DE SAUSSURE, quaenam intercedat coniunctio et nexus inter *ventos* et *calorem*, tanquam praecipuas variationum barometricarum cauſas, et tempeſtatis mutationes. Hiberno tempore Auſter et Africus calidum humidumque aërem afferunt, adeoque ſimul deſcenſum mercurii in barometro et pluvium ſecum ferre ſolent. Aeſtivis vero menſibus Auſter ſolet nonnumquam aërem reddere frigidiorem, quod tamen tum demum locum habet, cum pluvia eum comitatur, unde aëris refrigeratio pluviae potius tribuenda videtur, quippe quae frigidiorem ſuperiorum regionum temperiem cum inferioribus communicat. Obiicies fortaſſe contra omnem hanc theoriam hoc: calorem vim diſſoluentem aëris augere potius, quam deminuere, videri ergo calorem, qui mercurium in barometro deprimit, ſerenae potius tempeſtatis, quam pluviae, cauſam eſſe, adeoque deſcenſum mercurii ſerenam potius tempeſtatem praedicere debere. Reſpondet A., ventos frigidum aërem afferentes plerumque eſſe ſiccos; ſi humidi ſint, pluviam oriri quamvis aſcendente mercurio: Auſtrum contra ſolere humidum eſſe; ſi ſiccus ſit, ſerenum remanere coelum, quamvis deſcendente mercurio. Vnde patet, barometri prognoſticis ſummam ineſſe incertitudinem, quod quidem ipſa confirmat experientia. Etenim e POLENI obſervationibus patet, inter 1000 deſcenſus mercurii in barometro 645 tantum fuiſſe, quos pluvia ſequeretur: et ſecundum Cel. VAN SWINDEN Franequerae per annum 1778 inter prognoſtica barometri totidem falſa fuere, quot vera. Ergo vel ipſa experientia docet, deſcenſum mercurii cum pluvia non tam arcto et neceſſario, quam vulgo putari ſolet, vinculo necti. Fatetur denique Auctor, nullo modo ſe omnem vaporum et chemicarum aëris mutationum vim in mutan-

tan-

tanda mercurii in barometro altitudine negare; atque adeo ſuſpicari, novam fortaſſe et hactenus ignotam variationum barometri cauſam progrediente tempore repertum iri.

Docet porro Cap. 4., *qua ratione hygrometrum aëri exponendum et obſervandum ſit.* Exponendum eſt aëri *libero* ita, ut nec radiis ſolaribus incaleſcat, nec nimia umbrae copia obtegatur. In obſervationibus campeſtribus commode poteſt baculo affigi, cujus umbra radios ſolis arceat; in domeſticis removeatur, neceſſe eſt, a maſſis quibuscunque vel calidioribus vel frigidioribus, itemque vel humidioribus vel ſiccioribus. Nec manui, nec oculo ſubito admovendum eſt hygrometrum, multo minus corpori agitato et calido, ſentit enim et indicat celerrime vel minimas aëris mutationes. Denique adhibenda eſt lens convexa, non modo, ut majores et diſtinctiores appareant ſcalae gradus, ſed etiam, ut errores e parallaxi oriundi curatius evitentur. p.435.

Capite quinto oſtendit Auctor, hygrometrum radiis ſolaribus expoſitum, iuſto maiorem ſiccitatis gradum indicare; ſexto vero certiores nos reddit de iis *diei horis, quibus ſumma vel ſiccitatis, vel humoris copia ſolet obſervari.* Summa aëris ſiccitas incidit in horam 3 aut 4 pomeridianam, adeoque in illud tempus, quo ſumma caloris vehementia iam tranſiit, unde patet, vapores a calore ſolis meridiano diſſolutos in regionibus atmoſphaerae inferioribus non diu morari. Summa humoris copia ineſt aëri tempore matutino, eo quidem, quod ſolis exortum unius horae ſpatio antecedit. p.440. p.441.

Cap. 7 agit de *cauſis ſummae ſiccitatis et ſummae humoris copiae.* Quanquam apud nos Africus ſolet magnam humoris copiam afferre, et ante omnes humidus haberi ventus, ſit tamen nonnunquam, ut eundem ſumma aëris ſiccitas ſequatur, cuius rei duo commemorantur exempla. In his vero exemplis mani- p.445.

niſeſta haec eſt phaenomeni cauſa, quod aër, iam antea ſiccus, Africo ſpirante calefactus, aucta vi diſſolvente, majorem etiam, quam antea, vaporum copiam diſſolutam in ſe retinebat, adeoque vapores diſſolutos, non humorem ſ. vapores concretos aut abundantes ſecum ferebat. Summa humoris copia obſervatur 1) tum, cum hygrometrum in nebula aut nube ipſa collocatur. Nonnunquam vel in ipſa nebula hygrometrum aliquantum abeſt a ſummo humoris gradu, indicatque, aërem nondum plane ſatiatum eſſe, et poſt breve tempus nebulae partem quandam eſſe ſoluturum. 2) tum quoque ſumma humoris copia aëri ineſſe ſolet, cum abundans roris copia ex aëre decidit. Durante pluvia raro ſolet ſummus humoris gradus indicari.

p. 454. Tranſit Cl. Auctor capite 8. ad explicandum *uſum tabularum*, reductioni obſervationum hygrometicarum ad eandem caloris gradum inſervientium. *Vera* nimirum humoris copia plane diverſa eſt ab *apparente*. Variis igitur exemplis illuſtratur ſolutio problematis huiusce: *Data apparente humoris mutatione invenire veram*, ope tabularum Specimine II. Cap. 4. communicatarum. Fatetur tamen Cel. Auctor, hac ſolutione non niſi *approximationem* obtineri. Obſervat quoque, methodum Cel. LEROI, qua diſtantia aëris a puncto ſaturationis inveſtigatur, non ubique cum tabulis congruere, e. g. vitrum aqua repletum humore induci, quanquam aqua non tam frigida ſit, quam ſecundum tabulas eſſe deberet. Neque tamen exinde colligendum exiſtimat, numeros tabulae eſſe iuſto majores; ſuſpicatur potius, corpora magna et denſa humorem trahere, et ſuperficie ſua recipere ante, quam aër eodem plene ſatiatus ſit. Exempli loco commemorantur lapides quidam, ſudantes veluti in aëre humido, quamvis nondum ſatiato, quos *hygrometrorum naturalium* nomine a nonnullis appellatos novimus. Hygrometrum ſpeculo vitreo, halitu oris madefacto, admotum, non ſummum humorem, ſed 87 tantum gradus indicavit.

Cap.

Cap. 9. refert *obſervationes meteorologicas* in itine- re Alpino menſe Iulio 1781 inſtitutas. Redactae ſunt in tabulam, quae variorum hygrometrorum indicia cum medio inter ea termino, barometri thermometrique obſervationes, locorum denique altitudines continet. Hae obſervationes tam certum reddunt, quam quod certiſſimum, abſolutam vaporum copiam in ſuperioribus atmoſphaerae regionibus minorem eſſe, quam in inferioribus. Probat hoc Auctor comparatis inter ſe pluribus obſervationibus, omni opera id agens, ut dubia, quae contra hanc regulam moveri poſſent, e medio tollat. Neque tamen omni exceptione maiorem putat regulam, cum in his ipſis obſervationibus contraria exempla tria occurrant, primum, in quo nivis et glaciei copia, alterum et tertium, in quibus nubes ab Auſtro allatae humorem in ſuperioribus regionibus nimium cumulaverant. His vero exceptionibus regula ipſa non tollitur. Cauſae, cur diſſoluti humoris copia minor eſt in ſuperioribus atmoſphaerae partibus, hae eſſe videntur: 1) Aqua et ſolum humidum, e quibus vapores aſcendunt, inſunt regionibus inferioribus. 2) Aër ſuperiorum regionum, cum refrigeratus vapores depoſuit, non poteſt ſtatim hanc iacturam reſarcire, in inferiorem vero aërem, cum primum incaleſcit, redeunt ſtatim omnes, quos frigidus depoſuerat, vapores. Suſpicatur denique Auctor, fieri poſſe, ut eo ipſo tempore, quo aër ſuperiorum regionum maxime humidus eſt, aër inferiorum regionum ſit maxime ſiccus. p. 463.

Decimum caput *cenſuram divinationum ſ. prognoſticorum meteorologicorum* continet. Ruſticos, nautas etc. in hoc genere plurimum valere, notum eſt inter omnes: at enimvero iſtorum hominum regulae arctiſſimis finibus circumſcribuntur, et ſingulis tantum locis et regionibus conveniunt; Phyſicorum vero regulae meteorologicae generaliores ſint, et univerſo terrarum orbi poſſint adhiberi, neceſſe eſt. Eiusmodi p. 489.

re-

regulas ut conſequamur, cumulanda ſunt, quantum fieri poteſt, imminentis tempeſtatis indicia, nec inter obſervationes meteorologicas negligendum hygrometrum, uti factum eſſe a Cel. VAN SWINDEN, obſervatore caeteroquin accuratiſſimo et ſollertiſſimo, iure meritoque dolet Auctor. Magnae hygrometri variationes fere ſemper ſerenae tempeſtatis indicium praebere ſolent. Notandam quoque cenſet in obſervationibus meteorologicis coeli nubiumque conditionem, et inprimis aëris pelluciditatem, quae a montium incolis ſolet inter certiſſima tempeſtatis indicia numerari. Pellucidus enim aër, in quo remotiſſima obiecta diſtincte apparent, certiſſimus eſt pluviae nuntius: indicat ſcilicet aëris pelluciditas et ab omni nebula vacuitas, abeſſe cauſam eam, quae ad formandas veſiculas requiritur, e quo colligi poteſt, humorem e terra aſcendentem in atmoſphaera non diu moraturum, nec in veſiculas transiturum, ſed ſatiato aëre mox in terram deciſurum. Neque negligendum eſſe putat colorem nubium ſolem obtegentium, quae ſi coloribus iridis ſ. prismaticis tinctae appareant, ut in halonibus etc., certiſſimum praebeant imminentis pluviae indicium. Caeterum ſperat, laudabilem illam operam, quae nunc quidem ab eruditis confertur in obſervationes meteorologicas, doctrinae meteorologicae certitudinem mirum quantum eſſe promoturam.

p. 498. Vltimo denique capite enumerat Auctor, quae deſiderari adhuc in hygrometria ſibi videantur. Hygrometrum ipſum e capillo humano conſtructum praeſtantiſſimum eſſe putat; opus vero eſſe emendatione inſigni tabularum reductioni mutationis humoris *apparentis* ad *veram* inſervientium, qua de cauſa ſuadet, ut ſecundum methodum Cel. LE ROI tabula diſtantiarum aëris a puncto ſaturationis omnibus numeris abſolvatur, inveſtigata ſimul et ad calculum adhibita ea humoris copia, quam vitrum attrahit, antequam aër humore plene ſatiatus eſt. Hortatur porro, ut

ut varia hygrometrorum genera combinentur atque inter ſe invicem comparentur, ut accuratius inquiratur in eam vaporum copiam, quam quodvis aëris genus poteſt diſſolvere et ſolutam in ſe retinere, comparato ſimul Eudiometro, utque experimenta de vapore elaſtico in ſpatio ab aëre vacuo capiantur. Pluribus obſervationibus atque experimentis indagandam cenſet naturam veſicularum et nubium, ut pateat, quantam aquae copiam nebulae et nubes contineant, excogitandum quoque *Diaphanometrum* ad definiendum gradum pelluciditatis aëris, et ad cognoſcendam copiam vaporis caerulei, qui ſereno coelo in aëre verſatur, nec non capienda experimenta de vi refringente vaporum. Denique theoriam evaporationis latius eſſe extendendam, ut innoteſcat, utrum quaeuis corpora exhalantia vaporem elaſticum praebeant, qui in aëre ſolvatur, et in veſicularum formam redigatur, an potius natura in aqua aliam, atque in caeteris corporibus, viam elegerit. Has enim disquiſitiones novum plane hygrometriae et meteorologiae campum eſſe aperturas.

III.

D. CASIMIR. CHRIST. SCHMIDEL Icones plantarum et analyſes partium etc. Manipulus II. Norimbergae, plag. 25. totidemque Tab. aen. vivis coloribus illuſtratae. fol.

Veluti parte praecedente promiſeramus,* proſequimur nunc ſuccinctam enumerationem Manipuli ſecundi operis elegantiſſimi Ill. SCHMIDELII. Quae ibidem ſingularem botanicorum promerebantur attentionem, plantae cryptogamicae, cum ſuis generationis fructificationisque partibus propoſitae, hic multo largiori manu ab Eodem exhibentur.

 Primum

* vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 268, vbi et plenum titulum inuenies.

Primum interim locum occupat Sempervivum *globiferum* LINNEI. Tanta hanc inter atque illam Tab. XVII. propoſitam ſpeciem, cum quoad habitum totius, tum figuram numerumque partium eſſentialium accidentaliumque floris, eſt conuenientia, vt fugitiuo adſpectu alteram alterius varietatem potius, quam veram et proxime ſubordinatam ſpeciem eſſe crederes. Auctor autem vtramque per plures annos promiſcue coluit, inuenitque hanc conſtanter humiliorem, pluribus compactioribusque globulis ſeu propaginibus praeditam, nec non ciliis de foliorum margine procedentibus immutabilibus. Maxime vero ab invicem diſcrepant antherarum ab emiſſo prolifico polline figura. Illius enim loculi tunc ephippium referunt; huius in quatuor cornua abeunt. Vnde rectiſſime infert: *Impoſſibile videtur eandem penitus ſpeciem ex diuerſimode ſtructis generationis organis oriri poſſe.*

Secundum Cl. GLEDITSCHII methodum fungorum facillima res eſt, plantam hujus familiae repertam ſuo generi tradere; ſed ibi hodienum botanici perquam haerent, vbi ſpecies pro certo iis ſunt determinandae atque earum genuinae diſcrepantiae indicandae. Id quod, quamuis non plane de omnibus ſingulisque valeat, valebit tamen de plurimis; non obſtante vbertate deſcriptionum, ſaepe ſatis prolixarum, et iconismo harum vegetantium, vel viuis coloribus illuſtrato. Celerrimum eorum, fauente coelo incrementum, nuptiis praeprimis celebratis, formae hinc repentina commutatio atque coloris, poterunt ſane exactiſſimam deſcriptionem delineationemque fallacem reddere, veluti fere cunctis accidiſſe ſcimus, niſi incomparabilis Auctoris ad normam hanc rem expediuerimus. Propoſuit is in hoc Manipulo quatuor ſpecies perquam ſibi ſimiles *Geaſtrorum* MICHELII, at diuerſas, diuerſis in tabulis. Quarum diſcrepantia, exactiſſime quoad quaeuis momenta hic eruta, vt eo clarius pateat, incongruum haud eſſe credimus, ſi easdem continua ſerie perluſtremus.

Omni-

Omnibus *Geaſtris*, a recentioribus botanicis Lycoperdorum generi traditis, familiare eſt, triplex inuolucrum ſeminum habere, de quibus illud, quod volva audit, in diuerſas lacinias finditur. Haec in prima ſpecie Tab. XXVII et ſq. tradita quoad ſuperficiem glabra quidem adparet: nonnulla autem loca filamentis reſiduis obſita ſatis teſtantur eius primaeuam cum globulo cohaeſionem. Hoc in ſtatu, ſi ab inſtituto inde ſoluitur, filamenta vel liquorem aliquem exſudant, vel ab aëre accedente quaſi tenerrimo puluiſculo conſperſa videntur. Procul dubio, quod hic loci etiamnum id continetur, quod in aliorum generum fungis annulus vel reticulum ſtipitis habet; virtus nimirum prolifica. Globulus pedunculo omnino deſtituitur. Maturus pulpam ſuam immutat in filamenta rotunda, non articulata, ramoſa, minus elaſtica, quibus ſeminula adhaerent. Horum pro exitu pertunditur illius vertex foramine inaequaliter dentato. Maxime ſingularis vero nota, hanc ſpeciem a reliquis adfinibus diſtinguens, in illa proprietate voluae poſita eſt, qua humida explanatur, ſicca vero demum reuertitur; idque toties, quotieſcunque in adſeruatis ſpeciminibus vel poſt annos idem ſpectaculum renouare voles. Vnde Auctor noſter eandem dixit: Lycoperdon, *voluam recolligens*. p.102.

Altera rarior Lycoperdi ſpecies Tab. XXXVII. adumbrata, e contra voluam ſuam, communiter quidem in quatuor, ſed in plures quoque partes diuiſam, verſus natale ſolum retro flectit, vnde ſeminalis globulus in altum euehitur. Quare vel hoc de momento ſatis a praecedente diſcreparet. Sed proximae ſpeciei volua eundem morem ſequitur; quare alius character ſpecificus erat eruendus, quem noſter in apertura verticali, pectine inſtructa, euidentiſſimum reperit. Hinc fungum hunc dicit Lycoperdon, *voluam reflectens, ore pectinato*. Globulus de reliquo pedunculum indipiſcitur, qui ſeneſcens nonnunquam annulo, p.148.

 ab

ab interna voluae lamina procedente ornatur. Fila parum elaſtica, vtplurimum ſunt ſimplicia, ſeminulis opacis onuſta; fundus autem globuli papilla quadam gaudet. Primordia huius fungi ſubter terram latitantia Tab. XLII delineata proſtant. Perquam notatu dignum, nobis quidem, videtur; iſta tunc conſtanter tenerrima lanugine cincta reperiri eandemque emergentia ſecum ferre, atque tum demum deponere, vbi laciniae voluae reflectuntur. Nonne huic forſitan tenerrimum maſculum pollen inhaerere poterat, eadem ratione, ac filamenta annulorum arachneidorum HALLERI in fungis ſtipitatis obſidere videmus?

Tab. XLIII. et pro parte T. L. propoſita Lycoperdi ſpecies, ratione inuolucri extimi ac voluae re-
p. 169. poſitione cum praecedente conuenit. Rarius autem iſta in quatuor, plerumque in ſex, ſeptem, octo, ſaepiuſcule inaequales partes dehiſcit. Globulus pedunculo caret vel ſaltem propter carnoſiorem voluam carere videtur. Filamenta eius interna, veluti in priori ſpecie, ramoſa ſunt, papillaque euidentior ſecundae. Summam vero diſtinctionis notulam dentata apertura exhibet, vnde Auctori dicta: Lycoperdon, *volvam reflectens, ore dentato*. Auctumnalis ambroſorum pinetorum eſt incola, viſa procul dubio a recentioribus botanicis; ſed adeo mancis definitionibus adornata, vt Cel. Auctor praeter Michelianum, quoduis ſynonymon retentum, cum aliqua haeſitatione ſubſcriberet.

Quarta denique ſpecies Tab. XLVI delineata, eſt vulgare illud Lycoperdon *ſtellatum* LINNEI. Huic quoque triplex inuolucrum datum eſt, quorum exti-
p. 181. mum floccoſum, teneritate antecellit praecedens. Alterum ſeu volva nunquam quatuor, frequentiſſime nouem vel decem, imo undecim et duodecim lobis dehiſcit. Tertium, quod capitulum conſtituit, pedunculo ſuſtinetur, atque orificio pectinato patulum fit.
p. 282. Huius locus naturalis in vertice eſt, nonnunquam ve-

ro etiam a latere capituli quaedam alia ſecundaria quaſi adparent. Cum interea iſtius ſpeciei volua lobis ſuis conſtanter explanata pateat, Auctor eandem ſequenti ratione definiuit diſtinxitque a praecedentibus: Lycoperdon, *volvam explanans.*

MICHELIVS omnium primus inciderat in plantulam minutulam, ſimplicem, rotundam atque pinguiuſculam, Sphaerocarpi ab eodem nomine indicatam. Memoriam eius plane eandem ab HILLIO, LVDWIGIO, DILLENIO, conſeruatam et a ſolo ADANSONO inter recentiores botanicos ſub hepaticorum Muſcorum familia recultam, Ill. SCHMIDELII ſagacitati completiorem exactioremque ſui deſcriptionem debemus atque partium delineationem. Stagnorum paludumque apricorum exſiccatorum haec incola, e cruſta gelatinoſa viridi luteſcente vel fuſca emergit, forma bullularum virentium vel exacte vel cum flauedine quadam, oculis nudis aegrius perceptibilium. Paucorum dierum interuallo in debitam ſibi magnitudinem adoleſcunt, figuris ex anguſto pede varie ſuperiora verſus dilatatis. Demum diuerſimode aperiuntur. Vtplurimum quidem de vno latere fiſſura fit longitudinalis, ſed ſunt etiam plantulae, quae vel ſuperiori vel inferiori parte transverſim dehiſcant: tam exacte vero in duas valuas diuiſae, quemadmodum MICHELIVS delineauit, Auctori nunquam obuenerunt. Intrinſecus granula viridia continent, eoque plura, quo intenſius viret plantula; procul dubio ſeminula. Notatu interim propter fructificationis negotium digniſſimam rem eſſe cenſemus, quod Auctor in cruſta illa ſuppoſita, nonnunquam etiam ſegregato loco deprehendit corpuſcula opaca, nigricantia, ſemigloboſa, puncto ad oculum nudum ſimilia, quorum autem ſuperficies ad vitrorum augmenta reticulata, nonnunquam etiam tuberculis inſtructa erat. Nos ſane nulli dubitamus de maſculo eorum officio, vnde ad Auctoris mentem propius a Blaſia MICHELII diſtaret hoc genus.

p. 104.

Pro-

Promiſerat is in priori faſciculo hujus operis expoſitionem femineae plantae ejusque fructificationis partium, Marchantiae *polymorphae*, quam nunc ſecundum Tab. XXIX. egregie praeſtitit. Hujus pe-
p.110. dunculo ſuſtentatum receptaculum florum in ſeptem, octo ad decem radios diuiditur, quo primo intuitu a maſculo differt. Subter quemque radium proxime ad pedunculum locatae inveniuntur duae burſulae inferiora verſus patulae margine laciniato, conſtructae e tenerrima reticulata nitente membranula. Quaeque earum aliquos flores femineos concludit, hinc tanquam calyx horum communis erit conſideranda. Quisque autem horum florum inſuper aliud proprium habet inuolucrum ſimilis ſtructurae, extra quod ſtylus tempore floreſcentiae prominere, poſtmodum vero intra illud demum abſcondi vidimus, cum ab initio celerius capiat incrementum, ac fructus rudimentum. Atque hoc in ſtatu margines in apicem conniuent, neque prius diducuntur, quam ad maturitatem proxima capſula, calyptram, quae Marchantiis quoque pro firmamento ſtyli ſupra eandem in priori aetate data eſt, perrupit, proprioque pedunculo elongato extra inuolucrum commune externum egreditur. Dehiſcit tunc capſula lutei coloris in quatuor valuas innumerabiliaque filamenta, ſucceſſiua exſiccatione elaſticitatem ſuam exercent in ſeminulorum diſploſione. Granula iſta terrae commiſſa, in plantulas abiuiſſe eiusdem ſpeciei florentes denique frugiferasque, certi ſcimus, quare de eorum ſeminali vigore nullum vltro ſupereſt dubium. Corpuſcula lentiformia cyatulorum, ſic dicti viui ſunt partus, quos jam DILLENIVS radiculas agere, et in debitas plantulas increſcere vidit. Ill. Schmidelius igitur primus eſt, qui dilucidiſſime botanicos docuit, Marchantiae hujus plantulas, pedunculis vmbellatis aeque ac ſtellatis inſtructas, vnam eandemque eſſe ſpeciem, ſexu tantum diſcrepantem.

Ea-

Eadem ratione Noſter etiam ſexualia organa Marchantiae *conicae* et *hemiſphaericae* quoque in hoc Manipulo proſecutus eſt: quare harum quoque ſpecierum expoſitionem vna ſerie perluſtrare in animo habemus.

Alteram Marchantiam, *conicam* nimirum, Tab. XXXI egregie exhibet. De verrucis MICHELIO et DILLENIO dictis Auctor perbelle oſtendit eandem cum peltis M. *polymorphae* habere ſtructuram, eadem contenta; igitur maſculum quoque explere officium. Conus hinc, qui ineunte vere pedunculo exporrecto in altum euehitur, non flores, veluti DILLENIVS MICHELIVSque autumabant, ſed maturum fructum, quod COLVMNA jamtum dixerat, continet. Inſunt huic nimirum quinque ad ſeptem capſulae, quarum quaevis, perrupta calyptra atque parenchymate conuli, in quatuor valuas finditur immenſamque farraginem puluerulentorum ſeminum filamentorumque elaſticorum emittit. p. 120.

Cum organa vtriusque ſexus Marchantiae *haemiſphaericae*, quae hic Tab. XXXIV occurrit etiamnum, ſicut in M. *polymorpha*, diuerſimode conformatis thalamis pedunculatis ineſſent, ſimile quoque diuortium in ſpecies vel inter neotericos botanicos paſſa eſt. Exactiores diſquiſitiones incomparabilis SCHMIDELII nunc una cum ſexualibus huius plantulae patefactis, certo certius euicerunt, M. *chenopodam* LINN., *anapodocarpos* NECKERI, *chenopodiatam* IAQVINI, ad vnam eandemque *haemiſphaericam* pertinere. Maſculam enim virtutem continent peltae illae plus minus rotundatae pedunculorum, intra ſingulares loculos, qui eandem per acuminatas eminentias ſuperficiei ſuperioris emittunt. Feminei flores inde fecundati tuberculi ſub forma apparent, diuerſis autem ſtadiis pedunculorum incremento eleuantur. Continentur tum demum in illo 3—8 capſulae, calyptrato ſtyli firmamento inſtructae; quo perrupto in plures, octo cir- p. 133.

citer

citer partes dehiſcunt, concluſaque intro ſeminula rotunda, fuſco-lutea, reticulata in ſuperficie ad augmenta, dimittunt vna cum breuiuſculis filamentis elaſticis. Innaſcitur haec plantula ſcopulis ac muris vetuſtis ſeptentrionem ſpectantibus, Aprili pedunculos emittens.

Videamus nunc Commelinae tres ſpecies ab Auctore ſtudioſiſſime diſquiſitas, at diſſitis in hoc manipulo locis propoſitas.

p. 114. Commelina *africana* Tab. XXX. exhibita, radiculis ab initio breuibus ſimplicibus numeroſiſſimis gaudet. Prodeunt ſupra has poſtmodum nonnulli ſtolones; ad internodia autem quoque ſatis copioſae oriuntur ramificationes. Omnium terminus ſunt flores, e vaginis foliorum prodeuntes; quorum ad pedunculum linea pilis obſita decurrit. Inuolucrum florum extimum cordatum, octo circiter ſtriis vaſculoſis ornatur. Primus longiſſimusque eorum pedunculus certiſſime florem ſuum in conſpectum prodit: alter, tribus floribus onuſtus, eosdem noſtris in regionibus nunquam perficit. Cum exteriora tria foliola floralia etiam poſt exſiccationem reliquorum perſiſtunt, Auctor eadem calycis loco haberi poſſe exiſtimat. Quodſi cuncta, quae in flore puluerem continent, antherae ſunt, haec ſpecies hexandria erit; at triplicis formae. Tria enim filamenta breuiora, ad cruciatos ſuos proceſſus antheras proferunt; duo a latere piſtilli locata longiſſima, antheram ovatam, ſextum, ſagittatam bilocularem ſuſtinent. Fructus in duas valuas ſecedit. Minor ex his bina oblonga corpuscula continet, de quibus dubia eſt quaeſtio, num ſemina ſint noſtro tantum in climate ad maturitatem non pertingentia: maior autem ſemen oblongum, ovatum, de vno latere planum, altero conuexum, adeo firmiter concludit, vt nunquam ſponte inde ſoluatur. Quam ob circumſtantiam Auctor hanc ſpeciem ſe-

quenti modo definivit: Commelina valua ſuperiore ſemini adnata.

De radicum Commelinae *communis* ortu, a radicula ſeminali ad illam ejus perfectionem vsque, vbi turiones inde protruduntur, perquam notabile momentum retulit, iconibusque Tab. XL. egregie oſtendit Noſter. Flores hujus ſpeciei quoque in ſummitate ramificationum proueniunt. Floris partes Tab. XLI. exſtant. Eorum involucrum externum internumque, ſeu calyx et corolla e tribus partibus inaequalibus componuntur. DILLENIVS iam huic ſpeciei antheras ſex tribuerat, quarum figura aliquatenus ab illa praecedentis ſpeciei differt. Fructus quoque in duas valuas ſecedit. GOUANVS maturam capſulam lacteſcere perhibet, quod vero Auctor nunquam in hac ſpecie reperire potuit. p.161.

Tertia ab eodem propoſita ſpecies, Commelina *tuberoſa* Tabulam XLIX. occupat. Conditio ſic dictarum radicum nos etiam hic clare edocet de genuino conceptu radicis. Propaginibus ſuis et foliis, et florendi modo cum praecedentibus conuenit, nec non numero et figura petalorum ſtaminumque; niſi quod petala in hac ſpecie ſatis aequalia reperiantur. Praeterea ſtylus magis in curuaturam protenditur, ac deſcriptarum. Semina capſulae biualui communiter quatuor inſunt, forma trilatera. p.194.

Regredimur nunc ad Tab. XXXII. ſecundum quam Seriola *urens* exponitur. CVPANVS, inuentor huius plantae, eandem Hieraciis ſubſcripſit, VAILLANTIVS poſtmodum ad Hypochaerim traduxit, LINNEVS vero ad Seriolam. Planta eſt annua, ramoſa, pedalis circiter altitudinis. Calyx e foliolis oblongis acuminatis, coſta aculeata inſtructis, componitur. Thalamus florum eſt paleaceus. Flores cuncti lingulati, hemaphroditi. Semina oblonga, incurua, ſtriato quadrangula, pappo plumoſo coronantur e ſtipite den-

dentato: qui vero in illis marginalibus vel plane deficit, vel, ſi adeſt, e perpaucis plumulis conſtat. Quodſi conditionem calycis, receptaculum paleaceum, ſemina papposa cum charactere generico Hypochaeris conferas, facile apparebit, quocum de his generibus proxime collimet.

p. 127. Tab. XXXIII. duo Clathri minoris ſtaturae repreſentantur. Primus eſt Clathrus *pedatus, reticulo deciduo.* Pauci botanicorum, qui hanc ſpeciem forſan obſeruarunt, ambigue eandem definiuere, adeo vt Auctor ne vllum quidem ſynonymon hic adjicere auderet. Obſervationibus autem atque deſcriptionibus ab Eodem exhibitis, vltro nihil dubii ſupereſt. Primordia ſua, veluti plures hujus generis ſpecies, intra ſubſtantiam ſpumoſam, rubram ab initio, capit. Quamprimum capitulum oblongo-rotundum, aliquatenus ad ſiccitatem peruenit, intro contentorum diſpoſitio iam aliquatenus transparet. Breui poſt tenerrima membrana a ſui medio ſuperiora verſus ſoluitur inque conſpectum venit inſignis copia filamentorum ſibi inuicem connexorum, ſeminulis conſperſorum. Quae quamprimum auolauere, complexus ille filamentorum quoque decidit, cyatho quaſi inani per aliquod temporis interuallum adhuc reſiduo.

p. 129. Altera ſpecies longiori ſtipite, rotundiorique capitulo inſtruitur. Color totius eſt ſanguineus. Primordia fungilli, capituli apertura, filamentorum intra hoc reticulatim connexorum ſeminulisque adſperſorum congeries, eadem ac in praecedente. Diſſipatis vero his non itidem decedit illa; vnde Auctori audit: Clathrus *pedatus, reticulo fixo.* Atque iſte eſt illa Trichiae ſpecies, cujus Ill. HALLERVS in ſua Hiſt. Pl. Helv. num. 2164. mentionem fecit; acceperat enim a Noſtro ejus delineationem.

Tab. XXXV. analyſin Iungermanniae *pinguis* ſiſtit. Miſſis, quae ad herbam pertinent, videamus egregia Ill. Viri detecta, praeſertim quoad plane incogni-

cognita hactenus maſcula organa, ſaltem non ita habita. Vidit nempe Majo, Iunio ac ſequentibus aeſtiuis menſibus aceruulos e veſiculari compage conflatos ſurgere de ſupina frondis facie, plures ſibi ſuccedentes, pro hujus incremento. Intra hos continetur receptaculum maſculae virtutis lactei coloris, quae de rupta conuli ſummitate exploditur: quo facto ſordeſcunt, diffluunt, denique diſparent illi. Eodem tempore ad apices ramorum nodulos aut tubercula obſeruauit in ſuperficie prona frondis ſita et ſuperne transparentia, quae eo certius foeturam maſculam ſuſcipientia ſunt feminea organa, quandoquidem conſuetae aliis ſpeciebus frondium propagines huic deſunt. Inſequente Martio menſe, vel, tempeſtate minus fauente, aliquanto ſerius, hic nunc in conſpectum veniunt fructus rudimenta groſſificata, quae Auctor procul dubio, ob hactenus ſolemnem botanicis circa hujus ordinis vegetabilia erroneum loquendi morem, flores nuncupat: defloruere enim iſtae partes, iisdem antea dictis menſibus. Adſcendunt columellarum carnoſarum viridium ad inſtar arcuato ductu ab inferioris paginae ſic dicto neruo. Vertici inſidet adhuc mamilla carnea, quae ſtylus eſt reſiduus, colore nunc luteo diſtinctus. Intra ventrem illarum concluditur vaſculum cum ſuo pedunculo, breui admodum in hoc ſtatu, neque aliud deprehenditur hic hujus inuolucrum. Auctori corolla dicitur. Paucas poſt ſeptimanas abinde ejus verticem perrumpit, aliarumque Iungermanniarum ad modum, in quatuor valuas ſecedit, ſemel ab Auctore quinque viſas. Veluti illud externum capſulae inuolucrum adeo a calyptrarum conſueta conſiſtentia abludens, hanc ſpeciem a Iungermannia *epiphylla*, ſimillima quoad frondem, ſatis diſtinguit; ſic filamentorum capſulae compoſitio connexioque aliud quoque in hunc finem exhibent. Nequaquam enim e duobus helicibus conſtant, ſicut *epiphyllae*, neque cum pedunculi punctulo intra vaſculum penetrante adeo firmiter co-

(marginal notes: p. 138 beside line 2; p. 139 beside line 14)

haerent; quin ſimplicia, breviora, vtrinque acuminata ſunt, ſerpentina pellucente per medium linea ducta, atque ſoluta de fundo vaſculi magna ex parte apicibus valvarum adhaerent. Semina ſunt angulata. Margines frondium criſpos a DILLENIO depictos Auctor nunquam deprehendit.

Liceat et hic reliquas binas ſpecies hujus generis ab Auctore iſthoc in faſciculo traditas adnectere, externa quamuis iam herbae forma a praecedente egregie diſcrepantes. Iungermannia enim *trichophylla*
p.166. Tab. XLII. propoſita foliola habet linearia articulata, bina bijugaque ex eodem loco, alternatim e caule exſtantia, laxius inferne, congeſtiora in ſummitate. Hujus quoque maſcula organa Auctorem noſtrum ſubterfugere nequibant. Inuenit eadem globulorum pellucentium forma ad apices ramulorum, inque foliorum apicibus, quod fig. 22 et 23. oſtendit. Veremur tamen, Ill. SCHMIDELIVM tempeſtiue ſatis hanc eorum diſquiſitionem ſuſcepiſſe, quum cognitum habeamus, antheras iſtas in ſuo vigore, filamento ſuppoſito, lineaque pellucentiore cinctas eadem ac illae Sphagni *paluſtris* ratione foliolorum ſuperiorum alis, ſolitariam vel duplicem inſidere. Exterius vaſculi involucrum ſeu calyx, promiſcue in caule locum habens, albus membranaceus, limbo in cirros plures reſolutus reperitur; perſiſtensque eſt abſoluto omni negotio. Intra eundem deliteſcens adhuc vaſculum, calyptra, corolla Auctori dicta, cuius vertici ſtylus adhuc inhaeret, concluſum eſt. Hanc ingruente vere verticaliter perrumpit, in altum agitur pedunculo, dehiſcit in quatuor partes, cuncta conſueto Iungermanniis more. Valuae ejus ab vtroque margine ſecundum longitudinem reuoluuntur, hinc crux linearis SCHREBERI; hirta quaſi aut pectinata a reſiduis et recta exſtantibus filis, e duobus helicibus compoſitis, quorum elatere ſeminula rotunda, opaca, intenſe fuſca, diſjiciuntur.

Iun-

Iungermannia *barbata*, propter ingentem copiam radicularum ſimplicium e caule decumbente prouenientium ab Auctore hoc cognomine ſalutata, apud LINNEVM nuſpiam occurrit, vnde botanicis incognita adeo manſit. Auctor primam eius injecit mentionem in diſſertatione, de Iungermanniae charactere. Hic autem Tab. XLVIII. perquam pulchre eandem delineauit, ejusque expoſitionem tam claram compoſuit, vt errori vltro nullus ſit locus. Denticuli foliorum hanc p. 189.
ſpeciem inprimis ab aliis diſtinguunt. Eorum margo ſuperior truncatus, duabus, frequentiſſime tribus, imo et quatuor, aequalibus, modice acutis crenis inciditur. Alternatim cauli adpoſita, pinnatam directionem ſeruant. Vbi capſulae in altum emergunt, earum pedunculi baſis medium trunci occupat. Matureſcente fructu, aut paulo antea, menſe nimirum Aprilis, binis apicibus foliorum, nouellos ramulos e marceſcente caule oriundos veſtientium, inſident glomeruli pulueruienti obſcurioris coloris. Horum de efficacia maſcula dubitandum certe nullatenus eſt. Egregie autem Auctor annotauit circumſtantiam in extremitate illorum ramulorum occurrentem, quae nos facile in errorem reſpectu genuinorum ſexualium ſeducere poſſet. Reperiuntur nempe ibidem copioſiſſima corpuſcula oblonga; quae vero nihil aliud eſſe, quam rudimenta foliorum, quam rectiſſime docet. Simillima vidimus in gremio extremitatum nouellorum ſurculorum ramulorumque Lycopodii *clauati* et *annotini*, Ceratophylli *demerſi*, Charae *vulgaris* cet. Intra calycem femineum plura reperiuntur corpuſcula clauata, quorum etiam bina in fructum abiiſſe Auctor obſeruauit. Ceterum maturitatem capſularum ſpectantia momenta coincidunt cum illis reliquarum hujus generis ſpecierum.

Quam prona ſummis etiam botanicis ſit in erro- p. 141.
rem via, niſi omnes occurrentes partes plantae cujus

 dam

dam curioſius examinauerint, Conyza *rupeſtris* LINN. ad Tabulam XXXVI. explicata docet. TOVRNEFORTIVS ex vna eademque ſpecie Elichryſi BAVHINORVM ſeu Heliochryſi BOCCONIS duas ſpecies inde fecit, ideo, quod I. BAVH. aliam, quam frater, iconem ſuppeditaret, BOCCO autem hanc ipſam ſub Helichryſi *ſaxatilis* nomine daret. BARELLIERVS e contra, aequalis BOCCONI, duas picturas reliquerat, quarum altera magis ad Chryſocomam *latifoliam maiorem ſingulari flore* BAVHINI accedit. Hinc LINNEVS optimo conſilio hujus, triumque priorum definitiones, GERARDVS vero in ſua flora etiam utramque Tournefortianam, Conyzae *ſaxatili* ſubſcripſerant. Si quando autem GOUANVS alteram quoque BARELLIERI ſpeciem, Chryſocome *latifolia minima ſingulari flore* quoque *ſaxatili* adnumerat; ſane humani quid paſſus eſſe videtur, quum eius ſquamae calycinae non acuminatae, ſed obtuſae ſint, inque hoc momento, ſecundum exactam demonſtrationem noſtri Auctoris, praecipua diſtinctionis notula *rupeſtris* verſetur. Praeterea hujus ſquamae ſurrectae manent, illius autem ariditate reflectuntur. Cum interea ſaxi et rupis ſignificatus promiſcue ſumi ſolet, optabilius fore dicit, ſi hic exhibita ſtirps Conyza *Barrellieri* audiret.

Tab. XXXVIII. occupat Semperuiuum *arachnoideum*. A *montano* vix ac ne vix quidem adeo differt vt ad mentem LINNEI in notula Ed. XII. Syſt. Nat.
p.152. non poſſit non ceu varietas hujus conſiderari. Diſtinctam tamen reliquit Auctor vtramque hanc ſpeciem; notat autem, ſpinulam de apice foliorum *montani* procedentem, a reliqua eorum piloſitate ſatis diuerſam, Eidem tam euidentem non fuiſſe, ac quidem HALLERVS in exemplaribus ſuis deſcripſit. De reliquo exacta omnium partium plantae varietatumque in numero illarum floris occurrentium exhibetur deſcritio. Petala juniorum inprimis florum ſupra unguem ſibi inuicem quidem adglutinata, nequaquam

tamen

tamen ad tantum ſpatium, quantum COLVMNAE icon refert, vt florem monopetalum multifidum ſimulent, per plurium annorum continuatam obſeruationem reperire potuit Noſter.

Proxime inſequente Tabula, nimirum XXXIX. formoſa admodum Hyoſeris *lucida* repraeſentatur. Similitudinem habet cum H. *radiata*: praecipuos autem characteres diſtinctiuos inter vtramque LINNEVS jamtum in Mantiſſa prima exhibuit. Ill. SCHMIDE- p.158.
LIVS attamen ſemina marginalia, velut reliqua, pappo inſtructa, per plures annos reperit; neutiquam igitur, quod LINNEVS ibidem in nota perhibet *vix pappoſa*. Floris partes Tab. XLI. delineatae èxſtant.

Species nonnullae ſucculentae Algarum, non obſtante minutula ſua ſtatura breuiorique vitae decurſu, ſubeunt commutationes formae ſimiles, ac proceriora vegetantia. Inde factum eſt, quod MICHELIVS plures diuerſas ſpecies Ricciae conderet, quas ſingulas LINNEVS, et ejus ad ductum plures ſubinde botanici, ad Ricciam *minimam* et *glaucam* retulerunt. Vtrasque Auctor Tab. XLIV et XLV delineatas exhibuit, ſtatuitque illam, R. *minimam* nimirum, varietatem tantum eſſe de R. *glauca*. Saltim quoad fructificationis p.173.
organa non diſcrepant inter ſe. Maſculi conuli prominent ſurrecti de reliqua ſuperficie veſiculoſa ſtirpis. Vtplurimum extrema frondium occupant. Adeo tamen fugacia poſt abſolutum negotium ſunt, ut perquam neceſſaria ſit tempeſtiua inquiſitio. Auctor nonnunquam hos maſculos conulos in apice fiſſos inuenit. Reconditum intra parenchyma frondis fructus rudimentum etiamnum ſuo ſtylo inſtruitur, cuius ſtigma in ſuperficie prona hiat. Semina ab initio alba ſunt; ſucceſſu temporis autem fuſca, tandem nigra fiunt, variamque figuram indipiſcuntur.

Ricciae *cryſtallinae*, Tab. XLV. depictae ſexualia, p.178.
praecedenitum ſimillima ſunt, ſi maſculorum magnitudinem et locum excipias. Minora enim nec non

conſtanter in medio diſco reperiuntur, numeroſa adeo ante diuiſuram frondis, vt eius totam ſuperficiem contegant. Auctor nonnunquam in vno puncto granuli aliquot veſiculas virides adparere vidit, vnde ſenſim in debitam ſtirpis fabricam mutabatur atque increſcebat.

Tantam attentionem ſagacitatemque, qua Ill. SCHMIDELIVS vel minutiſſimas ſtirpes, proſequi ſolet, ſubterfugere nequivit, Anthoceros *punctatum* ali-
p.185. quando herbam ſuam frequenter diuiſam magis verſus vnam plagam protendere; quare ſingula rem, praeeunte DILLENIO, a botanicis propoſitam ſpeciem Anthoceri *multifidi* illius tantum varietatem eſſe dicit, ſolidisque argumentis euincit. Vel primo intuitu ſtirpes iſtae cum dilutiore virore, tum inciſuris frondium margines quaſi criſpantium, ſeſe diſtinguunt ab Anthocero *laeui*. Reſpectu ſexualium partium, exiguum diſcrimen vtrumque intercedit. Vaſcula etiamnum ſimili ratione aperiuntur: at fila elaſtica, cum ſeminulis intus contenta, ex helicibus duabus conſtare quidem tradunt icones; ſed ſimilima ſunt illis Anthoceri *laevis*. Cuncta haec elegantiſſimis figuris Tabula XLVII. illuſtrantur.

p.196. Agmen denique claudit Clauaria *ſpatulata* Tab. L. delineata. Refert plantula clauam acuminatam, cuius de tertia parte ſummitatis, vtrinque et ſupra eandem ſpatula compreſſa explanatur, quae variam ſaepe indipiſcitur formam. Color totius eſt luteſcens.

IV.

AVGVST GÖTTLIEB RICHTER, *der Arzneywiſſenſchaft und Weltweisheit Doctor, Sr. Königl. Majeſtät von Grosbrittanien Leibarztes, der Arzneywiſſenſchaft und Wundarzneykunſt ordentlichen oeffentlichen Lehrers auf der Univerſität zu Göttingen, des Collegiums der Wundärzte daſelbſt Praeſes, Directors des*

des academiſchen Hoſpitals, des Fürſtenthum Göttingen Phyſicus, Mitglieds der königl. Göttingiſchen, der königl. Schwed. Acad. der Wiſſenſchaften, wie auch der mediciniſchen Societaet zu Kopenhagen, Anfangsgründe der Wundarzneykunſt. Erſter Band, mit 8 Kupfern. Göttingen. 1782. 8. S.S. 564.

i. e.

AVGVSTI THEOPHILI RICHTER Inſtitutiones chirurgiae T. I.

Conſcriptae ſunt hae inſtitutiones, vti Celeberrimus monet Auctor, partim vt chirurgi theſaurum haberent, in quo praecipua dogmata, obſervationes inprimis ſelectas, recentiorum methodos et medendi rationes et nuperiorum inventa utilia, quae commemorari merentur, invenirent, partim, vt quoque librum ſibi componeret, in quem commentari coram auditoribus poſſet. Quae cum praeſtiterit, ſicuti a tali ſcriptore expectandum erat, ſane omnium applauſu ipſum optime de arte chirurgica promereri certiſſimum eſt.

Capite primo agit Cel. Auctor de inflammationibus externis veris. Cuius inflammationis cauſam in p. 4.
ſpaſtica conſtrictione et oscillatione fibrarum irritabilium vaſorum, aucto affluxu humorum et accelerato motu ipſorum per partem inflammatam poſitam eſſe contendit. Spaſtica coſtrictio demonſtratur contractione colli veſicae, aſperae arteriae, inteſtinorum; affluxus humorum patet ex partis perſpiratione, et arteriarum pulſatione antea non obſervata; motus acceleratus cognoscitur ex pulſu celeri per totum corpus, ex aucto calore in parte inflammata, ex majore perſpiratione. Staſin humorum tamen interdum adeſſe vi- p. 9.
dit in contuſis, prope luxata oſſa, in incarcerata hernia. Febris inflammatoria non ſemper pura, ſaepe cum

 gaſtri-

gaſtrica, bilioſa, epidemica quacunque, putrida vel
p. 13. noſocomiali conſociata eſt. Sanguinem inflam-
matione non eſſe diſſolutum patet ex proxima et fir-
ma coagulatione ſanguinis poſt venam ſectam, ex
abſentia cruſtae inflammatoriae in morbis a reſoluto
p. 20. ſanguine. Inter ſtimulos, qui removendi ſunt, non
interni negligendi ſunt, ad quos pertinet venerea,
ſcorbutica, ſcrophuloſa, carcinomatica et arthritica
acrimonia, quamvis hae acrimoniae potius ad clinicum
p. 21. medicum ſpectant. Sic notat Cel. Auctor et illas fal-
ſas curandi vias, quae a deligatione nimis firma vel
p. 23. ab unguentis producuntur. Caute inſtituatur V. S. ſi
p. 26. febris mixti eſt generis. Opii atque emeticorum re-
p. 31. fracta in doſi datorum magnus eſt patronus. Quoad
emollientia et diſcutientia egregie caſus diſtinguit, in
quibus vel haec vel illa conveniunt.

p. 39. Secundum caput de abſceſſu praecipit. Multum
intereſt diverſitatem pus inter et mucum conſtituere;
res non adeo facilis. Pus in aqua fundum petit, mu-
cus e contrario natat in ſuperficie; pus aquam tingit
colore ſuo, mucus filamentoſus in aqua apparet; mu-
cus citius ſolvitur vitrioli acido, quam pus, et ſi ad-
dideris huic ſolutioni aquam, pus fundum petit, mu-
cus vero fila efformat; cauſticum alcali aeque bene
pus ac mucum ſolvit, ſed ſi admiſcueris aquam, pus
p. 40. decidit, mucus cum aqua mixtus vero remanet. Pus
a ſero derivat, nec iis aſſentit, qui pus iam praepara-
tum in vaſis aſſumunt, animadvertens, quod ſine to-
pica inflammatione nunquam gignatur pus; quod
melior vel deterior natura puris ab abſceſſu pendeat, et
topicis medicaminibus corrigatur; quod ſaepe pus bo-
nae indolis ſit, quamvis humores haud multum valeant.
Nec nocivas humorum particulas ſuppuratione ſepa-
rari credit; ſic et puris reſorptionem defendit. Cau-
p. 51. ſtico ad aperiendum abſceſſum modo utitur, ſi aeger
lanceolam reformidat, ſi abſceſſus critici ſunt, ſi abs-
p. 54. ceſſus duri et tamen parum inflammati ſunt. Tumo-

res

res chronicos atque glandularum abſceſſus aperit nonnunquam ſetaceo.

De gangraena et ſphacelo exponit tertium caput. Triplices gangraenae cauſas proponit, nimirum in- p. 67.
flammationem, impeditum reditum humorum vel ex parte, vel ad partem, atque ſpirituum animalium turbatum motum, quarum priores plerumque humidam, ultima ſiccam producunt. Contra amputatio- p. 79.
nem in gangraena monet, quod, quia difficillima ſit res, terminos gangraenae notare, ſectio fiat vel in viva vel in mortua parte, ita vt in priori caſu aegrotanti graviſſima ſymptomata ſint ſubeunda, in poſteriori vero inflammatio atque ſuppuratio ad ſeparationem requiratur. Adeo judicat periculum in amputatione vivae partis augeri; et quidem inprimis ob vires aegri imminutas, et ob gangraenam, quae recte ſub cellulofa inter muſculos proſerpit. Ipſa illa obſervatio, p. 81.
qua conſtat, gangraenam ſibi ipſi terminos ponere, amputationis operationem diſſuadet. Quamuis mul- p. 85.
tus eſt in laudando cortice peruviano in gangraena, tamen notat, inutilem eſſe adminiſtrationem corticis eo in caſu, ubi vel a cauſa externa ſolum gangraena excitatur, vel ubi gangraena ſicca eſt, vel iam ſibi terminos poſuit, vel vivus margo inflammatus eſt, vel ubi neque humorum putredo, neque nimia debilitas nervoſa obſervatur. Immo noxius eſt uſus corticis, ubi p. 87.
gangraena conjuncta eſt vel cum inflammatoria, vel ſaburrali febre. Sic et hoc in capite remedia notat, p. 94.
quae adverſus decoriationem commendata ſunt.

In quarto capite eryſipelatis natura explicatur. p. 96.
Si eryſipelas inflammatorium, nec cum nimia bile, nec cum ſaburra conjunctum eſt, interdum venaeſectio convenit, quae tamen inſtituatur percaute, ſit parca et potius repetatur. Lingua impura, ſapor nauſeo- p. 104.
ſus, vomituritio, minuta remiſſio ſymptomatum febrilium datis purgantibus, nec adeo enormis foecum

odor indicant emeticum, tanquam praecipuam hoc in morbo medicinam.

Quintum caput de aduſtis.

Sextum caput de frigore tactis. Pernionum prognoſis formatur ex morbi duratione, ex febre conjuncta, ex ipſo morbi progreſſu, atque ex charactere cacochymico corporis. Laxis corporibus conveniunt ſpirituoſa, rigidis oleoſa, emollientia.

p.131. De furunculo et anthrace ſeptimum et octavum caput habent.

p.152. Mox de vulneribus ſermo eſt. Commendat in vulnerum deligatione plumaceolos majores et totum vulnus replentes, eosque praefert multis minoribus, atque ab initio eosdem digeſtivis inungendos eſſe
p.153. cenſet. Poſt deligationem membrum altius ponatur.
p.156. Reiicit vero digeſtiva, ſimulac ſuppuratio ſupervenerit. Carnem atque ſubſtantiam organicam in vulneribus reſtitui argumentis optimis inſtructus auctor eſt, neque iis aſſentit, qui deperditionem ſubſtantiae ſine eiusdem aliqua ſaltem reſtitutione aſſumunt.

p.162. Decimum caput recenſet media celerioris conſolidationis vulnerum, quorſum refert ſitum partis, faſciam, unientem et expulſivam, emplaſtra ad glutinativa et ſuturam cruentam, cuius ſaltem in quibusdam caſibus utilitatem probat.

p.183. De vulneribus ſclopetorum. Negat contuſiones a commoto aëre productas (*die Luftſtreifſchüſſe*), et potius contendit, vel globulum plumbeum a latere modo attingere membrum, et illum ipſum effectum proferre, vel ad muſculos deferri, vel per corporis partem tranſire, vel partem totam penitus eradicare.
p.189. Suadet amputationem, ſi articulus in plura fragmenta eſt contuſus, ſi maiora vaſa ſunt laeſa, ſi membrum totum trepidat et friget, tamen quoque ad vulnerati temperamentum et commodas conditiones, quibus uti poteſt in curatione chirurgus, reſpicit,

cit, ipſam vero eligere doctiſſimo ſolummodo competere chirurgo animadvertit. Contra amputationem profert, quod eo tempore inſtituatur, quo iam corpus irritatum et quam maxime affectum ſit, et quod exempla proſtent, ubi periculoſiſſima vulnera ſine amputatione conſolidata fuerint. Inter argumenta, quae amputationem commendant, commemorat, quod vulnus ſciſſum vulneri contuſo ſemper ſit praeferendum, quod dolor, qui amputatione excitatur, non vehementior ſit, quam ille, qui inciſionibus efficitur, cum e contrario iſta inciſio corpori ſummum adfert commodum. Sic et eo in caſu amputationem ſuadet, ubi membrum aliquod radicitus fuerit evulſum. Ad explorandum corporum peregrinorum ſitum digitum eligit, reliquaque inſtrumenta reiicit, atque praecipit ipſa illa corpora ſenſim, neque nimis velociter protrahere. Setaceum digeſtivo obductum per vulnus traducere improbat. Porro de moderanda inflammatione et ſuppuratione et noxis, quae ex reſorpto pure oriuntur, dicit. Denique de haemorrhagiis exponit, quae vel poſt plures dies adhuc, vel etiam, ſi ſuppuratio iam inſtat, ſuperveniunt, quarum poſteriores ſanguinem putridum diſſolutum offerunt, qui china, alumine, et ſpiritu vitrioli eſt coercendus. p.190. p.194. p.196. p.200. p.204.

De contuſis.

De haemorrhagiis vulnerum. Ligatura duplici ratione perficitur; vel enim arteria cum partibus vicinis ligatur, vel arteria ſola. Priori enchireſi anteponenda eſt ſemper poſterior. Agarici, cuius magna laus eſt apud recentiores, non adeo magnus eſt patronus. p.221. p.231.

Caput decimum quartum de ſymptomatibus vulnerum, quae a nervorum diſtentione oboriuntur, exponit. Spaſmum hunc et nervorum dolores inprimis opio, balneis calidis, veſicatoriis, camphora, ſale C. C. volatili, moſcho et emeticis refracta in doſi exhibitis mitigare aut tollere, vulnerique cataplasmata ex herba cicutae, foliis hyoſcyami et floribus p.244.

chamo-

chamómillae imponere ſuadet.

p.255. De vulneribus, quae virus habent. Inter remedia interna contra hydrophobiam laudat cantharides, anagallidem, moſchum, meloën maialem et proſcarabaeum, mercurium, belladonnam, camphoram, ſpiritum ſalis ammoniaci volatilem, lichenem cinereum terreſtrem et turpethum minerale.

p.257. In tertia ſectione de tumoribus agit, primum de ſcirrho et carcinomate exponens. Egregie monet ſcirrhum non ſemper tumorem referre, neque duritiem eius ſignum praecipuum, neque ipſum ſemper in glanduloſa parte inveniri, vel in carcinoma facillime degenerari. Simili ratione arbitratur ſcirrhum eſſe tumorem proprii generis, virusque carcinomaticum ſpecialis eſſe indolis, cauſasque diverſas diverſum etiam procreare ſcirrhum, ſaepiſſime tamen acri-
p.262. moniam atrabilariam in culpa eſſe. Scirrhus vel ſolvendus eſt vel exſcindendus; tamen nimiis ſolventibus per longum tempus ipſum tentare diſſua-
p.267. det. Inter ſolventia inprimis laudat belladonnam et gummi ammoniacum. Diſcutitur febre, lactatione,
p.282 diarrhoea, dyſenteria ſcirrhus. Carcinomatis diuerſa origo eſt; ex ſcirrho enim verruca, cruſta, ulcere, fiſſura, oritur carcinoma, in loco excoriato, ex hordeolo, tumore tunicato, panaritio, macula cutanea enaſcitur cancer, ipſiusque cancri diverſa natura elicitur ex utilitate remediorum, quae ad ipſum debellan-
p.284. dum adhibentur. Cancer partis glanduloſae curatu eſt difficilior. Vel operatio inſtituitur, vel remedia adhibentur, quae vel tollunt vel mitigant morbum, prioribus annumerat conium maculatum, mercurium, belladonnam, ſuccum recenter expreſſum onopordi acanthii, arſenicum, aquam laurocerаſi, ſuccum digitalis purpureae; poſterioribus accenſet acetum aqua dilutum, ſpiritum ſalis dilutum remixtum cum myrrhae liquamine et corticis decocto, ſolutio-

nem

nem aluminis, ſuccum radicum dauci recentium et alia. De tumoribus tunicatis. Compreſſio ſaepe utilis, interdum facile nocere poteſt, quapropter caute adminiſtrari debet. p.303.

Cap. XVIII. de Ganglio. Producitur a minuto vaginae tendinis vulnere vel rima et a materia arthritica. Exſtirpationem ganglii periculoſam iudicat. p.312.

Cap. XIX. de aneuriſmate. Notat aneuriſmatum ſpecies quatuor, verum, ſpurium, mixtum et varicoſum; priores vero ſpecies iterum in circumſcriptum et diffuſum diſpeſcit, mixtum autem in verum et ſpurium dividit. Dignoſcitur atque diſtinguitur aneuriſma verum a ſpurio eo, quod verum prementi digito mox cedat, mox iterum appareat; cum e contrario ſpurium ſenſim cedat et ſenſim iterum appareat; pulſus in vero vividior eſt, quam in ſpurio; ſaccus veri magis eſt elaſticus, quam celluloſum ſpurii involucrum; in ſpurio ſanguis multo citius coagulatur, quam in vero. Sic et diagnoſis a cauſa laedente formatur. Inter remedia chirurgica, quae adhibet in curatione veri atque ſpurii aneuriſmatis, notat compreſſionem, ligaturam, et amputationem; ſuturam intortam ſaltem commemorat. Faſciationem vero totius membri, qua influxus ſanguinis in ramos laterales impeditur, improbat. p.317. p.330. p.332. p.335.

De varice. In varicum curatione commendat ea remedia, quae obſtructiones abdominales ſolvunt, ſitum horizontalem, glaciem, alumen in aceto ſolutum, faſciam, tibiale ex canino corio, ſi inflammatur varix, methodum antiphlogiſticam ſuadet, ſi maior aliqua vena affecta fuerit, ligaturam. p.354.

Cap. XXI. De polypis, de quibus in univerſalium morborum hiſtoria exponit eapropter, quia diverſis in locis reperiuntur. Enumerat quatuor polyporum narium ſpecies, carnoſum, malignum, mucoſum et veſicularem. Multum intereſt quoad curationem polyporum, cauſam, quae ſaepe a fluidorum p.364. p.368.

acri-

acrimonia, fortaſſe plerumque venerea, pendet, noſ-
p.369. ſe. Triplici operationis methodo utuntur chirurgi
ad polypi exſtirpationem, forcipe nimirum, ligatu-
p.370. ra, cauſtico. Varias forcipes deſcripſit et depingere
p.374. curavit. Polypus potius extorquendus, quam evul-
p.382. ſione removendus eſt. Ligaturam omnium optime
p.386. duplici *Levreti* cylindro inſtitui affirmat. /Quamvis
multi recentiorum ligaturam commendarunt, tamen
exſtirpationem per forcipes ligaturae anteponendam
cenſet, et quidem quia curatio per ligaturam diutius
durat, quam ſi per exſtirpationem inſtituitur; dein-
de ligatura multo difficilius applicatur, ita, ut vix
ſemper totus polypus eximi poſſit, et praeterea quo-
que periculoſa ſymptomata ex curatione per ligatu-
ram ſuboriuntur. Filum e. g. metallicum perfacile
p.391. frangitur. Nec cauſtico adeo favet, excepto illo in
caſu, ubi polypi obſeruantur, qui ſanguinem fundunt
ſaepe et copioſe, et ubi aliae enchireſes locum non
habent.

p.399. Polypus uteri vel fundo vel colli latere vel mar-
gini orificii inhaeret, plerumque piriformem habet
figuram et pedunculo inſidet et carnoſus ſemper eſt.
p.402. Polypum uteri ab uteri procidentia et inverſo utero
p.406. egregie diſtinguit. In curatione horum polyporum
omnium optime ligatura uti affirmat, ad quam ad-
miniſtrandam commendat *Herbiniauxii* et *Levreti* in-
p.414. ſtrumenta, quae ipſa corrigit et emendat. Inſtrumen-
tum ſcindens modo in quibusdam caſibus utile iudicat,
p.416. ſi nimirum baſis polypi tendinoſa eſt. Denique de va-
ginae, oeſophagi et inteſtini recti polypis diſſerit.

p.422. De verrucis. Si remedia interna verrucas non
profligant, externa eligenda ſunt; ſicuti ſuccus tithy-
mali, chelidonii, oleum tartari per deliquium, ſpiri-
tus ſalis ammoniaci, butyrum antimonii, tinctura
cantharidum, acetum vini, in quo ſal culinare ſolu-
tum eſt etc. nec adeo exciſionem verrucarum com-
mendat.

Cap.

Cap. XXIII. de clavis. Laudat remedium compoſi- p.434.
tum ex Gum. ammon: et cerae flavae a͡a ℥ij et viridis aeris ʒvj.

De oedemate. In huius tumoris curatione com- p.442.
mendat inprimis ſitum horizontalem, faſciam, emetica, vapores aceti.

Cap. XXV. De emphyſemate, cuius naturam, cau- p.446.
ſas et diverſitates egregie et accurate explicat Cel. Auctor. Vel ex putrida reſolutione vel per telam celluloſam, per externa loca vel poſt laeſionem organorum aërem continentium aër ad integumenta defertur cutanea.

Quarta denique ſectio ulcera tractat.

Cap. XXVI. De ulceribus partium mollium in univerſum. Cauſas internas inprimis examinandas eſſe p.460.
monet, atque inprimis venerea, ſcorbutica, ſcrophuloſa, arthritica, ulcera a fluxu menſtruo retropreſſo, ab haemorrhoidibus, a morbis cutaneis orta, et alias ulcerum ſpecies diſtinguit atque deſcribit. Curato- p.477.
riam indicationem duplicem judicat, aliam rationalem, aliam empiricam; inter empirica remedia inprimis laudat calorem artificialem, mercurium, antimonialia, ſemina phellandrii aquatici, folia recentia chenopodii boni Henrici et Bardanae.

De Fiſtulis. Curantur turundis, inciſione, liga- p.513.
tura, compreſſione.

De Carie. Eſt vel ſicca vel humida, vel occul- p.525.
ta vel aperta; ſic et reliquae ſpecies accurate diſtinguuntur. Exfoliationem adminiſtrat actualibus caute- p.537.
riis. Saniem obvenientem in humida oſſium carie corrigunt aſa foetida, cicuta, pulvis ſeminum phellandrii aquatici. In carie ab interna cauſa rejicit am- p.550.
putationem, ſic et tunc, ubi aeger nimia debilitate eſt affectus. Inter remedia empirica nominat mer- p.553.
curium, rubiam tinctorum, cicutam, repetita emetica, aquam marinam, aſſam foetidam, belladonnam e.ſ. p.

Cap. XXIX.

p. 556. Cap. XXIX de ulceribus artefactis. Praeter jam ſatis nota, ea animadvertit, quae per corticem Mezerei excitantur.

Secundus harum utiliſſimarum inſtitutionum tomus, quem avide expectamus, capitis laeſiones et morbos pertractabit.

V

IANI PETERSEN MICHELL, Medicinae Doctoris, de Synchondrotomia Pubis Commentarius. Amſtelodami 1783. 8. pagg. 260. ſ. praefat. c. f.

Eſt nova et poſterioribus curis multum aucta et emendata doctiſſimae ſuper hac materie ab Auctore ante biennium defenſae diſſertationis academicae editio, quam non ſolum multis animadverſionibus, verum quoque iconibus auxit. Diviſus vero eſt hicce
p. 1. commentarius in ſectiones tres, quarum prima de operationis invento et fatis exponit, in qua notat SEVERINVM PINAEVM, MAVRICIVM CORDAEVM RHEMVM, VESALIVM, PETITVM, IOS. IAC. PLENKIVM jam ante SIGAVLTVM, cui tamen certiſſime laus ideo meretur, quod ipſe primum in viva muliere hancce operationem inſtituit, de ſynchondrotomia
p. 10. cogitaſſe. Anno 1768. primum SIGAVLTVS hancce operationem Academiae Regiae Chirurgicae Pariſienſi propoſuit, mox CAMPERVS ipſam in animalibus inſtituit, illuſtrarunt atque examinarunt eandem doctiſſimi viri DE LA ROVSSIERE; CORN. HOFFMANN, BAVDELOCQVE, RIPPING, CHANDON, donec SIGAVLTVS prima Octobris a. 1777. in foemina *Souchot* hanc operationem adminiſtraret.

p. 17. Fata huius operationis mox ſollicite et accurate notat, omnia ſcripta omnesque epiſtolas, quae hancce operationem deſcripſerunt, eamque vel rejecerunt, vel commendarunt, et quidem ſecundum ordinem chro-

chronologicum in ſuccincte compoſito catalogo enarrat.

In altera ſectione ſcripſit de ſynchondrotomiae pubis utilitate in partu difficili, et primo capite an naturalem pelvis oſſium dilatationem ars ſequi debeat, numque ideo ſynchondrotomiae pubis dux ſit natura inquirit, omnesque auctores notat, qui naturalem hanc pelvis dilatationem vel aſſumſerunt vel plane negarunt, et refutatis nonnullorum recentiorum ſcriptorum argumentis, pelvim in partu dilatari contendit. Neque tamen credit, omnem pelvis dilatationem a capite foetus cunei vice fungente in partu etiam naturali derivandam eſſe, potius ipſam a ſuccis ad pelvim accedentibus derivat; argumentis ſequentibus ſuffultus: ſententiam ſuam probari ex fabrica oſſium pelvis comparata cum iis, quae in graviditate fiunt; ex menſura diametrorum pelvis collata cum dimenſionibus capitis foetus; ex incuneationibus ab Auctoribus obſervatis; ex obſervationibus foeminarum difficilem partum ſine hoc receſſu habentium; ex receſſu tali oſſium pelvis ante partum obſervato, ex obſervationibus foeminarum, quae licet partum habuerint facillimum, tamen receſſum oſſium pelvis maximum paſſae fuerunt; ex cadaverum gravidarum et puerperarum anatomica diſſectione. Sic aliis corollariis commemoratis, cum PLENKIO colligit, naturam hoc remedio ſolummodo in partu alias impoſſibili aliquando uti: interim hanc pelvis dilatationem nunquam exſpectandam, ſed ſemper, ne accidat, partum arte eſſe finiendum.

p. 69.

p. 89.

Secundo capite examinat, an fabrica pelvis huic operationi obſtet, et num eam, absque periculo parturientis, poſſit pati. Conſiderat eapropter inprimis ſynchondroſes ſacroiliacas, oſſium pubis et oſſis coccygis earumque ligamenta; atque nonnullis erroribus KRAPFII notatis et revelatis, varia ſpecimina anchyloſeos oſſium pubis recenſens, ipſe exemplum anchyloſeos

p. 90.

p. 104.

 oſſium

oſſium pubis a Cl. CROLLIO communicatum deſcribit et icone illuſtrat, nec anchyloſin os ſacrum inter et oſſa ilium obvenire animadvertere negligit; ſicuti et
p. 116. pelvis dimenſiones proponit. His enarratis notat caſus, in quibus partum caeſareum adminiſtrare convenit; ſi nimirum aditus in pelvim occluſus eſt ita, vt manus obſtetricantis intrare eam nequeat; ubi pelvis aperturae ſuperioris linea recta peccat; ubi peluis apertura inferior peccat in alterutra vel utraque linea; ubi pelvis peccat in media capacitate; ubi denique pelvis tota quanta tali gaudet anguſtia, vt manus immitti
p. 118. nequeat. Denique ex obſervationibus demonſtrat, ſectione ſynchondroſeos pelvim haud multum dilatari, immo ex hac operatione laeſiones ligamentorum eorumque dilatationes et dilacerationes in aegram redundare, quam ſententiam teſtimoniis Cll. BAVDELOCQVE et HVNTERI confirmat.

p. 123. Tertium caput, an hactenus inſtitutae obſeruationes pro ſynchondrotomia militent, conſiderat. Enarrat igitur omnes hiſtorias ſectionum ſynchondroſeos a SIGAVLTO, LE ROI, DE CAMBON, VAN MÜNSTER et aliis inſtitutas easdemque animadverſionibus illuſtrat; quibus apparet, haſce ſectiones vel non indicatas fuiſſe, vel peſſimas ſequelas ab ipſis eſſe productas.

p. 169. Quarto capite, an experimenta in cadaveribus et animalibus capta, eam in difficili partu utilem eſſe probent, indagat. Demonſtrata differentia, quae locum habet inter animalia atque hominem et inter hominem mortuum et adhuc viventem, recenſet CAMPERI, PLENKII, BAVDELOCQVE, LAUVERJAT, HERITIER, PIET, HVNTER, RIPPING, BENTELY,
p. 183. SAMOILOWITZ, DESGRANGES, et quae ipſe inſtituit experimenta. Ex quibus colligit, ſynchondrotomiam partus Caeſarei vice fungi non poſſe, ubi lineae pelvis rectae in cauſa anguſtiae nimiae ſunt. Sic et LO-

DERI

DERI et JUMELINI mathematicas demonſtrationes refutat.

Caput quintum, an caſus determinari poſſint, in quibus convenire aut partus Caeſarei vice fungi poſſit Synchondrotomia, exponit. Quapropter ante omnia ſcopum operationis, qua diſſectio pubis fit, perpendit; caſus, in quibus propoſita eſt ab Auctoribus, enarrat; mala, quae ex operatione vel in matrem vel prolem redundant; ex obſervatis proponit, an aliis inſtrumentis operatio his in caſibus fieri poſſit disquirit; et denique concludit, ſynchondrotomiam exercendam eſſe, ſi inferioris aperturae transverſa diameter et recta peccaret, vel ubi caput foetus in pelvi inferiori incûneatum ſiſtitur ita, vt forcipi immittendae haud detur locus, neque foetus caput ſolvi poſſit, et hyſterotomia inſtituta in uterum retrahi nequeat. Ipſam operationem vero tamen ſemper anceps remedium nominat. p.189.

In ultima tandem ſectione de hyſterotomia facit verba, animadvertens, hancce operationem non ſemper eſſe lethalem. In tribus eapropter capitibus oſtendit: in quanam partus difficilis ſpecie hyſterotomiam adhibere conveniat; num tale ſit operationis periculum, quale praedicunt ex fabrica, obſervationibus et argumentis ab adverſariis adductis diſquirit, atque num periculum ab hyſterotomia matri foetuique majus, quam a Synchondrotomia, accidat, discutit. p.214.

Perlecto hocce commentario, nobis illa, quam pertractat, materia ita examinata et perſpecta viſa eſt, vt arbitremur, vix plura addi poſſe, quae omiſſa vel obiter modo notata fuerint, potius credimus, hac commentatione omnem de hujus operationis utilitate disputationem abſolutam et compoſitam eſſe.

VI.

ED. SANDIFORT Med. Anat. et chirurgiae in acad. Batava, quae Leidae eſt, Profeſſoris Exercitationes academicae, Lugd. Bat. 1783. pagg. 150. c. tab. aeneis.

Sunt hae exercitationes proprie nihil aliud, quam obſervationum anatomico-pathologicarum continuatio. Quapropter et eiusdem ſunt argumenti ſimiliaque proponunt.

Priores tres exercitationes deſcribunt anchyloſes cranii cum atlante, et etiam atlantis cum epiſtropheo; quarum priorem obſervationem ſuppeditavit cadaver adulti jam hominis, ſecundae autem obſervationis oſſa ex juniore cadavere ſunt deſumta. Quae obſervationes partim cum aliorum eruditorum exemplis comparantur, partim iconibus illuſtrantur.

p. 25. Caput quartum de prodigioſa cranii magnitudine. Deſcribuntur oſſa cranii permagna, iam ab ALBINO in Supellectili Anatomica Raviana et a Cl. M*olyneux* in actis Societatis Regiae Britannicae commemorata. Et hanc obſervationem figuris et teſtimoniis *Hildani* et aliorum et illuſtravit et confirmavit.

p. 74. Caput quintum. De ſinu ſatis profundo, in utroque oſſe verticis obſervato.

p. 87. Caput ſextum. De musculis nonnullis, qui rarius occurrunt, ſcilicet anomalo in facie, gracillimo oculi, ſtylopharyngaeo altero, Cephalopharyngaeo, thoracico, curvatore Coccygis, musculo veſicae, interſpinalibus cervicis ſupernumerariis et aliis.

p. 100. Septima exercitatio tumorem polypoſum, uteri cavum penitus opplentem, et praeternaturalem viscerum abdominalium, ex hydrope pectoris, ſitum, porro ductum thoracicum cum vena ſine pari communicantem deſcribit.

p. 112. Caput octavum. De Charteriana editione operum

rum Hippocratis et Galeni. Indicat nimirum cauſas, quae varios induxerunt, vt crederent, duplicem eſſe horum operum a Charterio curatorum editionem.

Denique figurarum explicatio ſequitur.

Neque in his exercitationibus non leguntur, quae omnibus debeant eſſe acceptiſſima, earumdemque continuationem faciant exoptatiſſimam.

VII.

IOSEPH MOHRENHEIMS *Geburtshelfers, Wund- und Augenarztes der K. K. mediciniſch und chirurgiſch practiſchen Lehrſchule zu Wien Beobachtungen verſchiedener chirurgiſcher Vorfälle. Zweyter Band. Deſſau 1783. 8.* pagg. *248.*

i. e.

Obſervationes chirurgicae, Auctore IOSEPHO MOHRENHEIM. Vol. II.

In hoc etiam volumine, ſicuti in priori *, egregiae leguntur animadverſiones ſuper oculorum aliarumque corporis humani partium morbis et ſuper arte obſtetricia.

Saepe poſt cataractae depreſſionem vomitum bi- p. 9.
lioſum obſervavit, quem neque ab impuritate viarum primarum, neque a contagio noſocomiali, ſed a conſenſu nervorum derivare vix dubitat. Sic quoque non- p. 19.
nulla diſſolutarum lentium exempla notat. Viri tri- p. 52.
ginta circiter annorum amauroſin epithematibus ex vino herbarum aromaticarum, pulvere ſternutatorio acriori, et interne pulvere corticis peruviani cum camphora remixto ad duas drachmas de die fugavit. Praetermitto obſeruationes de exſtirpatione oculi carcinomatici, de ophthalmia, et de tumore tunicato palpebrae ſuperioris.

 Habet

* vid. Comment. noſtr. Vol. XXIV. p. 646.

p. 72. Habet quoque obſervationem, quae demonſtrat,
non ſemper in capitis laeſionibus ab extravaſato mala
p. 81. ortum ducere ſymptomata. Ad conjunctionem lo-
borum labii leporini commendat acus, cum vix aliter
p. 84. illam obtineri ipſi credibile eſt. Scirrhum mammae ſi-
niſtrae ex ſaburrae primarum viarum ortum exſtirpatio-
ne ſeparavit; ſic poſt amputationem mammae carcino-
maticae facile et expedite pulveris camphorae et ſaccha-
ri anaticis partibus vulneri impoſitis ipſum conſolidavit.
p. 92. Circa empyema ſequentes inprimis obſervationes no-
biscum communicat: ſaepe ſectiones cadaverum ex
abſceſſu et puris collectione in thorace demortuorum
ipſi exhibuerunt membranas ſpurias, inter quas repo-
ſita inveniebatur puris multa copia; ſic ex percuſſio-
p. 110. ne thoracis, latere calidiori, et ex oedemate puris
praeſentiam dijudicavit. Sic quoque illa de ventris
hernia in alba linea noſtram ſane quam maxime
promeruit attentionem; mutata enim eſt haecce hernia
p. 136. in duas hernias femorales. Notatu dignae quoque
ſunt illae de ultimae vertebrae dorſi luxatione, et de
articulatione humeri analoga obſervationes. Cui ſe-
ctioni finem imponunt prolatis nonnullis hiſtoriis me-
dicis metaſtaſium rheumaticarum, ad oculum, genu
e. ſ. p. fracturarum patellae atque laeſionum tendinum
Achillis caſus.
p. 187. Vltima denique ſectio de duplici utero, de partu
per tumorem ſcirrhoſum impedito, et de uteri hae-
p. 210. morrhagiis refert. Siſtit uteri haemorrhagias in-
primis terrore, quo commovet aegram, faſciatione
tali, qualis ſi paracenteſis inſtituitur, tinctura cin-
namomi, quam et PLENKIVS inter efficaciſſima
nominat remedia, cui, ſi ſpasmus ſimul aderat, admi-
ſcuit caſtorei eſſentiam, denique turundis. Ab aqua
frigida non ſemper haemorrhagiam ſublatam vidit;
dolendum eſt, reſpuere nonnullas feminas cinnamo-
mi tincturam; cur haemorrhagias dicat epidemicas,
p. 220. ſi verum fateri debemus, non intelligimus. Signa
di-

diagnoſtica praeſentium gemellorum haud ſtabilia et congrua judicat.

His propoſitis ſub finem abortuum varii caſus, inprimis a cauſa gaſtrica ortorum, recenſentur atque ſubnectuntur.

VIII.

Commentationes ſocietatis Regiae ſcientiarum Gottingenſis per annum MDCCLXXVIII. Volumen I. cum figuris. Gottingae. Apud Ioann. Chriſt. Dieterich MDCCLXXIX. 2 Alph. plagg. 5. forma 4. tabb. aen. XI.

Prius ex hiſtoria ſocietatis quaedam referamus, quam ipſarum commentationum epitomen tradamus. Conſtituit nimirum ſocietas, continuatis per octo volumina *nouis commentariis* *), ne in nimiam molem excreſceret opus hoc litterarium, nouam tramam ordiri, eamque titulo ſupra indicato inſignire. Praef. Atque vt virorum doctorum ſtudiis ac votis faceret ſatis, inſtitui coeptum eſt, vt ſingula genera *phyſicarum*, *mathematicarum* et *philologicarum* commentationum ſigillatim ac ſeorſim haberi pararique poſſent, atque ſimul commentationes, olim a viris celeberrimis ZINNIO, ROEDERERO, LOWIZIO, GESNERO et aliis ſcritae, nondum in lucem editae, ad calcem cuiusque voluminis vna alteraque publici iuris redderentur. Reliqua, quae de Sodalibus, quaeſtionibusque proponuntur, ea, quoad noſtra referunt, ſuis locis in nouis phyſicomedicis retulimus. Ceterum quoque huic volumini praepoſitus eſt ſyllabus earum commentationum, p. XVI. quae octo voluminibus nouorum commentariorum continentur. Iam ad ipſas commentationes phyſicas accedimus.

 1) HENR.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XIX. p. 255. Vol. XX. p. 597. Quatuor poſteriorum tomorum epitomen in ſupplementis trademus.

p. 1. 1) HENR. AVG. WRISBERGII *diſſertatio de praeternaturali et raro inteſtini recti cum veſica urinaria coalitu, et inde pendente ani defectu, obſervationibus anatomicis ſuperſtructa.** Quamquam plures alii vitium deficientis ani obſeruauerint deſcripſerintque, tamen ex illorum caſuum conſideratione patere aſſerit Cl. Auctor, illam huius mali claſſem, vbi inteſtinum rectum anguſtato et extenuato fine in urinariam veſicam inſertum eſt, et foramine exiliſſimo in eandem patet, rarius obſeruatam, negligentiusque deſcriptam eſſe. Igitur omnibus medicis hanc egregiam huius peruerſae conformationis deſcriptionem, et picturis ad naturam factis illuſtrationem acceptam fore cum
p. 9. Cl. Auctore ſperamus. *Hiſtoria morbi* haec eſt. Puer iuſto grauiditatis termino, partu naturali editus, ſanusque viſus, tertio poſt partum die nondum meconii quid excreuit: detecto tum clauſo ani orificio, Noſter aduocatus inuenit, a raphe ſcroti per omnem perinaei ambitum ad coccygem et os ſacrum vſque ne veſtigium quidem, ex quo ad latentem ſub cute recti inteſtini exitum concludi potuiſſet: laeua vbique duriuſcula et aequalis cutis omnia obtegebat. Nec tactu vel foveam, ſinum aut profunditatem quandam eruere potuit. Interim vt anum artificialem pararet, inciſio facta eſt in medio loco inter coccygis apicem et ſcroti raphen. Lente per copioſam pinguedinem culter vltra pollicis profunditatem fruſtra in peluim demiſſus eſt, nihilque inuentum, quod ad inteſtinum viam aperiret: atque cum periculum laedendi veſicam immineret, ab ulteriore operationis progreſſu deſiſtere maluit Cl. Auctor, exſpectaturus, quid natura ipſa oſtendat. Paullo poſt multum meconii vna cum lotii excretione linteamina continebant, ex quo inteſtini recti in vrinarias vias ingreſſum adeſſe iudicabat. Variis aliis deinde in caſſum tentatis, puer, poſtquam moleſtiſſimam octo circiter dierum vitam vixiſſet, exſpirauit. Iam,

* d. XVII. Ian. MDCCLXXVIII. praelecta.

Iam, quae ſecto cadavere reperta ſint, refert, et primo quidem quoad ſtatum cadaueris in genere, tum quoad fabricam affectarum in pelui partium. Erat autem peluis infima regio copioſo adipe repleta, qui in reliquo corpore maxima ex parte deſiceret. Circa ſecundam oſſis ſacri vertebram inteſtinum craſſum ſuam directionem mutabat, transverſim a poſterioribus verſus anteriora incedebat, et cum veſicae urinariae parte poſteriore et inferiore in vnum corpus confluebat. Partes genitales et excretoriae non quidem deſtructae, at in compoſitione et fabrica multum mutatae erant. In genere ea craſſi inteſtini pars, quae rectum dicitur, nil, niſi coli ſiniſtri ſeu flexus iliaci pars eſſe, et verum rectum deficere videbatur. Ex ſumma amplitudine, quam ſeruabat inteſtinum, dum veſicam attigerat, in media veſicae parte ſubito in conicam anguſtiam extenuatum cum poſteriore cyſtidis parte connectebatur, ſenſimque anguſtius factum inter veſiculas ſeminales ſeſe abſcondebat, et eo in loco in veſicam intrabat, vbi ureteres cyſtidem petunt, et exiliſſimo foramine, quod vix aciculae caput admitteret, in cauo veſicae aperiebatur. Praeterimus mutatum muſculorum reliquarumque partium ſitum, *vreteris* tantum *ſiniſtri* occluſionem indicantes, quae omnis in rene ſiniſtro praeparati lotii in veſicam vrinariam exitum impediuit, atque una cum recti inteſtini incongruo exitu duplex cauſa mortis fuit. *Tabula I. II. et III.* praeternaturalis harum partium ſitus egregiam dat illuſtrationem. p. 13. p. 15. p. 18. p. 19.

2) EIVSDEM *obſeruationes anatomicae de teſticulorum ex abdomine in ſcrotum deſcenſu* ad illuſtrandam in chirurgia de herniis congenitis vtriusque ſexus doctrinam.* Hominem cum plerisque animantibus quadrupedibus, elephanto excepto, qui teſticulos abdomini incluſos habet, aliisque minoribus animalibus, vnum, vel vtrumque ſaepius teſticulum, mox a partu, p. 24.

* praelectae d. XIV. Nov. MDCCLXXVIII.

vel paullo poſt illum, ſcroto incluſum gerere inter omnes conſtat, eſtque anatomica circa deſcenſum teſtium diſquiſitio ad ſummum fere veritatis faſtigium elata: reſtant tamen plura etiamnum, quae ad perfectiorem huius naturalis actionis cognitionem conferunt, a Cl. Auctore hic uberius expoſita. Primo enim certius definit, quo tempore, menſe et grauiditatis ſtadio teſtes per hiatum muſculorum abdominalium in ſcrotum de-
p. 33. ſcendant: ideoque ſeriem obſeruationum, a foetubus maſculinis diuerſae aetatis et conditionis, cum abortiuis, tum maturis deſumtarum, in tabulam diſpoſitas praemiſit, qua pateat, quemnam in plerisque grauidi-
p. 40. tatis ſtadiis ſitum teſtis obtineat. Ex his obſeruationibus patet: 1) ante initium ſexti graviditatis menſis nunquam teſticulum in ullo latere abdominis cauitatem relinquere et annulum tranſire, renibus ſemper vicinum manere: 2) inter initium ſexti et finem ſeptimi menſis teſtes plerumque circa annulum haerentes inueniri: 3) ſcrotum primis menſibus, ad ſextum vsque, ſemper vacuum, et loco cavi, quod deinde teſticulum comprehendere debet, molli celluloſa repletum, cuius fibris intermixtus eſt faſciculus fibrarum tenax, ligamentum teſtis conſtituens: 4) penem ea aetate in proportione grandiorem eſſe: 5) eo tempore, quo teſtes ſeſe in ſcrotum immerſere, canalis peritonaei verſus abdomen aperturam adhuc adeſſe, vt teſtis facile recedere in abdomen poſſit, vel delabi in ſcrotum. Id in cadaverulis inter ſeptimum et nonum grauiditatis menſem peragi; in natis et viuentibus in-
p. 41. terdum diutius poſt partum contingere vidit. Deinde exceptiones, quae poſt natiuitatem circa teſticulorum deſcenſum occurrunt, vt melius diiudicari queant, obſeruationes in 103 infantibus inſtitutas in tabulam redegit, in qua conditionem partus, an naturalis vel artificialis, facilis an difficilis fuerit, pondus et longitudinem infantum, et ſedem teſticuli vel in ſcroto, vel in inguine, vel in abdomine, et quoque in

quo-

quonam latere, an in dextro, vel in ſiniſtro, ſimul an hernia adfuerit, indicauit. Ex quibus apparet, conſuetum maturorum foetuum pondus eſſe inter 6 et 7 libras ciuiles medium; raro 9 libras excedere: mediam longitudinis proportionem inter 19 et 23 pollices eſſe: vltra dimidium partuum, qui contingunt, plane eſſe naturales: quartam circiter partuum, qui cotingunt, plane eſſe naturales: quartam circiter partem lentos et difficiles eſſe: ſextam fere forcipis vſum requirere: inter 50 caſus vnum accidiſſe, cui vectis medetur; et inter plus quam 100 partus vnicum praeternaturalem partum verſionem poſtulaſſe. Duodecim inter 103 caſibus, vbi unus vel vterque teſticulus in abdomine adhuc latuit, in vno exemplo natiuitatis die, tribus vicibus altero die, totidem tertio, duobus in caſibus quinto, vno in exemplo vigeſimo primo delapſos eſſe teſticulos. In nonnullis caſibus quarta et quinta a partu ſeptimana nondum adfuerunt. Denique in omnibus his caſibus duo modo aderant exempla herniae in dextro latere congenitae. p. 47. p. 49.

Vberius deinde recenſet Cl. Auctor obſeruationes, ex quibus ſitus teſticuli in abdomine, ſtructura canalis, per quem deſcendere teſticulus debet, et ortus tunicarum vaginalium explicetur et definiatur, quas in epitomen contrahere vix licet; igitur concluſiones ex iisdem ſaltim commemoremus: 1) tunica vaginalis, communis dicta, quae funem et teſtem ſimul inuoluit, eſt ipſius peritonaei immediata continuatio per annulum in ſcrotum demiſſa: 2) adeſt omnino, praeter peritonaeum, peculiaris faſciculus, qui ab exteriore annuli regione ad teſticulum accedit, eiusque infimo margini inſeritur, teſtem quaſi fulciens, et dum in abdomine continetur, ſuſtentans. Hic faſciculus, ſiue illum baſin, ſiue cylindrum, ſiue ligamentum, ſiue gubernaculum appellemus, ſub teſticuli deſcenſu amplior redditur, et dum teſticulus eundem intrat, elongatur et quaſi inuertitur: vt deſcen- p. 50. p. 65.

dere

dere teſtis in ſcrotum ad iuſtam profunditatem poſſit. 3) Hunc teſticulorum deſcenſum in mutando inuolucrorum teſtis numero aliquid praeſtare conſtat. Probabile eſt Cl. Auctori, inverſam baſin, teſte delapſo ſuper eundem cum tunica vaginali funiculi ſpermatici coaleſcere et tunicam vaginalem teſticulo propriam componere.

p. 66. Etſi relicta poſt deſcenſum teſticulorum in ſcrotum apertura canalis ex abdomine in ſcrotum nunc parati, tamquam primaria cauſa herniarum congenitarum plerumque agnoſcatur; eam tamen ſolam rationem earundem eſſe dubitat: quia potius obſeruationibus anatomicis collatis duplicem animaduertit conditionem, quarum una alteraque ad contrectandam herniam congenitam ſuam conferre ſymbolam poteſt: aut enim inteſtini omentique pars, durante grauiditate, cum teſte, in abdomine adhuc comprehenſo, concreuit, et delabente in ſcrotum teſticulo cum eodem ſimul detrahitur: aut peritonaeum breuem duplicaturam ligamenti inſtar, verſus proxime adiacentem vel ultimi ilei partem vel coecum miſit, cuius ligamenti ope in dextro latere, in quo frequentiſſimae herniae congenitae obſeruantur, ſubſidente teſticulo, inteſtina ex ſuo ſitu in inguina deturbantur. Enarrat deinde obſeruationes hanc propoſitionem il-

p. 75. luſtrantes. Hernias in ſequiore ſexu occurrentes, pendere confirmat a canalibus, qui ad transmittenda rotunda vteri ligamenta adſunt, et *diverticulorum* NVCKII nomine veniunt. In tabularum ſubnexarum *prima* ſitus teſticulorum in abdomine, canalis peritonaei apertura et progreſſus illuſtrantur: *altera* repraeſentat herniam ſcrotalem congenitam.

p. 81. 3) IO. ANDR. MURRAY *obſeruationes in plantas aliquot minus cognitas**. Revocata in memoriam iactura, quam botanica ſummorum virorum BERN-

IVS

* praelectae d. XIV. Martii a. MDCCLXXVIII.

IVSSIEV, HALLERI, et LINNEI morte paſſa eſt, ſtirpes, horto academico cultas, deſcribit has:

Saluiam coccineam, foliis cordato-oblongis obtuſe ſerratis, calycibus tripartitis, labio corollae inferiori ampliſſimo. Patria eius Aethiopia fertur: in caldario igitur ſeruanda: perennat facileque per ſurculos abſciſſos propagari ſe ſinit. Depicta eſt Tabula I. ſubnexa. p. 86.

Saluiam niloticam, foliis ſinuatis angulatis crenato-dentatis, calycum dentibus ſpinoſis, angulis et margine faucis ciliatis. Floruit primo anno, Iulio. Depicta Tab II. eſt. p. 88.

Saluiam nubiam, foliis lanceolato-ouatis duplicato-crenatis, tubo corollae incuruato. Abyſſinia patria eius dicitur. Floruit primo anno, ſub finem Septembris. Icon eius Tab. III. traditur. p. 90.

Sideritidem elegantem, herbaceam ebracteatam villoſam, caule diffuſo, calycum laciniis ſubaequalibus ſpinuloſis. — *Mappia* FABRIC. Hort. Helmſt. ed. 2. p. 106. Media eſt inter *Sideritidem montanam* et *romanam* LINN. Tab. IV. delineatur. p. 92.

Plantaginem exiguam, caule ramoſo herbaceo, foliis ſubulatis integerrimis, capitulis folioſis. Patria eius eſt orientalis India. *Plantago indica* differt ab *exigua* foliis linearibus *ſubintegris*, et quod omnibus partibus firmior ſit. Illius delineationem tradit Tab. V. p. 94.

Sophoram albam, foliis ternatis petiolatis, foliolis ellipticis glabris, ſtipulis ſubſubulatis brevibus. Quae quidem iam in LINN. *Syſt. veget. ed. XIII. p. 325.* a Crotalariis ſeparata eſt, tamen nondum perfecte ſatis deſcripta, neque bene ſatis depicta eſt. Vtramque itaque et deſcriptionem, et iconem Tab. VI. correctiorem tradit Auctor. p. 96.

4) AVG. GOTTLIEB RICHTERI *obſeruationes de fiſtula lacrymali.** Poſtquam raro fiſtulam lacrymalem p. 100.

* prael. d. IX. Martii, MDCCLXXVIII.

lem ex obſtructione ductus naſalis oriri variis probaverit argumentis, tres inprimis ſpecies eiusdem aſſumit, quarum quamlibet et ratione cauſae et ratione medelae ab altera discrepare auctor eſt. Prior rariorque ex obſtructione ductus naſalis, altera frequentiſſima ex metaſtaſi materiae morboſae ad vias lacrymales, tertia ex atonia ſacci lacrymalis, oritur. Ad curationem prioris ſpeciei ſpernit Gallorum varia inſtrumenta, atque inciſione facta et haemorrhagia ſedata, chordam introducit in ductum, priori hebdomade exilem, ſecunda et tertia craſſiorem, quarta tandem craſſiſſimam, quotidie praeterea injectione emolliente vtens. Quatuor hebdomadibus praeterlapſis, ſpecillum plumbeum et injectiones ex Goulardi aqua adhibet, et hanc enchireſin tam diu continuat, donec lacrymae iterum rite defluant. Alteram ſpeciem, metaſtaticam nimirum, quam inconſtantem, neque ſemper eandem, mox mitiorem, mox vehementiorem obſervat, pro diverſa acrimonia etiam diverſae curationi ſubjicit. Notat varioloſam, ſcrophuloſam, arthriticam, quarum poſteriorem ulceribus artificialibus, aconito, antimonio, cortice ſanavit. In hominibus labe venerea et infantibus tinea detentis ſimilem fiſtulam metaſtaticam ipſi obſeruare licuit. Cum ductum naſalem fibris motricibus inſtructum credat, facile explicat, cur nec conſtans, nec ſemper eadem ſit. In tertia ſpecie ex atonia ductus roborantia et corpora comprimentia commendat.

5) IOAN. BECKMANNI *commentatio de hiſtoria* p. 111. *aluminis* *. Ex ſententia Cl. Auctoris, ſal, qui nobis alumen dicitur, Graecis et Latinis prorſus fuit ignotus. Quae ili στυπτηρίας ſeu aluminis genera vocabant, erant tantum ſubſtantiae vitriolicae. Aluminis nomen indiderunt variis ſubſtantiis ſalinis, ſtalactiticis, et terris ſalitis. Ars ſalia e rebus foſſilibus educendi,

* recitata d. XXIII. Maji. MDCCLXXVIII.

cendi, et purificandi, eo tempore vix nota, ſaltem non culta nec uſitata erat. Alumen, quod hodie dicitur, primum in terris orientalibus recentiori aeuo inuentum eſt: et quidem, vti coniicit Cl. Auctor, duodecimo ſaeculo. Arte alumen parandi, in oriente inventa, vel certe primum exculta, in Europa deinde eadem ab Italis ſolerter eſt exercita. Et hoc modo ϛυπτηρίας et aluminis nomina ſoli alumini adhaeſerunt: vitrioli autem genera nominibus chalcitidis, miſy, ſory, chalcanthi, et atramenti ſutorii ſignata ſunt ſatis diu, donec ſaeculo duodecimo probabiliter vox *vitrioli* in vſum venit. Tandem cum ars, verum alumen perficiendi, in Europam transducebatur, et lapides vel terrae, vnde illud elici poterat, iſtis ipſis in locis inueniebantur, quae veteribus alumen ſuggeſſerant, in eam maiores noſtri adducti ſunt ſententiam, intereſſe vix ullum diſcrimen inter alumen nouum, et alumen PLINII vel ϛυπτηρίαν DIOSCORIDIS, ſuntque opinati, artem aluminariam eſſe poſtliminio quaſi in noſtrum orbem reductam. Quae quidem breuius hic propoſita Cl. Auctor argumentis, e veterum libris repetitis, comprobat, ad quae legenda lectores illorum cupidos remittere cogimur. Nos quaedam tantum delibabimus.

Tria DIOSCORIDES aluminis genera ſtatuit: p. 116.
1) σχιϛὴν ϛυπτηρίαν ſive *ſciſſile alumen*, quod idem eſſe cum *alumine natiuo* ſ. *plumoſo* CRONSTEDTII et WALLERII, ſ. *Halotricho* SCOPOLI: id quod vitriolicae indolis eſſe iam conſtat. 2) ϛρογγύλην ſ. *rotundum*, quod ſtalactiticum et ſimile ei, quod in metallifodinis Goslarienſibus concreſcit, putat Cl. Auctor. p. 118.
3) ὑγρὰν ſ. liquidum, de quo nil certi ſtatuere licet. PLINII loca de alumine adeo vaga ſunt, vt ad ea explicanda vix quicquam afferri poſſit.

Officinas deinde aluminarias recenſet Cl. Auctor, p. 126.

tum

tum eas, quae paullo ante, quam ars illud conficiendi Europaeis inotuit, celebratae erant, tum Europaeas primas, quae in Inſula *Iſchia,* tum *Tolfae,* et *Volaterrae* inſtitutae fuerunt.

Sequuntur commentationes mathematicae, quarum inſcriptiones ſaltim commemoremus:

p. 1. 1) *Faſciarum, quibus globi obducuntur, ex conis, ſphaerae circumſcriptis, conſtructio,* auctore ABRAH. GOTTH. KAESTNER *).

p. 35. 2) *De quibusdam olei aquae ſuperfuſi effectibus opticis et mechanicis,* auctore ALB. LVD. FRID. MEISTER **).

p. 65. 3) GEORG. CHRIST. LICHTENBERG *commentatio poſterior* ***) *ſuper noua methodo motum ac naturam fluidi electrici inueſtigandi* ****). Phyſico-mathematica eſt: ideoque quaedam decerpamus. Operam dedit Cl. Auctor, vt leges generaliores, quas ſequuntur figurae, electricitate genitae, et modum originis indagaret, illarumque in inveſtiganda fluidi electrici natura vtilitatem exemplis declararet, methodumque ipſam emendaret. Praemittit obſeruationes, quae tam circa corporum idioelectricorum ad recipiendas figuras, quam puluerum ad eas formandas aptitudinem inſtituit: varios huius aptitudinis gradus in tabula in-
p. 68. dicat. Voces poſitiuae et negatiuae Electricitatis retineri mavult, quam iis phlogiſti et acidi terminos ſubſtituere, indicatque illam ſigno +, hanc ſigno —
p. 73. Machinam deinde excogitauit, quae Electroſcopii inſtar inſeruire poteſt; quae eſt huius conſtructionis: Ex lamina paretur cylindrus ſeu tympanum pedis unius diametro, altitudine 4 — 5 pollicum, exteriusque

*) d. IV. Iul. MDCCLXXVIII. exhib.

**) recit. d. XXIV. Octobr. MDCCLXXVIII.

***) prior Volumine VIII. commentar. novor. S. R. continetur.

****) prael. d. XIX. Dec. MDCCLXXVIII.

que reſina obducatur, ad membranae pergamenae communis craſſitiem. Hoc machinae cuidam, v. c. horologio communi ligneo, ita affigatur, vt circa axin noto tempore, aut verticali, aut horizontali motu feratur. Haec machina inarcula incluſa ita collocata, vt ſtilus inſulatus cum filo ferreo Draconis coniunctus indumento tympani reſinoſo ita obvertatur, vt illud tantum non radat, reuolutione facta, ac puluere inſperſo omnes mutationes electricitatis in aëre interim factas repraeſentabit, ſine ullo obſeruatoris periculo. Reliqua experimenta, quae vires repellentes et attrahentes electricas, et materiae electricae in vacuo Guerikiano expanſionem, et ipſius cum effectu in aëre nos ambiente comparationem concernunt, aliaque breuiter relata phaenomena, hic mittere cogimur. Vnum adiicimus, Cl[um] Auctorem, omnes aurorae borealis formas, lucem radiantem, tranquillam, tremulam ac arcus obſcuros per figuras electricas expreſſiſſe. Atque circa hoc phaenomenon coniicit, globum terraqueum cum atmoſphaera ambiente eſſe magnum quoddam Turmalinum, cuius poli cum polis mundi fere coinciderent, polus poſitiuus cum boreali, negatiuus cum auſtrali. Sub Turmalino hoc intelligit ſummam omnium corporum hinc inde diſperſorum et aëris ipſius, quae aut per calorem ſubterraneum aut ſolarem electrificata omnibus corporibus electricitatem communicant.

Commentationes hiſtoricas et philologicas praeterire nos inſtituti ratio iubet: at antiquiorum denique commentationum mentionem faciamus: quarum

1) GE. MAVRITII LOWIZ *commentatio de figura et diuiſione ſegmentorum, quibus magni globi coeleſtes et terreſtres obducantur**.

2) ZINNII *obſeruationes circa differentiam fabricae*

* praelecta d. XIV. Aug. MDCCLVI.

cae oculi humani et brutorum: diſſertatio altera*. Agit de partibus oculi exterioribus, muſculis et glandula lacrymali, atque phyſiologica quaedam phaenomena illuſtrat. Quod priora attinet, oſtendit, in fabrica muſculorum animalia carniuora proxime ad humani oculi ſtructuram accedere: et inſertione trochleatoris tantum differe: tendo enim illius per trochleam latus vix retrorſum flectitur, ſed ad angulum fere rectum deſcendit, et hemiſphaerio bulbi anteriori haud procul a cornea ſe inſerit. Obliquus inferior in duos tendines finditur, quorum alter antrorſum, alter poſteriora verſus tendit. Similem obliquorum muſculorum in pluribus animalibus deprehendit. In animalibus ex glirium genere inflexio obliqui ſuperioris per trochleam deficit, qui oblique muſculos rectos decuſſat et bulbo anterius ſe immittit. Ex quo uſus obliquorum muſculorum is videtur, vt oculi bulbum rotent, et alter pupillam deorſum et introrſum, alter ſurſum et introrſum ducat.
p. 49. Muſculi in avium oculis ab animalium reliquorum muſculis diuerſiſſimi ſunt. Inprimis conſiderari meretur pulcherrima illa fabrica, quae tertiam palpebram ſ. membranam nictitantem regit. Oritur enim ad latus inferius nerui ex ſclerotica muſculus pyramidalis, cuius tendo tenuis huic palpebrae inſeritur: hic tendo circa neruum opticum ita flectitur, vt directio eiusdem cum fibris muſculi angulum acutum intercipiat, in quo nervus bulbum adit. Ne autem nervus hic opticus a tendine circumflexo ſtringatur in apice huius anguli tendo transmittitur per muſculum peculiarem, trochleae munere fungentem et tum antrorſum verſus canthum oculi internum progreditur et partem inferiorem membranae nictitantis adit. Alius praeterea adeſt muſculus ex ſclerotica ortus

* prael. d. V. Febr. MDCCLVII. diſſertatio prior continetur in tomo IV. Comm. S. G. 1755. vid. comm. noſtr. Vol. V. p. 622.

tus, palpebrae tertiae inſertus, qui illam retrahat et complicet. Pergit deinde Cl. Auctor in deſcribenda glandulae lacrymalis diuerſitate, e quibus apparet, hanc glandulam omnibus animalibus eſſe communem, lacrymas ad oblinendam corneam, et frictionem imminuendam neceſſarias praeparantem. Praeterimus, quae de glandula lacrymali in homine ſubiungit Auctor, lectu digna. p. 50.

De motu vueae. Propoſitis breuiter de eodem variis phyſiologorum opinionibus, experimenta a Semet Ipſo in canibus, felibusque in agone mortis conſtitutis capta refert: vidit in his pupillam reddi ampliſſimam, iridemque maxime contrahi: in mortuis autem animalibus pupillam contractam reperit. Illam igitur pupillae dilatationem, iridisque contractionem ſpaſmo fibrarum iridis longitudinalium deberi putat; poſt mortem, fibris iridis ſibi relictis, viribusque omnibus plane remittentibus, iridem reddi latiorem et pupillam arctari. Eadem confirmant experimenta in viuis animalibus inſtituta. In fele dormituriente iris prius ad rimam vsque conſtringitur, quam palpebrae collabuntur; et, ſi animalis dormientis in loco a fulgidiore lumine remoto palpebrae lente aperiuntur, pupilla eſt anguſtiſſima, anguſtiorque, quam in ſummo lucis gradu; eaque palpebris plane apertis parum adhuc dilatatur, vt ſufficiens luminis copia ad retinam veniat. Quare, quum, ſi dilatatio iridis ſtatus naturalis foret et unice a lucis ſtimulo maiori penderet, pupilla in ſomno ampliſſima eſſe deberet, ſequitur aliam huius phaenomeni cauſſam eſſe inquirendam. Quae quidem omnia obſeruationes, in amauroſi inſtitutae, confirmant: eae enim amauroſeos ſpecies, quae dilatatas habent pupillas, ſanationis ſpem relinquunt; vbi autem pupilla conſtricta eſt, omnis medela reſpuitur. Debetur etiam igitur in amauroſi dilatatio pupillae ſpaſmo fibrarum longitudinalium. His propoſitis, om- p. 55. p. 59.

 nem

nem iridis motum ab irritatione retinae pendere, probare ſtudet: Etenim iris ad omnem ſtimulum mechanicum immobilis eſt, et amauroſeos cum dilatata pupilla exempla vitium in neruo haeſiſſe ſemper demonſtrant. Accedit et illud, quod in amauroſi, qua alter tantum oculus laborat, iris oculi morboſi ſimul cum iride ſani oculi contrahitur, quae ipſa, ſi oculus ſanus claudatur, ad ſummum lucis gradum immota manet. Viae autem illae, quibus imperium retinae ad iridem transferri poſſit, ex conſenſu neruorum in-
p. 61. tra ſenſorium commune declarandae ſunt. Ex hac igitur inter iridem et retinam ſtabilita harmonia patet, dilatationis pupillae cauſam in ipſa iridis fabrica eſſe quaerendam. Aſſumit igitur, alibi iam demonſtratas, fibras muſculares longitudinales, orbicularium
p. 62. praeſentiam vel negat, vel dubiam eſſe ait: atque aſſerit, retinae et iridis mutuam connexionem ita eſſe comparatam, vt membrana illa, quae lucis impreſſionem percipit, ſub minori lucis gradu fibras longitudinales in motum agat; ſub fortiori autem jubare fibras illas relaxet, illasque liberas dimittat, vt in humore aqueo ſponte ſe extendere et hac ratione pupillae lumen anguſtius reddere poſſint. Cuius quidem phaenomeni analogum exemplum in membrana tympani reperitur, vbi ſub minori ſono muſculus tenſor tympani ſeſe contrahit, et membranam tympani ſtringit, ſub fortiori vero aëris oſcillatione remittitur et
p. 63. membranam laxat. Denique exiſtimat, in homine aliam cauſam accedere, quae collapſum iridis a relaxatione fibrarum longitudinalium natum promovere poſſit, fortiorem nempe affluxum humorum in vaſa decolora iridis. Quae quidem omnia vberius exemplis ex analogia ſumtis demonſtrat.

De commentationibus Voluminum inſequentium proxime ad lectores noſtros referamus.

IX.

Pharmacopoea generalis, edita a D. IACOBO REINBOLDO SPIELMANNO. Argentorati, CIↃIↃCCLXXXIII. Sumtibus Ioh. Georg. Treuttelii. 4. Pars I. pagg. 218. Pars II. pagg. 372.

Quantumuis multi nuper, iique medicarum rerum peritiſſimi viri, in eo ſtudioſe allaborarint, vt medicamentorum cum ſimplicium, tum compoſitorum, quibus ſalutaris artis doctores morbis variis mederi tentant, catalogos conſcriberent, efficaces medicinas a minus vtilibus, vel omnino noxiis ſeligerent, earumque et bonitatis characteres, et praeparandi rationes accurate diiudicarent; negandum tamen omnino non eſt, varias medicamentorum collectiones, quas varii ediderunt, ita eſſe comparatas, vt inſignibus, quibus recentior medicina ſplendet, incrementis minus, ac par eſt, reſpondeant, vtpote in quibus, SPIELMANNO iudice, deſcriptiones praeparatorum remediorum hiulcae, mancae, immo plane falſae inſint. Hinc putauit Auctor, haud male poſitum illud tempus eſſe, quod in conſcribenda noua *pharmacopoea*, eaque *generali* conſumeret, in qua eſſent medicamenta, quae hodie in vſu ſunt, exacte et dilucide recenſita, eorumque praecipuae virtutes laudatae. Atqui profecto manum admouit huic labori, condiditque amplum illud, et rerum vbertate atque excellentia variis aliis ſuper eodem argumento ſcriptis libris praeſtans, neque tamen, vt exſpectari a SPIELMANNO poterat, omni ex parte abſolutum opus, de quo iam paulo prolixius ad lectores noſtros ſumus relaturi.

Ita autem Auctor in componendo ſuo libro eſt verſatus, vt, breui de fatis pharmaceuticae artis, de ponderibus variis, quibus pharmaciae cultores vel olim vſi ſunt, vel etiamnum vtantur, de characteribus che-

micis, de vegetabilium et animalium corporum in medicorum vſus colligendorum methodo, cet. diſputatione praemiſſa, omnem pharmaceuticam materiem in prima parte percenſeat, in altera vero officinalium, quae dicuntur, medicamentorum ex ſimplicibus componendorum praecepta tradat et leges, ſimulque cuiusuis remedii praecipuas virtutes medicas laudet. Et de ſimplicibus quidem corporibus quas dedit relationes, eas haud eſſe ex aliis libris deſcriptas, ſed ad ipſa ſpecimina factas profitetur; neque praeparationem, addit, ſe admiſiſſe vllam, cuius parandi ratio ipſi experto haud fuiſſet probata. — Iam reſtat, vt ex vtraque libri parte exempla quaedam et Auctoris placita excerpamus, quibus apparere poſſit, an leges ſibi ſcriptas ſemper ſeruauerit, an vero a recta via quandoque deflexerit.

P.I.p.16. *Oxalis Acetoſellae* folia ſapore acido linguam ferire conſtat, qui tamen exſiccatione vix non omnis perit. Succus huius plantae eſſentiali ſale abundat, cuius circiter ſeſquidrachma ex libra vna ſucci cryſtalliſatione obtinetur. Raro a pharmacopoeis hoc ſal parari, ſed ex Heluetia, Silua nigra et martia accerſi, monet quidem Noſter, neque tamen addit, praeter acetoſellam, alias etiam Oxalis ſpecies, velut corniculatam, cernuam, cet. THVNBERGIO auctore, et ſale eſſentiali admodum abundare, et priorem ſpeciem a pharmacopoeis halenſibus, poſteriorem ab incolis capitis bonae ſpei huius ipſius ſalis inde conficiendi cauſa colligi.

p. 32. *Arabicum gummi*, inter quod et *gummi Senegal* nullum genuinum diſcrimen eſt, non vnam tantum, aut alteram, ſed plures Mimoſae L. ſpecies fundere, Noſtri a longo inde tempore fuit coniectura, quam nuper ADANSONVS confirmauit. Sed qui ſint characteres harum plantarum, et quibus nominibus diſtinguantur ab aliis Mimoſis, gummate, arabico dicto, haud ſcatentibus, non additum deprehendimus.

Sub-

Subſtantia ſalino-metallica, cui *arſenici albi* nomen datum eſt, ex proprio acido et inflammabili principio conſtat, eaque deterrimum venenum ſiſtit. Etenim quanquam medicas eius vires multi laudarunt, doſin tamen, licet exiguam, vel ore hauſtam, vel extus applicatam, vehementiſſima ſymptomata excitaſſe, immo homines necaſſe, ſaepe obſeruatum eſt. Hinc vel omnino non, vel ſaltem ſollicitiſſima cum circumſpectione repetenda eſſe eorum, qui aduerſus varios morbos arſenicum commendarunt, tentamina patet. p. 37.

Aurantia immatura eminentiore acrimonia diſtincta, et fragrantiora ſunt iis, quae ad maturitatem peruenerunt. A quibusdam illa Curaſſauica, ſed minus congrue, dicuntur, cum propria malorum varietas in Americae inſula Curaſſao creſcat, quae longe fragrantiſſima eſſe aſſeritur. Cortices horum fructuum oleum odoratum largiuntur, quod tamen fragrantia illi valde cedit, quod varietas, *Bergamotta* dicta, exhibet. Ex floribus naphae etiam oleum rubrum, illudque fragrantiſſimum, obtinetur, quod oleum *Neroli* appellant, cui tamen vulgo oleum behen cum floribus naphae infuſum ſubſtituunt. Ceterum aurantia immatura eſſentiis ſtomachicis et carminatiuis cum vino hiſpanico, aut vini ſpiritu parandis aptiſſima ſunt. p. 42.

Atropae Belladonnae omnes partes venenatas eſſe, earumque perexiguam portionem ſenſus internos turbare, et conuulſionibus atque ſopore homines occidere permultis obſeruationibus probatum eſt. Nihilo tamen minus folia huius plantae noſtra aetate crebrius contra cancrum, ſub forma infuſi, vſurpantur, et externe ſcirrhoſis mammis imponuntur. At vero internus huius medicinae vſus moderatus ſit, neceſſe eſt, ne noxii atque deleterii effectus ea producantur; quare conuenit, vt a paucis granis aeger incipiat, et deinde doſin ſenſim augeat, quae minuenda rurſus eſt, ſimulac grauari inde caput, aut vertiginem excitari aegrotus ſenſerit, cet. p. 46.

p. 55. Cortex ille, quem Angli *Cabbage-Bark* appellant, a *Geoffraea inermi* L. deſumitur, eſtque aliquot pollices plus minusue longus, conuolutus, non craſſus, et colore extus cinamomeo, intus cinereo tinctus. Externe epidermide ex nigro-cinerea quandoque inſtructus deprehenditur; ceterum in lingua leuiſſime adſtrictorium ſenſum excitat, odoris autem omnis expers eſt. Contra vermes potiſſimum fuit commendatus, quibus ſe viribus etiam in Europa probauit. Datur eius decoctum ad vncias duas, puluis ad ſemidrachmam et extractum ad tria grana. Doſin modum excedentem nauſeam et vomitus excitare relatum eſt.

p. 71. *Caoutchou*, ſiue reſina elaſtica, quae ſub globorum, lagenarum, cet. variis figuris exſculptarum forma ad nos adducitur, ſuccus eſt arboris copioſe in America meridionali creſcentis, cuius genus, quamuis Monoeciae adſcribatur, determinatum tamen adhucdum non eſſe, SPIELMANNVS fatetur. Succus lacteus inciſione ex arbore elicitus ſingulatim per ſtrata, quorum quodlibet prius fumi ope exſiccandum eſt, antequam nouum quodque applicatur, inducitur ab incolis earum regionum, in quibus arbor creſcit, modulis ex argilla confectis; ſi reſina iſtam, quam ipſi dare volunt, craſſitiem habet, aquae ope argilla inde eluitur, aut, ſi cocta argilla fuerit, diffringitur et fruſta e cauo auferuntur. Ob inſignem elaſticitatem haec reſina ab Americanis ad ſyringes, lagenas, calceos, ocreas, cet. adhibetur; etenim tenacitas eius tanta eſt, vt fruſtum duodecim lineas longum, 5½ latum, et ¾ craſſum in longitudinem 37½ linearum extendi poſſit. Neque in aqua, nec in vini ſpiritu ſolubilem eam eſſe, ab oleis vero, prout etiam a vitrioli aethere, eam lubenter diſſolui, notiſſimum eſt. Ceterum tubi formari ex hac reſina vitriolicae naphthae auxilio poſſunt, qui chirurgicis variis vſibus egregie inſeruiunt.

Cin-

Cinchonae officinalis corticem, alias a regno peruuiano cognominatum, princeps remedium eſſe contra periodicos morbos, gangraenam, putredinem, obſtructiones viſcerum, ſpinam ventoſam, cet. Auctor perhibet, refertque ſimul, fuiſſe inter medicos, qui contenderent, puluerem huius medicamenti ad priores piſtilli ictus ſurgentem minus efficacem eſſe; ſed oculum ſane minimam modo differentiam inter portionem pulueris, quae prima ſurgit, et eam ſequentes detegere, nec puluerem a magnete trahi *) ſe obſeruare potuiſſe, addit. Extracti aquoſi ex hoc cortice ⅜, reſinoſi ⅕ obtinuit. *Corticis peruuiani rubri*, de quo, vt nuper retulimus **), SAVNDERSIVS commentatus eſt, mentionem SPIELMANNVS iniecit nullam. p. 78.

Helminthochorton, quod etiam Lemithochorton et Melitocortum vocant, materiem ex valde tenuibus fibris ſibi inuicem intextis compoſitam ſiſtit, quae rufo colore gaudet, odore marino nauſeoſo et ſalino ſapore praedita eſt; inter dentes non ſtridula, ſed lenteſcens deprehenditur. In mari, quod Corſicam alluit, haec vegetabilis ſubſtantia colligitur, eaque videtur Conferuae ſpecies eſſe, a Botanicis, quibus eius in ipſo natali loco examinandi opportunitas oblata eſt, determinanda. Multae ipſi ſordes vtplurimum immixtae ſunt, quibus aqua elutis Helminthochorton purius redditur, quod cum acidis omnino non efferueſcit. Aqua cum eo digeſta rubedinem induit, citoque abit in putredinem. Ceterum multum mucilaginis aquae, in qua agitatur, impertit; reſinae vehit p. 118.

G 5 per-

*) Si peruuianum corticem ea ratione, quam nuper BRVGMANSIVS (vid. Eius *Beobachtungen über die Verwandſchaften des Magnets. Herausgegeben von* M. CHRIST. GOTTH. ESCHENBACH, *Leipzig* 1781. vel Comment. noſtr. Vol. XXIII. P. IV. p. 615.) deſcripſit, cum magnete diſquiſiuiſſet SPIELMANNVS, non dubitamus, quin affinitatem, quae eſt inter haec duo corpora, fuiſſet animaduerſurus.

**) vid. Comment. noſtr. Vol. XXV. Part. II. p. 329.

perpauxillum, et fere tantundem ſalis communis atque mirabilis GLAVBERI, ſelenitis et mineralis alcali. Vſus huius vegetabilis pluribus abhinc ſeculis in Corſica ſcopo anthelmintico celebratus, paucis demum retro annis in Gallia etiam comprobatus inualuit. Datur ad drachmam vnam pro doſi in ſubſtantia; cum aqua pariter tam infuſum, quam decoctum efficaciam ſeruat.

p.125. *Ipecacuanhae radix*, quae ex Braſilia adducitur, optima eſt, eaque praeſtat illis ſpeciebus, quae ex regno peruuiano et cayennenſi tractu ad nos mitti dicuntur, quarum quippe prior et craſſior et mitior vera ſit, poſterior plane iners deprehendatur. An ipecacuanha officinarum ex quadam Violae L. Euphorbiae L. vel Lonicerae L. ſpecie deſumatur, nondum definitum ſatis eſt, quippe LINNEVS eam ad Violas, BERGIVS vero ad Loniceras retulit. Pro ſcopo emetico ſcrupulus pulueris radicis dari ſolet; minores tamen doſes etiam efficaciam praeſtitiſſe, et tertiam grani partem omni trihorio repetitam vterinas haemorrhagias curaſſe, obſeruationibus nonnullis euictum eſt.

ibid. *Iridis germanicae L. radicem* iridi florentinae ſimillimam euadere, ſi prius ab externa cuticula liberata, et deinde calore ſatis valido exſiccata fuerit, MONTETI obſeruatio eſt, quam SPIELMANNVS confirmat, qui tamen odorem aliquot demum annis elapſis omnem ſuauitatem fuiſſe aſſecutum, expertus eſt.

p.136. *Lopezia*, quae radix eſt variae craſſitiei, leuis, alba, ſolida, cortice flauicante, eoque rugoſo, laxo, et tactu fere tomentoſo tecta, ſapore et odore nullo praedita, cet. nomen a IOH. LOPETO, qui in littore Africae eam reperit, habet, et nobis ex Goa mittitur. Diu ea iacuit neglecta, donec GAVBIVS eam in vſum traheret, et ſiue in decocto, ſiue ſub pulueris forma ad drachmam ſemis aliquoties de die datam in vario alui fluxus genere, diarrhoea maxime colliquatiua, egregie conducere, cum ſua, tum aliorum experi-

perientia confirmaret. Enorme, quo Amſtelodami venditur, pretium inhibuiſſe videtur, quo minus plura cum ea tentamina inſtituerentur.

Manna ex variis Fraxini L. ſpeciebus, quae in Italia creſcunt, ſumma aeſtate exſudat, et, ſole exſiccata, inde deraditur. Pro ſoli tamen natalis diuerſitate diuerſi ſunt bonitatis gradus; optima habetur, quae ad Giraci, Calabriae vlterioris vrbem, colligitur; hanc excipit, quae nobis ex Siciliae vrbe Capachi venit, in commercio ſicilienſis dicta, eaque rurſus calabrinae vulgo appellatae praeſtat; reliquae ſpecies, velut Manna craſſa, ſpiſſa, cet. Pariſienſ. apud nos in vſu non ſunt. Soluitur induratus hic ſuccus in aqua pariter, ac in vini ſpiritu, in oleis non item. Frigida eius ſolutio nauſeam minus mouet, quam quae calida exhibetur. p. 139.

Achillea millefolium aromatico odore, ſapore amaricante, eoque leuiſſime ſalſo pollet, et oleoſis partibus abundat, quae deſtillatione inde ſeparari poſſunt. Hoc ipſum aethereum millefolii oleum nunquam coeruleo, ſed flauo ſemper colore inſigne fuiſſe, Auctor ſe expertum eſſe ait, monetque, Achilleam nobilem L. quae camphoram redoleat, et eminentius aromatica ſit, millefolio officinarum omnino antecellere. p. 147.

Radix, *moringa* dicta, ſemipedem circiter longa et pollicem craſſa eſt, eaque ſub cortice craſſo, gryſeo-luteſcente, & longitudinalibus ſtriis notato, ſubſtantiam lignoſam, pallidiorem, tenuiſſime extus ſtriatam, valde duram, intus non ſine ſplendore laeuem, inodoram, et ſapore ſalſo magis, quam aromatico, linguam ferientem includit. Olim ea ex India orientali aduecta fuit, et valde contra venena, vermes et morbos cutaneos laudata. Ceterum qui locus plantae, quae hac radice vtitur, in linneano ſyſtemate conueniat, nondum determinatum eſt; vtrum arboris nuces behen praebentis radix ſit? p. 148.

Myrrhae

p.152. *Myrrhae* nomine ex Abyſſinia et Arabia concretus nobis ſuccus mittitur, qui gummoſae partim, partim reſinoſae indolis eſt, eaque de cauſa cum ex aqua ſe ſuſpendi patitur, tum etiam vini alcohole ex parte diſſoluitur. Arboris, ex qua ſauciata materies haec profluit, character ignoratur. Humida deſtillatione SPIELMANNVS ex ſedecim myrrhae vnciis aquam perodoram, perinde ſapidam, cum aliquot olei butyracei, aquae innatantis, guttis obtinuit. Virtutes, quibus hoc gummi gaudet, reſoluentes, roborantes, putredini reſiſtentes, cet. ſunt; reſinoſa vero eius pars humani corporis fluida multum exaeſtuat.

p.167. *Faba Pichurim* figura ouato-oblonga, vtrinque obtuſa praedita eſt, et ſub nigricante epidermide medullam ferruginei coloris includit; odorem ea ſpirat grate aromaticum, et ſuaui ſapore linguam pungit. Suſpicio eſt, a quadam Lauri ſpecie in Paraguay creſcente eam decerpi. Olei expreſſi, fragrantiſſimi $\frac{1}{3}$ circiter fundere fertur. In Suecia a quinque fere retro luſtris exorſus eius vſus, multum deinceps in ſiſtendo alui fluxu laudatus eſt, cet.

p.185. Grana, quae *Sago* nuncupantur, ex varii generis palmis, in inſulis moluccis et auſtralibus, nec non a Borneo ad Siam vsque copioſe creſcentibus, quorum tamen nondum ſatis determinatus character eſt, ita parantur, vt ex caudice palmae medulla aqua eluatur, in paſtam efformetur, et inter lapides foraminibus exſculptos in panis modum coquatur, vnde ei forma manet, ſub qua ad nos vehitur. Sub huius ſeculi initium haec grana ab Anglis, a Gallis et Germanis autem ab octo retro luſtris in vſum cibarium et medicamentoſum recipi coeperunt; nam phthiſicis potiſſimum proficua putantur.

p.203. *Taffia* ſiue *Rum* inflammabilis liquor, isque flauicante colore conſpicuus, neque tamen, praeter ſaporem et odorem ſpiritibus per fermentationem paratis communes et multum quidem eminentes, vllis

propriis

propriis virtutibus praeditus eſt. Affertur ad nos ex inſula francica et Madagaſcar, vbi ex ſucco ſacchari officinarum, iuſtam fermentationem vinoſam paſſo, paratur. SPIELMANNVS deſtillationi hunc liquorem expoſuit, et ex vnciis eius viginti ſex rectificati ſpiritus vncias ſedecim, ex his vero alcoholis dimidium obtinuit; qui poſt hanc rectificationem remanſerat liquor, turbidus, non male olens, et dulcis quodammodo ſaporis reperiebatur. Ceterum ſpiritus, qui in Americae officinis ſaccharinis ex ſyrupo ſaccharino paratur, empyreuma habet et acrimoniam, isque ibi proprie Taffia dicitur, probe a priori, quem Rum appellant, diſtinguendus. Praeter vires ſpiritui vini proprias medicis ob virtutem antarthriticam commendatur.

Vomicae Nuces, quae ex India nobis mittuntur, p.216. et arboris Strychnos Nux vomica LINNEO dictae fructus ſunt, in variis quadrupedibus animalibus lethales omnino effectus producunt, hominibus tamen contra peſtem, dyſenteriam, hydrophobiam, cet. ad ſcrupulum vnum olim magnopere commendatae fuerunt; at vero, cum conuulſiuos eas motus excitaſſe, immo quandoque homines necaſſe, varii obſeruatores teſtentur, internum earum vſum ſuadere Auctor non audet.

Inter antiſcorbutica medicamenta *Winteranus cortex* pertinet, qui fruſtis aliquot pollices longis, canella alba craſſioribus, conuexo-concauis, non conuolutis, iisque colore cinamomeo, odore grate aromatico, et ſapore linguam pungente inſtructis conſtat. p.217. Arbor, vnde ille deſumitur, in freto magellanico creſcit, eaque Drymis *Winteri* a FORSTERO dicta eſt. Apud nos Canella alba ipſi plerumque ſubſtituitur.

Palmae oleum, quod nuper vt egregium purgans p.261. et anthelminticum medicamentum a variis commendatum fuit, Noſtro auctore, albiſſimum eſt, inodorum et inſipidum, habetque in noſtro aëre ſemper ſpiſſioris

ris vnguenti conſiſtentiam. Obtineri illud coctione fructus palmarum in calidiore America creſcentium ferunt, quarum tamen genus, quale ſit, in dubio ad-
p. 69. huc poſitum eſſe Auctor addit. Sed iam alio libri ſui loco monuerat, illud ipſum oleum ex Ricini communis L. ſeminibus decorticatis exprimi, et in colica, nephritide, voluulo, vermibus cet. ad vnum cochlear ſingulis horis, donec aluum ducere coeperit, aegrotis exhiberi, infantibus ad vnam, vel duas drachmas propinari, cet. —

Haec velut ſpecimina ex priori pharmacopoeae ſpielmannianae volumine huc transſcripſiſſe ſufficiat; iam paucis videamus, qua Auctor ratione in conſcribendo altero libro, in quo, vt diximus, compoſitorum medicamentorum formulae inſunt, verſatus ſit.

P.II.p.1. Ac primum quidem de *acetorum*, quae in officinis aſſeruantur, variis generibus loquitur, eaque parari ex vegetabilibus exſiccatis et comminutis iubet, quibus quippe ſit octuplum circiter boni aceti ſuperfundendum, et vſus tempore tantum decantandum, quantum in vſum recipere lubeat. Sunt etiam, qui acetum vegetabilibus infuſum deſtillent, et abſtractum liquorem acidum in vſum trahere ſoleant; ſed haec methodus, de qua nullum iudicium SPIELMANNVS tulit, varias ob rationes priori minus idonea eſſe videtur. Acetorum ex variis ſimplicibus componendorum quasdam formulas, easque quandoque inconcinnas, a Pariſienſibus, Würtembergenſibus, aliisque mutuo Auctor ſumſit, docuitque etiam WESTENDORFII methodum acetum vini concentrandi, nec ſilentio praeteriuit acetum colchici STÖRKII, acetum ſaturninum BASILII VALENTINI, acetum chalybeatum FULLERI, cet.

p. 10. *Alumen draconiſatum*, ſeu, ut Noſter illud vocat, *tinctum* a MYNSICHTO primum deſcriptum, ab HELVETIO correctum, paratur ex aluminis rupei vnciis duabus et ſanguinis draconis pulueriſati, alumini in

vaſe

vaſe ferreo fuſi admiſcendi, vncia vna. Ex maſſa, quae hoc modo obtinetur, priusquam penitus refrigeſcat, pilulae exiguae formari debent, quas in ſiſtendis haemorrhagiis eximii vſus eſſe, varii medici experti ſunt. Doſis earum quandoque ad dimidiam drachmam extenditur.

Butyri antimonii deſtillandi eam rationem Auctor deſcripſit, qua ſimul cinnabaris obtinetur, neque methodi illud ex ſale communi, antimonio crudo ſeu vitro eiusdem et vitrioli acido deſtillatione parandi meminit, quam tamen varii nuper chemici illa praeſtantiorem eſſe teſtati ſunt. ibid.

Ex *aquarum officinalium*, quas Auctor laudauit, numero non quidem aquam florum omnium, nec aquam typhorum cerui compoſitam, nec alias aquas nunc minus vſitatas, quarum plures deſcriptae in hoc libro ſunt, commemorandas hic putamus, ſed modo *aquae thedenianae*, *ſaturninae* Suecorum, et *mercurialis* illius, quam PLENKIVS contra cariem et phagedaenica vlcera commendauit, mentionem faciemus. Et haec quidem aqua a PLENKIO cognominata ex aquae calcis viuae vnciis duabus et hydrargyri in pari ſui ponderis parte aquae fortis ſoluti drachma vna mixtione paratur. Ad *aquam ſaturninam* ſumuntur ſpiritus vini partes duae, aquae fontanae deſtillatae partes viginti quatuor et extracti ſaturni GOULARDI pars dimidia, ad *aquam thedenianam* autem ſpiritus vini et aquae acetoſae (ſeu, qui efficacior eſt, ſucci huius plantae) ana vnciae octodecim, ſpiritus vitrioli vnciae quinque et ſacchari albi vnciae ſex. Vtraque haec aqua pariter, ac plenkiana, chirurgicis vſibus inſeruit; nam ſaturnina diſcutiendis ſugillationibus atque inflammationibus aptiſſima eſt, et ad partes excoriatas etiam commendatur; thedeniana in compeſcendis haemorrhagiis, conſolidandis vulneribus et moderanda nimia vulnerum ſuppuratione omnibus hactenus laudatis aquis vulnerariis palmam praeripere dicta eſt. p. 13. p. 24. p. 41. p. 40.

Ad

p. 47. Ad praecipitandum *fulminans aurum* fixum alcali aeque aptum eſſe, ac volatile, SPIELMANNVS arbitratur; ſed poſterius quidem ſemper huic fini idoneum eſt, non item fixum: etenim ſi aurum in aqua regia acidi ſalis, aut ſalis communis ope facta diſſolutum fuerit, vegetabile alcali calcem haud fulminantem ad fundum deiiciet, ſin vero menſtruum cum ſale ammoniaco fuerit paratum, puluis hac virtute praeditus eo obtinebitur. Purgantibus ſimuli loco ad vnum, alterumue granum olim haec calx adiiciebatur, ſed hodie eius vſus inter medicos euiluit.

p. 67. RICHARDI *boli in quartana febre* conficiuntur ex corticis peruuiani tenerrime pulueriſati drachmis ſex, radicis ſcillae praeparatae ſcrupulis duobus, Kermes mineralis granis ſex, Spiritus ſalis ammoniaci drachma vna, et conſeruae roſarum quanto ſufficiente, ex qua maſſa duodecim boli formantur, qui ſingulatim quater de die per aequa interualla ſumuntur.

ibid. *Boli anthelmintici purgantis noufferiani* Noſter formulam habet hanc: Rec. Panaceae mercurialis, Diacrydii praeparati ana grana decem, Gummi guttae grana ſex. Pulueriſata haec ingredientia redigantur cum Confectionis de Hyacintho quantitate, quae ſufficiat, in bolum, qui ad expellendam e corpore taeniam ſpecifice laudatur.

p. 83. Liquoribus variis, qui ſub clyſmatis forma in rectum inteſtinum iniiciuntur, non ſolum doloribus, ſpaſticis affectibus, aliisque morboſis ſymptomatibus occurri, verum etiam homines, quibus deglutiendi impedita facultas eſt, egregie nutriri poſſe, ſatis quidem conſtat, neque tamen cuncta fluida, quae ad hos vſus a medicis commendata ſunt, huic fini ſatis apta eſſe
p. 84. videntur. Noſter primum PLENKII *nutriens clyſma* laudat, illudque parare mixtione vnciarum trium iuſculi carnis bouinae, aequalis portionis lactis vaccini et vnciae vnius gelatinae cornu cerui docet, et deinde etiam *clyſmatis opiati* et *terebinthinati* eiusdem aucto-

ris,

ris, *carminatiui*, *lenientis*, cet. RICHARDI, aliorumque meminit, et ſimul eorum conficiendorum addit rationes.

Inter *decocta* a Noſtro commemorata offendimus, praeter multa alia, etiam *apozema febrifugum* RICHARDI et *decoctum* illud, quo HEISTERVS *ad fungos articulorum* vſus eſt. Prioris formulam Auctor dedit hanc: Rec. Corticis peruuiani electi et craſſe contuſi vncias duas, coquantur ex aquae fontanae vnciis nonaginta ſex ad reſiduas uncias quatuor et ſeptuaginta, ſub finem adduntur herbarum recentium cichorei ſilueſtris, endiuiae ana pugilli duo, foliorum ſennae vncia dimidia, colaturae tandem adiiciantur ſalis mirabilis GLAVBERI vncia ſemis, et ſyrupi cichorei cum rhabarbaro unciae duae; poſterius vero componitur ex lithargyrii vnciis ſex, boli armenae vncia vna, maſtiches, myrrhae ana vncia dimidia et aceti vnciis viginti quatuor, quae cuncta inter ſe miſcentur et leni igne per dimidiam horam coquuntur. Hoc ſub fomenti forma applicatur, illud ad pellendam febrem, vbi ſuſpicio eſt, viſcera abdominalia non omnino eſſe libera, corticis peruuiani ſimplici decocto ſubſtitui ſolet.

p 97.
p. 101.
ibid.

Elaeoſacchara etiamſi proprie parantur cuiuscunque olei deſtillati guttas decem cum vncia vna pulueris ſacchari albiſſimi probe terendo, ea tamen, quibus corticum aurantiorum vel malorum citreorum oleum ineſſe debet, methodo etiam ab hac recedente confici poſſunt. Scilicet poma aurantiorum, vel citri, ſaccharo albiſſimo affricantur, cui, quod inde adhaeret, madidum abraditur. Et haec quidem ratio praeferenda priori eſt, quum integerrimum, quod horum pomorum corticum cellulis continetur, oleum, cui deſtillatione ſemper aliquid ſuauitatis dematur, ſaccharum hoc modo ſubeat. *Myrrhae elaeoſaccharum*, quod improprie hoc nomen fert, ex pulueris ſacchari albi vncia, et extracti myrrhae aquoſi drachma componitur.

p. 107.
p. 108.

nitur. Ceterum elaeoſacchara vera aquis deſtillatis vegetabilium ex tempore parandis eſſe admodum idonea, Auctor non addidit.

ibid. *Electuariorum*, quae ab antiquitate potiſſimum commendationem habent, multa a SPIELMANNO commemorata, eaque aduerſus eos, qui mutandas eorum componendorum rationes cenſuerunt, defenſa ſunt. Et *Antidoti mithridaticae* quidem, ac *Theriacae* ANDROMACHI formulas ex GALENO, Electuarii, *Requies* NICOLAI dicti, deſcriptionem ex N. MYREPSI libro de antidotis, cet. deſumſit, ipſaque haec medicamenta, etſi abſurdiſſima illa vocat, retinenda tamen arbitratur propterea, quod etiamnum inter medicos reperiuntur, quibus eorundem vſus familiaris ſit. Nos, quantumuis hoc argumentum ſatis graue eſſe non negemus, opinamur tamen, vnum, alterumue eorum electuariorum, quibus opium continetur, velut Theriacam et Diaſcordium FRACASTORII, omnium, quae a veteribus ad nos delata ſunt, vices ſuſtinere poſſe, easque vtriusque huius modo nominati medicamenti formulas, quas Sueci dederunt, iis, quae GALENVS et FRACASTORIVS reliquerunt, omnino praeſtare. Ceterum variae etiam in hoc de electuariis capite formulae occurrunt, quae nobis admodum probantur, quarumque aliquas hic repetendas iudicamus.

p. 109. AC TRILLERI quidem *Electuarium antifebrile* componitur ex puluerum corticis peruuiani vncia vna, florum chamomillae vulgaris drachmis duabus, nitri depurati, diaphoretici martialis ana drachma vna, et ſyrupi corticum aurantiorum quantitate ſufficiente, vt electuarium fiat. Hoc medicamento Auctor eius aſſeuerat, ſe per quadraginta amplius annos ſummo cum fructu vſum eſſe, illudque ſemper votis ſuis et exſpectationi ita reſpondiſſe, vt ſexcenti paene aegroti omnis generis febribus intermittentibus conflictati, ipſius ſingulari virtute priſtinae ſanitati integrae et per-

perfectae tandem fuerint redditi; ſibi porro, totique ſuae familiae, immo ſaepius tenerrimae aetati adeo feliciter aliquoties obtigiſſe, vt etiam in febribus pertinaciſſimis, et iuſto longiore circuitu inordinate nonnunquam reuerſis hoc remedium auxilium praeſentiſſimum et praeſtantiſſimum tulerit, cet.

Gingiuale Argentoratenſium *electuarium* ingrediuntur lapidis pumicis praeparati, cremoris tartari, ana drachmae duae, aluminis vſti totidem ſcrupuli, coralliorum rubrorum praeparatorum ſeſquidrachma, et myrrhae electae drachma dimidia, quibus in tenerrimum puluerem tritis coccionellae alcoholiſatae drachma ſemis cum ſalis tartari ſcrupulo dimidio probe mixtae admiſcetur, et omnis haec materies mellis roſarum vncia vna excipitur, tandemque cum guttis ſex quintae eſſentiae citri coniungitur. Vſus eius eſt in dentibus vacillantibus et malefidis firmandis, gingiuis cruentis conſolidandis, foedis oris vlceribus abſtergendis, cet. p. 115.

Electuarium e ſcordio, quod Sueci, vt diximus, *Diaſcordio* FRACASTORII ſubſtituerunt, paratur mixtione puluerum terrae catechu vnciarum trium, herbae ſcordii, fabarum pechurim, radicis tormentillae ana vnciarum duarum, opii in vino hiſpanico diſſoluti drachmae vnius cum ſemiſſe et ſyrupi roſacei vnciarum viginti octo, illudque in ſiſtendis alui fluxibus fracaſtoriano electuario potentius operari, SPIELMANNVS fatetur. p. 114.

Ex medicamentorum, quae *Elixiria* vocantur, tribu haec eligenda exempla putauimus. *Elixir antarthriticum Caribaeum*, quod egregios effectus in arthritide inueterata produxiſſe obſeruatum eſt, ex Taffiae vnciis quadraginta octo et vncia vna gummi guaiaci ea ratione conficitur, vt haec duo ingredientia leni calore digerantur, et liquor deinde filtretur. Omni mane vnum eius cochlear hauritur. p. 127. p. 129.

p. 132. *Elixirii balſamici temperati* HOFFMANNI, cuius variae in diſpenſatoriis deſcriptiones proſtant, ipſe eius auctor in *Conſultat. med. P. III. Dec. 2. Caſ. IX.* hanc formulam cognitam reddidit: Rec. Corticum aurantiorum recentium vnciam vnam, ſalis tartari drachmas duas, vini tockauienſis, vel canarienſis, vncias duodecim. Digerantur per biduum, tinctura decantata diſſoluantur extractorum gentianae, centaurii minoris, et cardui benedicti ana drachmae duae, liquor filtretur per filtrum tectum, qui potiſſimum ad reſtituendas vires primarum viarum commendandus eſt. Pro doſi cochlear vnum ante vel poſt pran-
p. 138. dium dari iubet Auctor. Ceterum cum hoc elixirio valde conuenit illud, quod *ſtomachicum* ROSENSTEINIVS dixit, et cuius hanc praeparandi praeſcripſit normam: Rec. Corticum aurantiorum recentium ſeſquiunciam, contundantur in pultem, digerantur cum vini hiſpanici vnciis quatuor et viginti, colatura diſſoluatur extracti radicis gentianae vncia vna, tandem elixir filtretur, et exhibeatur cochlear vnum cum aqua cinnamomi ad digeſtionis vitia corrigenda.

p. 142. Progredimur ad caput diſpenſatorii ſpielmanniani *de emplaſtris*, quod rurſus prolixum admodum eſt, et multorum pharmacorum, quae noſtris temporibus
p. 145. haud amplius in vſu ſunt, copia abundat. *Emplaſtrum anglicum*, ſiue *adhaeſiuum* WIDSTOOKII, quod ad ſolidanda leuiora vulnera creberrime adhibetur, paratur ex ichthyocollae vnciis duabus, benzoës, ſtyracis electae ana drachma vna et ſpiritus vini rectificatiſſimi vnciis viginti quatuor, quae cuncta cucurbitae immittuntur et calore detinentur, vsque dum ichthyocolla et reſinae in ſpiritu ſolutae fuerint, diſſolutioque refrigerata conſiſtentiam gelatinae induat. Oblinitur deinde ea aliquoties penicilli ope ſerico tenſo, neque tamen nouum veluti ſtratum ipſi ſuperinducendum eſt, antequam prius fuerit exſiccatum; ita

vtile

vtile illud emplaſtrum obtinetur, cuius vera componendi methodus diu arcana habita eſt.

Atropae belladonnae folia, quorum internum vſum p.147. ſupra iam commemorauimus, inſeruiunt etiam *emplaſtro emollienti et anodyno* conficiendo, quod Brunſvicenſes ita parari iuſſerunt: Rec. Succi recentis foliorum belladonnae, olei lini ana vncias nouem, coquantur ad conſumtionem humiditatis, tunc addantur cerae citrinae vnciae ſex, terebinthinae venetae drachmae ſex, quibus liquatis admiſceantur pulueris foliorum belladonnae vnciae duae. Ad mammarum inprimis, vel ſcroti duros tumores aut reſoluendos, aut ad bonam ſuppurationem perducendos, cum ſucceſſu in vſum tractum hoc emplaſtrum fuiſſe, chirurgi experti ſunt.

Emplaſtri veſicatorii innumeras in medicorum li- p.170. bris praeſcriptiones proſtare, earumque alias inconcinnas valde, alias efficaci emplaſtro parando magis idoneas eſſe, ſatis conſtat. Noſter raro ſane exemplo ſimpliciorem formulam reliquis praetulit; nam velut excipiens emplaſtrum de meliloto commendauit, cuius vnciae vni pulueris cantharidum vnciam dimidiam, et camphorae pauxillo olei ſolutae ſcrupulos duos iuſſit admiſceri. Veruntamen vbi cum delicatioribus et ſenſibilioribus res ſit, emplaſtri de meliloto rationem augendam ſuadet.

RICHARDI *Emulſio ſimplex* obtinetur, ſi ſeminum p.172. quatuor frigidorum maiorum vncia dimidia, et ſedecim amygdalae dulces cum ptiſanae communis (ex hordei integri vncia dimidia, radicis graminis inciſae drachmis duabus, radicis liquiritiae drachma vna et aquae fontanae vnciis triginta duabus coctione, eaque per dimidiam horam protracta, paratae) vnciis octodecim contundantur, atque colatura ſacchari albi vncia vna edulcoretur. Scopo ea refrigerandi, demulcendi et ſopiendi exhiberi poteſt; ſi eius vnciis ſex camphorae grana duo addideris, *emulſionem*

camphoratam habebis, *nitratam* autem, ſi nitri depurati ſex grana admiſcueris.

p. 177. Caſtoreum moſcouiticum, cuius medicae virtutes cognitae ſatis atque perſpectae ſunt, a longo inde tempore parandis eſſentiis carminatiuis, antiſpaſmodicis, cet. adhibitum eſt, quarum proinde variae deſcriptiones in medicorum libris obueniunt. Noſter, praeter alias, etiam *carminatiuam heluеticam*, et *hyſtericam* DVRIETZII laudauit, earumque componendarum haec dedit praecepta: Rec. Caſtorei optimi vncias duas, croci auſtriaci vnciam vnam, minutim inciſa infundantur per viginti quatuor horas cum liquoris anodyni mineralis vnciis duodecim; expreſſa deinde eſſentia, quae carminatiua heluetica eſt, filtretur.

p. 179. Altera a DVRIETZIO cognominata ita fit: Rec. Aſae foetidae drachmas duas, opii, ſalis volatilis cornu cerui ana drachmam ſemis, eſſentiae caſtorei vncias tres; digerantur per aliquot dies, ſolutio filtretur. Haec in paroxyſmis hyſtericis ad guttas viginti, illa in iisdem affectibus, in colica, vomitu cet. ad triginta guttas da-

p. 181. tur. Ceterum ex ſuccino hoffmanniana ratione extrahendi eſſentiam SPIELMANNVS docuit, gmelinianae autem methodi, qua tamen admodum vtile medicamentum parari conſtat, oblitus eſt.

p. 186. *Extractum ſaturni* GOVLARDI, quod, vt ſupra dictum eſt, aquae ſaturninae conficiendae adhibetur, et reliquorum a GOVLARDO cognominatorum remediorum baſin conſtituit, ex minii vnciis quinque et aceti vnciis nonaginta conficitur eo modo, vt haec duo corpora ſub perpetua agitatione per horae ſpatium in terreo vaſe coquantur. Liquor deinde ad mellis conſiſtentiam redactus et decantatus aſſeruatur ad vſum. Lithargyrio, quod fere ſemper aere inquinatum ſit, Noſtrum minium ſubſtituiſſe patet, neque huius metallicae calcis maiorem rationem ab eo eſſe receptam, quam quae ab aceto diſſolui poſſit.

Fo-

Fomentationis illius, qua SCHMUCKERUS cum p.189.
ſumma efficacia ad vulnera capitis cum cerebri commotione, humorumque effuſione iuncta vſus eſt, ingredientia ſunt aqua fontana (vnciae centum et viginti), acetum optimum (vnciae duodecim), nitrum depuratum (vncia dimidia) et ſal ammoniacum (vnciae duae), quae inter ſe miſcentur et frigide applicantur. PLENKIVS hoc ipſum fomentum ad hernias incarceratas quoque laudat, et alii medici, in apoplecticis inſultibus illud perutile fuiſſe, teſtati ſunt.

Ex peruuiano cortice, aliisque ingredientibus *fo-* p.190.
tum ad gangraenam RICHARDVS parari iuſſit hac ratione: Rec. Corticis peruuiani groſſe contuſi vnciam vnam, coquatur ex aquae fontanae vnciis quadraginta octo ad vncias triginta duas reſiduas, addantur florum chamomillae romanae, florum tanaceti ana vncia dimidia, poſt aliquot ebullitiones coletur liquor, cum eoque commiſceantur ſpiritus vini camphorati vnciae duae, et ſpiritus ſalis vncia vna. Ceterum hic ipſe Auctor etiam *fomentum ad eryſipelas* commendauit, quod infuſione manipuli vnius florum ſambuci cum aquae fontanae vnciis ſedecim, et mixtione colaturae cum ſpiritus vini camphorati vncia vna et ſacchari ſaturni drachma vna paratur.

Guttae, quae *anglicae cephalicae* dicuntur, et con- p.196.
tra ſoporoſos potiſſimum affectus, animique deliquia commendantur, ex volatili alcali aqua diſſoluto, et cinnamomi aut lauendulae oleo ſimplici deſtillatione confici poſſunt. Proprie quidem ſerici ſpiritus ad hunc finem praeſcribitur, ſed aliud volatile alcali his guttis parandis aeque aptum eſſe videtur. Formula, quam Noſter dedit, huius medicinae haec eſt: Rec. Spiritus ſerici vncias quatuor, olei deſtillati lauendulae drachmam vnam, ſpiritus vini vnciam vnam; per aliquot dies digeſta deſtillentur, vsque dum guttae olei appareant. Tam interne ad guttas quadraginta aegrotis exhiberi, quam naribus eorundem admoueri poſſunt.

p. 198. Iniectiones variae, quas a PLENKIO SPIELMANNVS mutuatus eſt, detergendis, claudendisque vlceribus fiſtuloſis potiſſimum aptae ſunt. Prima eſt, quae *auricularis detergens* dicitur, eaque fit, ſi herbae rutae manipulus vnus infundatur per noctem cum aquae fontanae vnciis ſex, et colaturae addantur eſſentiae myrrhae drachma dimidia et mellis roſacei drachmae ſex. Huius medicinae tepidae in vlceribus meatus auditorii ſaniem fundentibus bis quotidie, quantum cauum auriculare capere poteſt, iniicitur, et

p. 199. per aliquot minuta cuſtoditur. *Balſamicae* vero *iniectionis,* quae vlceribus ſinuoſis claudendis inſeruit, parandae haec ratio eſt: Rec. Balſami copaiuae vnciam ſemis, ſoluatur vitello ouorum, ſolutioni addantur aquae calcis vnciae ſex, mellisque roſacei vnciae tres, et *detergens* tandem mixtione vnciarum duodecim aquae calcis et vnciae vnius vnguenti aegyptiaci conficitur. Quarta PLENKII iniectio, quam Noſter laudauit, *mercurialis* eſt, eiusque hanc dedit formulam: Rec. Mercurii viui drachmam vnam, gummi arabici drachmas tres, ſyrupi diacodii vnciam ſemis, his probe tritis addantur aquae fontanae vnciae duodecim et aquae rutae vnciae duae. Haec contra habitualem gonorrhoeam et album fluorem adhibetur.

p. 207. Ad ſopiendos ſaeuiſſimos rheumaticos, arthriticos, iſchiadicosque dolores, quibus leniendis quandoque vix medicina vlla par eſt, TRILLERVS *liquores* duos *anodynos* commendauit, quos, ſi iisdem leniter tepefactis dolentes partes foueantur, velut incantamentum agere, faſſus eorundem Auctor eſt. Prior componitur mixtione aquae anhaltinae vnciarum duarum, ſpiritus ſalis ammoniaci, eſſentiae croci, eſſentiae caſtorei ana drachmarum duarum et olei deſtillati nuciſtae guttarum triginta; alterius autem ingredientia ſunt aqua anhaltina (vnciae quinque), eſſentia ſuccini (drachmae tres), eſſentia caſtorei (totidem), eſſentia anodyna (drachmae duae), ſpiritus lumbricorum et formicarum (ana drachma vna),

vna), quae inter ſe miſcentur et ad vſum aſſeruantur. Cum illo prius faciendum periculum eſſe ſuaſit TRILLERVS, quam hic adhibeatur, qui illo efficacior quodammodo ſit. Ceterum in podagra vtrumque hunc liquorem adhibere, Auctor non auſus eſt.

Liquor meningum SCHMVCKERI, qui obtinetur, ſi aquae vulnerariae vnciae duae, balſami commendatoris totidem drachmae et mellis roſarum vncia vna inter ſe miſceantur, ad durae matris et cerebri vulnera ope plumaceolorum, PLENKIO teſte, ab auctore adhibetur. p.209.

Naeuis deſtruendis aptiſſima eſt medicina, quae ex ſaponis veneti et calcis viuae anaticis portionibus inter ſe exacte mixtis et in paſtam redactis paratur; etenim PLENKIVS, a quo ea *Paſta ad naeuos* fuit appellata, aſſerit, intra duodecim horas naeuum in eſcharam tranſiturum et ſuccedente ſuppuratione ſeceſſurum eſſe, ſi, vicinis naeuo partibus emplaſtro quodam adhaeſiuo, foramine naeuum tranſmittente perforato, defenſis, naeuo ipſi haec paſta fuerit impoſita. p.241.

Maiores HOFFMANNI *pilulae*, quarum parandarum rationem cognitam ſatis eſſe putamus, ſwieteniani liquoris vires habent, eoque, iudice SPIELMANNO, potiſſimum commendabiles ſunt, quod metallico ſapore deſtituuntur, nec, cum ſenſim modo in ventriculo diſſoluantur, vlla inde irritatio metuenda eſt. Earum quatuor aut quinque ter de die exhibentur. p.247.

Pilularum ophthalmicarum, quarum deſcriptionem Noſter dedit, auctor SCHMVCKERVS eſt, qui parari maſſam ex gummi galbani, ſagapeni, ſaponis officinalis, ſucci liquiritiae ana drachma vna, pulueris rhabarbari electi drachma vna ſemis, tartarique emetici granis ſedecim, et ex ea formari pilulas ponderis grani vnius iuſſit, quarum mane et veſperi quindecim per ſex ſeptimanas contra ſuffuſionem ſumuntur. p.249.

p.259. Puluerum, quos Noſter recenſuit, formulae a WEDELIO, MYNSICHTO, FVLLERO, ROSENIO, aliisque cum veteribus, tum nuperis medicis mutuo ſumtae ſunt, earumque aliae inconcinnitate lectoribus valde diſplicebunt, aliae laudibus ipſis dignae videbuntur. Nos ex hac libri parte *pulueris antiſeptici* PLENKII, *refrigerantis Suecorum* et *roſeniani ad tor-*
p.264. *mina infantum* deſcriptiones repetemus. Ac prioris quidem hanc Auctor formulam habet: Rec. Puluerum corticis peruuiani, herbae rutae ana vncias duas, et camphorae vini ſpiritu tritae vncias tres. Miſceantur, vt puluis fiat, qui partibus gangraenoſis inſper-
p.277. gitur. *Refrigerans puluis* paratur mixtione vnciae ſemis ſalis eſſentialis tartari, vnciarum ſex ſacchari albiſſimi, et guttarum ſex quintae eſſentiae citri, isque *limonadae* ex tempore parandae inſeruit, ſi eius vn-
p.280. cia vna duodecim aquae libris diſſoluatur. Tertius denique puluis a ROSENIO cognominatus obtinetur, ſi ſaponis officinalis drachma vna, lapidum cancrorum vncia dimidia, rhabarbari drachma ſemis, ſeminum aniſi, et cumini ana ſcrupulus vnus, croci quatuor grana et ſacchari albi drachmae tres pulueriſentur, et inter ſe miſceantur.

p.288. Ad *ſal mercuriale acetoſum* parandum recipiuntur mercurii per alcali fixum ex acido nitri praecipitati et probe edulcorati vnciae duae et aceti deſtillati vnciae centum octo et viginti, quae per triduum in maris balneo digeruntur, crebro agitantur, et deinde in frigidum locum reponuntur. Cryſtallis, quae inde ſurgent, nomen illud a VITETO impoſitum eſt, eaeque in trochiſcos redactae *Paſtillorum ſiphyliticorum* KEYSERI *) vices commode exſecuturae eſſe videntur.

p.294. *Medicati ſaponis*, cuius alii medici alias formulas dederunt, SPIELMANNVS etiam meminit, eumque ſibi mixtione ex ſalis cauſtici vncia vna et butyri cacao

*) vid. Comment. noſtr. Vol. XIV. P. III. p. 407. Vol. XIX. P. II. p. 317. ſeq.

cao leniſſimo calore liquati vnciis quatuor parat. Quum eximiarum illum virium ad morbos praeſertim a viſcerum abdominalium obſtructione oriundos eſſe, oleumque praeterea, quod ad ipſum recipitur, plurimum non ad ſaporis ſolum gratiam, verum etiam ad virtutum efficaciam conferre probatum ſit, pharmacopolis incumbere Auctor cenſet, vt eum inter officinalia medicamenta recipiant, eumque pro vſibus ſaltem internis ipſi parent. — Sed iam ſatis exemplorum eſſe arbitramur; neque enim dubium nobis vllum eſt, fore, vt ex noſtro ſuper Spielmanniana pharmacopoea ſermone perſpicere queant lectores, ſententiam, quam ſupra de hoc libro diximus, veritati conſentaneam eſſe, eumque bonis quidem praeceptis abundare, nec tamen ab eo prorſus abeſſe, quae reprehenſionem mereantur.

X.

Experiments and Obſervations on the ſpecific gravities and attractive powers of various ſaline ſubſtances, by RICHARD KIRWAN, *Eſq. F. R. S. read at the Royal Society. London, by Nichols* 1781. 4 m. pag. 37 — *Continuation of the Experiments etc. Lond. 1782 pag. 60.* — *Concluſion of the experiments etc. Lond. 1782 pag. 72.*

i. e.

Experimenta et obſervationes de gravitate ſpecifica et vi attractrice ſalium quorundam — Continuatio experimentorum; — eorundemque concluſio: auctore RICHARDO KIRWAM, Soc. reg. Sodal.

Eximium indicat Chemiae hodiernae faſtigium, quod iam ſubſtantiae tractari, explorarique poſſint, *Exper.*

quae

quae ſubtilitate noſtros ſaepe ſenſus aufugiunt, et non
niſi germano philoſophiae, chemiae et mathematices
ſtudio, expiſcari queunt. Cuius rei documentum no-
vum, eximiumque exhibuit nobis Cel. KIRWANVS, cu-
ius commentationes ſi noviſſimis de re chemica ſcri-
ptis palmam non praeripiant, ſane de ea colluctentur.
Sub initium de acidorum gravitate ſpecifica agit, cui
p. 5. definiendae anſam dedit Cel. PRIESTLEYVS, obſer-
vans aërem muriaticum eſſe nil niſi acidum ſalis pu-
rum, in vapores actum. Qui vero, ab aqua maxi-
ma copia abſorptus, eidem conciliabat grauitatem ſpe-
p. 8. cificam 1; 253; cuius itaque 180 grana 48, 7 gra-
p. 9. na acidi continebant. Appoſita eſt tabula, qua gra-
vitas, propria huic ſpiritui muriatico, aqua plus mi-
nus diluto, determinatur; quae ſi eſt 1, 261, aci-
p. 10. dum nullam aquam ex aëre arripit. 100 grana ſalis
alcalini ſoluti, aëre et aqua bene liberati, (grav. ſpe-
cif. 1, 097,) ad perfectam ſaturationem requirebant
acidi muriatici grana 27, ex quibus natum ſal exſic-
p. 12. catum, ponderis 12, 66, continebat acidi 29, 68 gr.*),
aquae 6, 85, ſalis alcalini 63, 47 gr. Acidum ni-
tri (1, 419,) admixtum eidem ſolutionis alcalinae
quantitati, hanc ſaturabat, adiectis modo illius 11
granis; quae itaque, ſi pondera acidorum ad ſatu-
p. 13. rationem alcalini neceſſaria, non differre ponamus, 3,
55 gr. acidi puri, et 7, 45 gr. aquae continebant.
Gravitas puriſſimi huius acidi ſpecifica eſt 8, 7654,
ut tabula, confirmationis et illuſtrationis gratia appo-
p. 18. ſita, indicat. Nitri *ſicci* 100 gr. includunt 30, 86
acidi, 66 alcalini, 3, 14 aquae; *cryſtalliſati* vero 29,
68 gr. acidi, 6, 14 aquae, et 63, 97 ſalis alcalini:
quae computatio parum differt ab illa HOMBERGII,
p. 20. nec magis a calculo, quem Cl. FONTANA duxit e
deſtill-

*) Partium conſtituentium in ſalibus mediis quantita-
tem non ex *experimentis* exſcripſimus; ſed numeros
in *Continuatione Exper.* correctos (p. 4) appoſuimus.

deſtillatione nitri, ſolo igne facta, et LAVOISIERVS e mercurio nitrato, ſolo igne revivificato.

Olei vitrioli (1, 819) 6, 96 grana, 100 gr. eiusdem ſolutionis alcalinae in ſal medium mutabant, gravitas itaque puri acidi ſpecifica 5, 707, vel, ſubducta ab admixta aqua denſitate adaucta, 4, 9649, cenſenda videtur. Tartari itaque vitriolati 100 grana compoſita ſunt e 30, 21 gr. acidi, 5, 18 aquae, et 64, 61 alcalini ſalis. p. 22. p. 27.

Aceti puri gravitas propria, ope calculi ex HOMBERGII experimentis eruta, eſt 2, 130; et alcali acetatum continet 19 gr. acidi, 32 ſalis alcalini et 49 aquae. E quibus vero experimentis omnibus colligit Cel. KIRWANVS conſectaria quaedam; pondera nimirum 1) acidorum purorum mineralium, quin quorumcunque aliorum, ad alcalini ſalis ſaturationem impendendorum, paria deprehendi; 2) acida pura converti in ſalia media perfecta a 2, 253 partibus alcalini ſalis; 3) denſitatem corporum mixtorum increſcere a *minimo* ad *maximum*, dum differentiae quantitatum diverſarum, ad certum usque punctum, decreſcant; attractionem vero partium e contrario maximam eſſe, ſi unius partis relatio ad reliquas, ideoque denſitas minima ſit; 4) acida concentrata eſſe certo reſpectu onerata phlogiſto; et combinata cum ſale alcalino, evaporare; 5) cognita quantitate ſalis alcalini in ſolutione quadam, erui poſſe quantitatem acidi puri in quovis acido: e. gr. ſale ſedativo etc. Exploratis iis, quae ad ſalia acida, mediaque pertinebant, ſimili examini ſubiicit nunc Ill. KIRWANVS terram calcariam, ut detegeret gravitatem aëris fixi in ſtatu concreto ſpecificam. Expellebat itaque ex 100 gr. marmoris (2, 7175) per acidum vitriolicum calore adiutum, 32, 42 gr. aëris; ope vero calcinationis, 11, 66 gr. aquae: calcis autem vivae gravitas ſpecif. erat 2, 3908. Quibus omnibus inter ſe comparatis, computoque ducto, colligit Cl. p. 28. p. 29. p. 30. p. 31. p. 31. p. 33.

Auctor,

Auctor, ſpecificam aëris fixi in ſtatu concreto gravi-
tatem eſſe 18, 52; omnium itaque non ſolum aci-
dorum, ſed et aliorum, (platiña et auro exceptis)
corporum videri maximam!!

p. 34. In eruenda gravitate ſalis alcalini vegetabilis ſpe-
cifica uſus eſt aethere vitriolico, loco aquae; et in
100 gr. eiusdem deprehendebat 6, 7 gr. terrae
ſiliceae: Quod quidem vel ſiccum, vel aqua ſolu-
tum, ſibi non ſemper ſimilem continet aëris fixi
quantitatem; qui interim fere ut 21 gr. in 100 gr.
aeſtimari poteſt. Idem ſal ſiccum, a terra ſilicea li-
berum, cum aëre fixo ſaturatum, gravitatis ſpecifi-
cae eſt 5, 0527; cauſticum vero, i. e. aëre et aqua
p. 35. orbum, 4, 234; qua itaque ratione ſal tartari ſiccum
gravius eſt nitro, et alcali vitriolato. Finem com-
mentationi imponit tabula, ſiſtens variam ſalium al-
calinorum, aquae diuerſa quantitate ſolutorum, graui-
tatem ſpecificam, ex denſitate adaucta ortam etc.

Contin. Ordiuntur *continuationem experimentorum* animad-
verſiones aliquot in praegreſſam commentatio-
p. 4. nem, quibus quaedam maximo cum animi can-
dore Cel. Auctor corrigit, quae olim non ſatis accu-
rate ſcripſerat, quaeque ad partium, ſalia conſtitu-
tientium, numeros, et ad aberrationes referenda erant,
quae ex aquae cum acidis mixtae aucta ex longiori
p. 6. mora, caloreque, denſitate oriuntur, tabulisque ap-
poſitis illuſtrantur. Quibus perfectis progreditur in
determinanda *acidi puri* quantitate, quod in variorum
p. 12. corporum ſaturationem impenditur. Sal alcalinum
minerale, a TURNERO paratum, expulſis aqua et
aëre, 20, 25 gr. ſalis continebat, cuius 100 grana
p. 13. ſuſcipiebant 60 vitriolici acidi puri: qua ratione *ſalis
glauberiani ſicciſſimi* 100 gran. continebant 29, 13 acidi,
48, 6 alcalini, et 22, 28 aquae; *cryſtalliſati* vero
13, 19 acidi, 21, 87 alcalini, 64, 94 aquae. *Nitri
cubici cryſtall.* gr. 100 compoſita ſunt e 28, 8 acidi,
50,

50, 09 alcalini, 21, 11 aquae: eiusdem vero *ſic-
ciſſimi* eadem quantitas conſiſtit e 30 acidi, 52, 18
alc. et 17, 82 aquae. *Sali communi cryſtall.* inſunt 33, p. 14.
3 acidi, 50 alc. et 15, 7 aquae; perfecte vero *ſicco*
35 acidi, 53 alc., 13 aquae. Sal *alcalinum miner.*
cryſtall. continet 35 gr. alc., 20 aëris fixi, 45 aquae.
Salis volatilis alcalini 100 gr. compoſita ſunt ex 53 p. 15.
aëris fixi, 39, 47 alc., et 7, 53 aquae; cuius vero
puri alcalini ſalis idem pondus ſuſcipit acidi vitriolici
puri 106, nitroſi 115, muriatici 130. — *Terrae* p. 16.
calcareae purae 100 gr. ad ſaturationem requirunt
104 gr. acidi nitroſi puri, acidi vero vitriolici, (ſo-
lutionem noſtram turbantis,) 91, 92 gr.; acidi mu-
riatici 112 gr. *Magneſia alba* omnibus acidis reſiſtit, p. 17.
niſi calor 180° accedat; quo fit, ut quantitas acidi
ſuſcepti exactis numeris non poſſit exprimi: adhi-
bendum itaque eſt ſal medium terreum ex acido et
magneſia conſtans, ex quo terra deturbanda eſt ope
ſalis, cuius acidi attrahendi poteſtas iam nota eſt;
v. c. alcalinum vegetabile cauſticum. Qua quidem
ratione apparet, 100 grana magneſiae ſuſcipere aci-
di vitriolici puri 125 gr., nitroſi puri 132, marini
140. *Sal epſonienſe* ſiccum itaque continet 45, 67
acidi, 36, 54 terrae purae, et 17, 83 aquae: *ma-
gneſia* vero *nitrata* ſicca 35, 64 acidi, 27 terrae, et 37,
36 aquae. Facilitas, qua *magneſia ſalita* partem aci-
di dimittit, impedit exactam huius inveſtigationem.
Terra ex alumine ſeparata continet 26, 0 aëris fixi;
eiusque purae grana 100 133 granis acidi vitriolici
diſſoluuntur; quod vero ſal medium terreum ſem-
per colorem vegetabilium coeruleorum in rubicun-
dum mutare adhuc valet. *Alumen ſiccum* conſiſtit e
42, 74 acidi, 32, 14 terrae, 25, 02 aquae, *cryſtal-
liſatum* vero e 23, 94 acidi, 18 terr. 88, 06 aquae.
Alumini nitroſo inſunt 153 acidi, *ſalito* 173, 45.

Quibus abſolutis devenit nunc Ill. KIRWANVS p. 19.
ad novam phlogiſti occultam adhuc naturam explanan-

tem

tem doctrinam, quae ſola perennem ipſi famam
conficere valeret. Docet primo, illud ſingulum
nunquam reperiri poſſe in ſtatu concreto; eodem
enim in momento, quo ſeparetur ab aliis corporibus,
illud fluidam et elaſticam formam, ob magnam par-
tium ignearum copiam abſorptam, aſſumere, quae
p. 20. *aër inflammabilis* vocetur. Metallum enim, ab aci-
do ſuſceptum, transmittere ipſius particulas igneas
phlogiſto, quod tunc aëream ſpeciem acquirat, ce-
p. 21. datque acido terram metallicam. Conuenientiam
aëris inflammabilis cum phlogiſto apparere ex ſimilibus
illius cum hocce qualitatibus; namque 1) omnia corpo-
ra inflammabilia edere aërem inflammabilem, qui re-
vera ſola ſit ſubſtantia flammae alendae idonea. 2)
p. 23. Eundem cauſam ſplendoris et ductilitatis videri me-
tallorum, quae illo ſolo expulſo, utrumque amittant;
recuperentque, ſi, e. gr. in calces metallicas, teſte
CHAUSSIERIO, torrens aëris inflammabilis, in actu
p. 24. combuſtionis dirigatur. Cel. quoque PRIESTLEYUM
calces ferri, cupri, plumbi et ſtanni in ſtatum metalli-
cum reſtituiſſe, fuſione illarum, ope ſpeculi ardentis,
in aëre inflammabili, cuius reliqua pars non abſor-
pta, aeque adhuc erat inflammabilis ac antea; pari mo-
do phoſphorum eſſe regeneratum ex eius acido. 3)
Sulphur oriri abſtractione acidi vitriolici ſuper plum-
p. 25. bo aut biſmutho. 4) Aërem quoque inflammabi-
lem imminuere reſpirabilem. Non praeterit Ill. Au-
ctor, quae ipſius doctrinae opponi poſſint: aërem vi-
delicet noſtrum poſſe quidem continere phlogiſton,
hoc autem forſan coniunctum eſſe cum alia qua-
p. 26. dam ſubſtantia, vel acido, vel terra, vel aëre reſpira-
bili: quae vero omnes, uti etiam alias oppoſitiones
e PRIESTLEYI obſeruationibus petitas, ipſe diluit et
p. 33. ingenue refellit. Colligit itaque, aërem inflammabi-
lem purum a phlogiſto ſpecie ſolum externa differre;
(pari ratione, qua aër, calcario lapide incluſus, di-
ſcrepet ab eo, e calce pulſo,) niſi quod maiorem par-
tium

tium ignearum copiam, eamque cum aëre atmoſphaerico fere parem, contineat.

Quum veram phlogiſti naturam iam patefeciſſe ſibi videatur, cel. KIRWANVS pergit in eruenda illius, variis corporibus inhaerente, quantitate. Experimentis itaque 8 calculo probat, 100 grana *aëris nitroſi* continere 16, 792 phlogiſti, et 83, 208 acidi. *Aërem* porro *fixum* generari ex phlogiſto et aëre atmoſphaerico; metalla enim in hocce calcinata, eundem pro $\frac{1}{5}$ imminuere, calces autem graviores redditas, igne tunc admoto, emittere aërem fixum, qui cum in illis ante non adfuerit, ex atmoſphaerico, cum phlogiſto metallorum commixto, natum eſſe debere. Scintillam ipſam electricam, aërem communem vitro incluſum transeuntem, ipſi omnes aëris fixi qualitates impertiri, quod etiam eveniat, mercurio cum plumbo in phiala agitato. Hinc concludit cel. auctor, progigni ope phlogiſti aërem fixum e communi; quum vero hicce aquam calcis turbidam non reddat, (quod vna pars fixi cum 20 partibus dephlogiſticati vel phlogiſtici mixta, protinus perficit,) aërem fixum in aëre atmoſphaerico nonniſi caſu fortuito adeſſe, et quidem in minima quantitate. Corruere quoque quorundam opinionem, fixum aërem praeexiſtere in communi; vel dephlogiſticato, quum ex huius 100 partibus 97 partes poſſint converti in aërem fixum. In demonſtrationem ſententiae, aërem atmoſphaericum e dephlogiſticato et phlogiſtico eſſe compoſitum, ill. KIRWANVS affert, quod *primo* e mixtis 3 partibus aëris phlogiſtici cum 1 parte dephlogiſticati, ſimiles exacte effectus obſerventur, quos aër communis ratione flammae et animalium reſpirantium edere ſolet; *ſecundo*, quod hicce certo reſpectu poſſit diſcerpi in ſimiles partes ope purae aquae, quae aëris dephlogiſticati (in atmoſphaerico contenti) maximam partem ſuſcipit, phlogiſticatum adeo purum relinquit, ut in hoc reſiduo flamma non ardeat. Mephi-

p. 35. p. 37. p. 38. p. 41. p. 42. p. 43. p. 45.

phitis autem *phlogiſtica* nil aliud Cel. Auctori eſſe videtur, quam aër fixus, *ſupra*, quam pareſt, *phlogi-*
p. 46. *ſto ſaturatus:* et obſeruationem, quod ex aëre dephlogiſticato et principio inflammabili non ſemper generetur phlogiſticus aër, ſed fixus, illuſtrat exemplo acidi vitriolici cum phlogiſto tractati, e quo non ſemper ſulphur, ſed ſaepe modo acidum ſulphureum oritur. Phlogiſticus quoque aër cum aqua, coctione ab aëre liberata, agitatus, et atmoſphaerae expoſitus, pro
p. 47. parte mutatur in fixum; hic vero iterum, vim ſcintillae electricae expertus, aut mixturae limaturae mar-
p. 48. tis, ſulphuris et aquae expoſitus, fit phlogiſticus. Aliud phaenomenon, quo phlogiſton in aëre fixo ſe prodit, eſt, quod magneſium, in acidis phlogiſticis ſolum diſſolubile, ab aqua bene aërata perfecte ſuſcipiatur, ex qua etiam calcis albae ſpecie deturbari queat. Aër quoque fixus decomponi poteſt, ſi ab aqua ſaepius ſolutus, iterum expellatur: cuius partem tunc aqua ſuſcipere recuſat; reliqua vitam flammamque alere valet: ille quoque, nitrum fuſum tranſiens, atmoſphaerico
p. 49. aëri accedit. Remotis adhuc quibusdam argumentis, quae opponi poſſent Cl. A. ſententiae, proportionem phlogiſti et aëris puriſſimi in fixo indicat; hunc nimirum continere 85, 339 gr. dephlogiſticati
p. 53. aëris, et 14, 661 phlogiſti, et 100 aëris puriſſimi itaque converti in fixum, ope 7, 2165 granorum phlogiſti poſſe. Quibus omnibus non leue pondus
p. 54. accedit ex Cel. PRIESTLEYI auctoritate, qui omnibus enarratis experimentis, deductisque ex iis concluſionibus calculum ſuum adiecit.

Delineauimus nunc totam Ill. KIRWANI doctrinam dephlogiſti natura; cui licet non deficiant quae praetendi poſſent, illa magnam tamen veri ſimilitudinem prae ſe fert, qua receptum hactenus de eodem argumento STAHLII opinionem multum, ſi quid videmus, ſuperat; eaque de cauſa optime meretur, quae ſumma cura ponderetur a chemiae principibus.

Sub

Sub finem elegantiſſimae ſuae commentationis Cel. A. adhuc exponit quantitatem phlogiſti in quibusdam corporibus. Itaque *aëris vitriolici* 100 ″ grana continent 91, 52 gr. acidi, 8, 48 gr. phlogiſti; *ſulphuris* 100 granis inſunt 40, 61, phlogiſti, et 59, 39 acidi vitriolici: *Aëris muriatici* 100 = cubici conſiſtunt e phlogiſti 9, 227 partibus grani unius, et 56, 173 granis acidi. p. 55. p. 57. p. 59.

Vltima huius argumenti commentatio tota in eo eſt, ut determinet quantitatem metallorum, ab acidis mineralibus ſuſceptorum, qua ab illis ſaturari dicuntur. Enarrat ea in hoc negotio obvia phaenomena, quae nondum curatius annotata et apta praecipue ſunt, quae lucem affundere ſequentibus poſſint. Acidis uſus eſt phlogiſto orbis, decoloribus, quibus metalla optime limata ſucceſſiue immiſit. Qua ratione in tribus acidis mineralibus ſolvit 100 grana ferri, cupri, ſtanni, plumbi, argenti (acidum muriaticum commune reſpuentis), auri (in aqua ſolum regia ſolubilis,) zinci, bismuthi, niccoli, cobalti, regulorum antimonii, arſenicique; et praeter plura notatu digniſſima, quantitatem et indolem aëris varii evoluti annotavit. Animadvertit quoque hac occaſione in differentiam, quae eum inter et Ill. BERGMANNVM, in determinanda acidorum, ſalia neutra ingredientium quantitate, obvenire videtur, indicatis vero rationibus, quae apparantem diverſitatem efficiunt, et collatis, liquidum potius eſt, utrumque optime congruere. Recte oſtendit, partium proportionem ſcitu eſſe neceſſariam; quibus nimirum fit, ut affinitatis gradus numeris exprimi poſſint. Quem in finem regulam hancce profert; *quantitatem acidi veri, ad ſaturandam datam corporis cuiusdam quantitatem neceſſarii, ſe habere in ratione inverſa, uti affinitatem corporis ad acida:* et contrario modo, *quantitatem corporis cuiusdam ad datam cuiusvis acidi quantitatem ſatiandam requiſiti ſe habere* Conclus. p. 3. p. 4. p. 19. p. 20. p. 26.

 in

in ratione directa, *uti affinitatem illius acidi ad corpus ſolvendum.* Affert in regularum propoſitarum confirmationem numeroſa experimenta, cum ſalibus alcalinis fixis, calce, alcalino volatili, magneſia et aluminoſa terra inſtituta; quae vero eodem, quo uſi ſumus ordine, minorem ſemper acidi portionem ſuſcipiunt: ſic e. gr. 100 acidi vitriolici grana a 215 granis ſalis alcalini vegetabilis, 100 granis terrae calcariae 175 gr. terrae aluminoſae (ut cetera taceam) ſaturantur; eosdemque etiam numeros ad deſignandos
p. 27. affinitatis gradus adhibet. Hac ratione ſeparationem ſalinorum corporum ex affinitate duplici, modo non minus ingenioſo, quam apto, explicat Ill. Auctor, deſignans ſummam graduum affinitatis ante mixtionem nomine *affinitatum quieſcentium: divellentium* vero, ſi iidem gradus, mixtione ipſa nati, numeris ex-
p. 28. primuntur. Sic e. gr. illae acidi vitriolici cum alcal. vegetabili ſunt 215; acidi nitroſi cum terra calcarea 96; utriusque ergo ſumma 311: acidum vero vitriolicum ſe habet ad terram calcaream = 110: nitroſum = 215: ſumma ergo affinitatum divellentium eſt 325. Quid mirum itaque, quod tartarus vitriolatus, et calx
p. 31. nitrata, mixtione abeant in ſeleniten et nitrum! Videtur quidem aequali acidorum mineralium ad ſalia alcalina affinitati, ab Ill. viro ſupra aſſumtae, obeſſe facilem ſalium neutrorum diremtionem ope acidi vitrio-
p. 32. lici cet: ſed cenſet Cel. vir, ſingularem actionem acidorum in ſalia neutra ſaepe oriri a diverſa illorum facultate, ignem elementarem in ſe ſuſcipiendi: Obſervabat enim, 100 granis acidorum unciae uni ſalis tartari ſoluti ſemel affuſis, thermometrum adhibito vitriolico acido a 68° aſcendiſſe ad 138°; ad 120° ab acido nitroſo; 128° ab acido muriatico. Quibus poſitis
p. 34. credit Ill. Auctor, in diſſolutione e. gr. tartari vitriolati ab acido nitroſo, hoc plures ignis particulas dimittere, quam ad diſſolutionem illius requirantur: quibus vero ab acido vitriolico ſuſceptis, hoc ſalem alca-

linum

linum deſerere ea ex ratione, quod illud, nonniſi liberatum a certa ignis quantitate, in amplexum cum alcalino ruere poſſit; ex quo ideo, recuperatis ignis partibus, iterum diſcedit.

De *affinitate acidorum mineralium cum metallis* diſſerens Cel. Auctor animadvertit, eius gradus difficilius expiſcari poſſe, 1) quum haec nonniſi parte phlogiſti orbata, ab illis ſuſcipi poſſint: illam vero aeſtimari haud poſſe ex ſolo diſceſſu phlogiſti aëriformis, quia reliqua ſeparata, ab acido calcem diſſolvente retineatur. Ducendum computum 2) difficilem reddit exuberans acidum, ad quamvis metallicam ſolutionem, (qua tinctura *Crotonis tinctorii* ſemper rufeſcit) neceſſarium: quod ut determinare poſſet Ill. vir, addebat iſti tincturae eam ſolutionis argenti ſaturatae quantitatem, (9 grana) qua illa eundem ruborem acquirat, qui a $\frac{8}{10}$ gran. acidi nitroſi puri generatur: his rationibus ductus, acidum exuberans in argenti ſoluti 9 granis, $\frac{8}{10}$ gr. aequiparat. Aliis in ſolutionibus metallicis, praeſertim muriaticis, ſaturanda erat antea pars illarum ſale alcalino cauſtico: in aliis etiam vitriolicis, ſalis metallici partem acidam aeſtimabat debita circumſpectione ex quantitate veri acidi ad praecipitandas calces nitratas requiſiti. Quibus omnibus uſus eſt ad tabulam conficiendam, quae quantitatem metallorum in 100 acidorum mineralium granis ſolutorum, ſimulque affinitatis gradus, indicat. Quas iam habemus tabulas ſic dictas affinitatum, harum minus, quam potius praecipitationum indices, appellari merentur; quae nimirum ex duplici decompoſitione oriuntur, quum metallum praecipitans tradat phlogiſton deturbato, quod autem illi acidam partem cedat: ideoque cupri calx, e. g. neque argentum, neque hydrargyrum, nitrata, deturbat. Acida praeferre metalla ſalibus alcalinis, non dubia res eſt: argentum enim nitratum, cum illo fixo et ſale communi remixtum in argentum ſalitum, (non in calcem) abit;

p. 38.
p. 39.
p. 40.
p. 41.
p. 42.

mercurius et ſaturnus, nitrati, iisdem ſalibus adiectis, convertuntur in praecipitatum album et ſaturnum cor-
p. 43. neum: a plumbo vitriolato, et mercurio corroſivo dimidia modo acidi pars, ope ſalis alcalini ſeparari poteſt: ſal ammoniacum a ferro, minio, antimonio
p. 44. diaphoretico et zinco divellitur. Acidorum, ſalia alcalina offendentium, ſeparatio a metallis evenit ea ex ratione, quod illorum nimiam copiam, ſolutioni famulantem abſumant alcalina, quin et requiſitam ad metallorum ſaturationem partem acidam arripiant, quae eius particulas igneas reconditas committit metallicae calci.
p. 45. Quae vero omnia pluribus exemplis appoſitis et calculo ſubiectis optime confirmantur. *De praecipitatione metallorum ex acidis, vi aliorum metallorum, et quan-*
p. 48. *titate phlogiſti abſoluta in metallis.* Quum in iſto negotio non ſolum phlogiſti quantitas in quovis metallo diverſa, ſed et ea, quae a quovis acido diſpari ratione illis eripiatur, numeris indicanda ſit, viam ad haec ea minus eſſe expeditam, facile quivis videbit: ſed preſſit Cel. vir veſtigia Ill. BERGMANNI, qui relativam, ut ita dicam, phlogiſti in metallis copiam eruit; qua ratione Illi abſoluta ſolum principii inflammabilis in unico metallo contenti quantitas expiſcanda erat,
p. 49. ut paterent reliqua. Cui fini inſerviebat arſenici regulus faciliori ceteris negotio ſpoliandus phlogiſto; cuius 6, 86 grana in illius 100 granis contineri cenſet; idem vero in reliquis metallis eruit calculo, quem confirmat experimentis propriis, et aliorum appoſitis.
p. 50. *De affinitate calcium metallicarum cum phlogiſto* vero
p. 53. propius accedere videtur Ill. KIRWANO, aërem inflammabilem a metallis ligatum ſuperare gravitatem aëris in terra calcarea contenti; ſed directa via haec non patere, quum calces omni peregrino liberas pa-
p. 54. rare ars nondum valuerit. Interim cenſet, *affinitatem metallorum cum phlogiſto eſſe in ratione directa cum gravitate illorum ſpecifica; et in inverſa cum quantitate calcis in dato metalli pondere.*

Quibus

Quibus poſitis cetera calculo eruit, et quae reperit, novo labore ita expoſuit, ut numeri, affinitates cum acidis indicantes, hisce homogenii evadant: quae vero omnia praecipue innituntur detectae affinitati acidi vitriolici cum phlogiſto. Supereſt adhuc in metallorum ſolutione et praecipitatione explicanda habitus ad phlogiſton amiſſum ſolutionibus acidis; et affinitas, quae calcibus metallicis cum hocce ſupereſt amplius; cuius pars, aëris inflammabilis forma expulſa, facile aeſtimari, altera vero, poſt ſeparationem in ſolutione retenta, experimentis directis non inveniri poſſe videtur. Nihilominus Cel. Auctor, difficultatibus cedere neſciens, varia inſtituta experimenta ea ratione confert, ut inde deducat numeros, proportionem divulſi phlogiſti in tabula exponentes. Quae omnia mirifice conſpirant cum obſeruatis chemicorum clariſſimorum, quae verſa vice maiorem in modum ab illis quoque illuſtrantur. Sic apparet e. gr. ratio, qua ferrum vitriolatum, adiecto cupro, non deturbetur vaſis clauſis, ſed apertis: nec minus praecipitata metallica, ferri, cupri, ſtanni, cet. quae adiecto novo metallo oriuntur, legitimo modo eoque perſpicuo explanantur. Qua quidem ratione abſolvit curſum ſibi propoſitum Ill. KIRWANVS, cuius inuenta, ſcientiae naturalis et chemicae fines prorogantia, ipſius nomen carum reddent poſteris.

p. 55.
p. 56.
p. 61.
p. 65.

XI.

Pharmacia rationalis, denuo correcta et aucta; edidit eam D. PHILIPPVS IACOBVS PIDERIT, Societat. Latinar., Carolsruh. et Ien. membr. honor. Caſſell. ap. Io. Iac. Cramer. 1782. 8. pag. 383.

Minime fugiet Lectorem benevolum, editam eſſe ante quatuor et quod excurrit annos a ſocietate

quadam medica, in commune rei medicae ſtudium Caſſellis facta, pharmaciam rationalem, quam in ſex faſciculos diſtributam auctores ipſi laudanda modeſtia eruditorum examini publico dicabant. Nec defuit, quod ſperabant, et exoptabant: nimirum plures viri harum rerum perquam gnari, ſtudium ſuum in reviſendam hanc pharmaciam collocarunt, ſuasque in eandem obſervationes cum iisdem communicarunt; quos inter TRILLERVS, TRALLESIVS, WOLTTERVS, FRANCKIVS, KAEMPFIVS, RICHTERVS, BAVMERVS, CRELLIVS, GMELINVS, REICHARTVS, inprimis nominandi ſunt. In uſus ſuos converterunt, quae ab his viris profecta ſunt, Cll. Auctores, quorum nomina nunc in publicum prodeunt; Cl. PFANNKVCHEN, CVNTZE, GRANDIDIER, MÖNCH, et, qui opus hocce, propriis ipſorum quoque curis perpolitum et auctum, edidit, Cl. PIDERIT. Quam uſi ſint rationem in hac pharmacia exaranda auctores, ſuperſedemus exponere, quum ſuffragiis hominum eruditorum excepta iam ſit prior editio: quam vero quo modo ſuperet haec altera, paucis exponemus.

p. 3. Exordiuntur librum egregium praecognita quaedam, regulas continentia in *viſitandis* medicaminum *officinis* obſeruandas, et cordati pharmacopolae offi-
p. 8. cia exponentia. Sequitur medicamentorum ſimplicium catalogus, quem ſi conferas cum eodem in antecedente editione, valde mutatum invenies: licet enim copioſior ſit, quam nonnulli eum forſan deſiderent; tamen nullum plane inane remedium, aſſerente Cl. PIDERIT, continet, qua in re nos plane diſſentientes non habet. Quae eiecta ſunt, ſua forte digna nobis videntur pleraque: ut *acacia*, *carlina*, *chamaedrys*, *flammula Iovis*, *fungus melitenſis*, *gentiana alba*, *mentha ſylveſtris*, *milium ſolis*, *os ſaepiae*, *paeonia*, *peucedanum*, *pſyllium*, *roſa pallida*, *ſempervivum maius*, *urtica minor*: (qua proſcriptione quoque aſſe-

affeciſſemus *abietem rubram, piper caudatum, carum carvi, daturam ſtramonium, rutam graveolentem, ſtyracem ſolidam, oleum cerae, et tartari foetid, cet.*) E contrario vero ſortem iuſto acerbiorem pati nobis videntur alia, e. gr. Artemiſia *abrotanum*. *Asphalthum* (cuius vires celebrarunt COURCELLES, LEUTHNER, BANG, LENTIN aliique) *ricinus communis* (cuius oleum tutum et ſaepe efficax remedium cenſendum) *curcuma, dictamnus albus, Lobelia ſyphillitica, ſalix pentandra, ſcorzonera* (hiſpanica et humilis) *ſpigelia* (maryl. et anthelm.) Ditauerunt rem medicamentariam Cl. viri *gumm. ceraſi acid.* et *ſandaraca, pila marina,* (quibus illa vix indigere nobis videtur,) *oxymelle aeruginis,* (quo lubentiſſime careremus) *pipere Iamaic., R. Salab*; ſed praeteriverunt multa, quae eidem iure ſuo, ſi quid videmus, ex recentioribus medicorum obſervationibus addenda fuiſſent, e. gr. *carex arenar., Cicuta viroſa, eryng. foet. geum rivale, panax quinquef., ſpilanthus acmella, cardamine pratenſ., Dolichos urens, Melittis Meliſſophyllum, Oenanthe crocata, helleborus foetid. rhododendron chryſanth, ulmus campeſtr. vaccinium oxyc., Geoffroya inermis, Helmintochortos, nerium antidyſenterium, Aſplenium trichom.,* et *Meloë proſcarab.* Appoſuerunt Cl. viri cuilibet medicamento ſuum de eiusdem viribus iudicium, quod in genere acutum et maturum nobis videtur; nec minus indicarunt, quae ex eodem conficiantur pharmaca.

Praecipua huius libri pars de *medicamentis praeparatis et compoſitis* agit, et multis modis veterem editionem vincit: vires enim eorundem medicae curatius enumerantur, novis obſeruationibus roborantur, aut quae olim minus recte erant dicta, corriguntur: in compoſitione autem pharmaceutica ipſa rarius lima opus eſſe viſum eſt. Interim hic etiam quaedam medicamina ciuitate orbata et donata ſunt; ad priora pertinent *acetum hyſter,* et *roſar., antimonium diaphor.* et *martial., aqua bened. Rul., epidemia, li-* p. 46.

 kor,

lior. convall., *balſamus Locatell. et Brandan. cinnabaris*, *elixir propriet.*, *Empl. Noric.*, *extr. tanaceti*, *oleum Lauri*, *regulus antimon. ſimpl.*; quibus utique ſubſcribimus; ſed contraria ratione ſentimus de quibusdam aliis. Sic, v. c. *nitri naphtha* efficaciſſima a nobis habetur in ſpaſmis ſopiendis, (ſi ab opiatis diſceſſeris) neruorumque tonum reſtituit: paribus fere viribus eisque analepticis *aceti naphtha* praedita eſt. *Phosphoro* virtutes eximias ineſſe ſuadent partes conſtituentes ipſae; confirmant obſervata MORGENSTERNI, VATERI, I. P. HARTMANNI, CRANZII, ISENFLAMMII, et Cl. LE ROI. *Tincturae antimonii*, inprimis methodo Cl. DEHNII paratae, praeſtantioribus reſoluentibus adſcribendae ſunt, quamvis de metallica natura nihil plane participent. Locus inter compoſita conceſſus eſt *aceto Weſtendorf.*, *aquae griſeae*, *chocolatae medicae*, *electuar. mundif. Werlh.*, *extr. papav. errat.* *pulv. anodyn.*, *ſyr. fl. caſſiae*, *tincturae guaiaci volatil.* quem pari, quin maiori forſan iure poſcere adhuc poſſent. *Extracta belladonnae*, *betulae*, *chelidonii maj.*, *graminis*, *hippocaſtani*, *ſalicis cortic.*, *infuſum Ipecacuanh. et Malti*, *vinum ſcillit.*, *eſſentiae. Dictamni*, *Valerian volatil. Euphorbii*: *cet. acetum camphorat*, *ſuccus citri concentratus*, *ſal eſſentiale tartari*, *cuprum ammoniacale*, *magneſia calcinata*, *pulvis Doveri*, *tartar. mart. Suec.*, *ſpiritus ſalis dulcis martial.*, *potio Brunner*, *gutt. nervin. Beſtuchef.* rel.

p. 78. Correcta quaedam in ipſis compoſitis invenies: ſic e. gr. *aqua phagadenica* nil eſt niſi mercurius corroſivus (gr. LXXXIV) in aqua fontana deſtillata (libra
p. 172. una) diſſolutus. *Opium* plenius ſoluitur vino quam aqua; mediante itaque illo opii ſic dictum extractum, vel rectius denominanda, a partibus heterogeneis de-
p. 193 puratio, optime conficitur. *Liquor anodynus* Hofm. bona et proficua ſatis ratione hic quidem elaboratur; quod ſi vero quem vocant aetherem vitriolicum, ad

men-

mentem Cl. MORRIS, vel Cel. SCHEELE praeparamus, hanc ea, qua placet ſpiritus vini portione diluere vel ſoluere poſſumus. *Mercurius dulcis* binis modo, cum nouo mercurio adiecto ſublimationibus parari iubetur; ſed breuior, nec minus tuta methodus ea eſt, qua mercurio praecipitatus albus per ſe modo ſublimetur. Spiritus ſalis dulcis deſtillandi ratio minime reprehendenda eſt, ſi eam, quae olim ſueta erat, deſideres; ſed ſi intimiorem acidi cum vini ſpiritu combinationem, maioremque inde oriendam ſuavitatem poſcas, tunc absque omni deliberatione in uſum vocabis Cl. WESTRUMBI methodum. Parem quoque ſententiam ferimus de ſulphure antimonii aurato, cui praeferremus modum a dexterr. GÖTTLINGIO propoſitum. Tincturam cantharidum ingreditur acidum nitroſum, ea forſan ex cauſſa adiectum, ut vim quandam cantharidum nociuam cicuret: quo vero an omni efficacia non priuetur, dubium eſt; ſaltem minori tincturarum Cl. LETTSOMI et ALEXANDRI doſi idem praeſtari poterit, quod multo huius maiori. Remediorum hucusque non bene ſatis cognitorum numerum auget adhuc praefatio, in qua quidem celebrata Cl. CLOSSII methodus ad taenias expellendas, cum appoſitis formulis dilucide exponitur. Quod ſupereſt, hanc pharmaciam ad optimas, quae inter nos hac in arte prodierunt, iure ſuo referre nulli dubitamus.

p.208. p.312. p.320. p.337.

XII.

Eſſai ſur les alimens, pour ſeruir de commentaire aux livres diététiques d'Hippocrate. Nouvelle édition, corrigée et augmentée. tome I. à Paris 1781. in 8vo min. 458 pag. *tom.* II. 429 pag.

i. e.

i. e.

De alimentis tentamen, commentarii loco in libros diaeteticos Hippocratis. —

Omnes libri medici, in quibus alimenta pertractantur, quum aut empyriſmum penitus redoleant, aut chemicam tantum alimentorum analyſin contineant, ex eaque eorum virtutes deriuatas, hoc libro jam anno 1754. edito, nunc vero recognito, Illuſtris Auctor, pluribus operibus doctiſſimis a ſe editis celeberrimus, C. A. LORRY, verioribus principiis innixus, Hippocraticam theoriam doctrinae de alimentis applicuit, hocque modo non ſolum nutritionis theoriae, ſed et ipſi de alimentis doctrinae plurimum lucis adfudit.

Prima parte totius operis de materia nutritiua generatim, de eſſentialibus illius proprietatibus, differentiis, mutationibus in ea aut naturali modo, aut arte productis, et de peregrinis corporibus, qui materiam iſtam ingredi poſſunt, agitur.

Alimentum Illuſtri Auctori eſt omne id, quod corpus noſtrum aut ſuſtentat, aut ſubſtantiam eius auget, ea, quae de ſolidis fluidisque partibus deceſſerunt, reſtituit, corporique in ſumma ſanitate conſtituto firmitatem et robur dat. Nutritio mutatio eſt materiae nutrientis ex forma ſua primitiua in propriam noſtram ſubſtantiam. Ratio, quare animalia corpora deſtruantur, in principio eorum nutriente iam mutato ponitur, unde praeternaturalem in modum mutentur, et a ſe inuicem diſcedant partes neceſſe eſt. Nutriens principium omnibus vegetabilibus et animalibus partibus, quibus corpora aluntur, idem eſt, omnes hae partes in vnam eandemque ſubſtantiam, chyloſam et lymphaticam, ex quibus omnes corporis noſtri humores formantur, transeunt. Eſſentiales materiae nutritiuae proprietates ſunt illius in aqua facilis

ſolutio

ſolutio et ab aqua mutatio quaedam, corpori nutriendo accommodata. Haec materies mucilago eſt, aut animalis, aut vegetabilis, (quarum nullas differentias eſſentiales Ill. Auctor ſtatuit). Proxime ad naturam noſtram accedunt vegetabilium mucilagines ab animalibus jam digeſtae et aſſimilatae, in iisque lac animali hominis naturae proxime accedit, lacti autem ſuccus plantarum ſaponaceus.

Perfectae mucilaginis princeps nota eſt, vt ex partibus, quae illam conſtituant, nulla praedominetur, quumque aqua et terra baſin illius conſtituat, ſaliaque et olea non ſtatim in ſenſus cadant, facile patet, in fiente mucilagine harum partium copiam valde magnam haud eſſe. Mutationum autem mucilaginis nutritiuae cauſſae plurimae ſunt, aut naturales, in ſolo, regione, ſolis aeſtu, caet. ſitae, aut arte quadam productae. In his fermentatio principem locum tenet. Mutantur autem et mucilagines interpoſitis aliis corporibus, aut aquoſis, aut oleoſis, ſalinis, ſaponaceis, caet. maxime autem igne. Poſſunt et peregrina corpora materiae nutritiuae admixta eſſe; in hisque ſpiritus volatilis quidam, rectorem vocant, in omnibus animalibus et vegetabilibus, et in quolibet ſubiecto differens, eminet. Reſinae etiam ex tali mucilaginis cum materie peregrina coniugio oriuntur. In omnibus ſolidis partibus, quae ſolui non poſſunt, vis nutriens nulla eſt, nec partes, quae mucilaginem conſtituunt, per ſe nutrientem vim habent. p. 50 p. 80.

Altera parte *alimenta in corpore animali* conſiderantur, in eaque de nutritione, aſſimilatione effectibusque aut nimiae aut nimis parcae nutritionis agitur. p. 137.

Nutritionis duo Noſtro genera ſunt, alterum ſolidarum partium, alterum fluidarum, quae magis neceſſaria et generalis magis eſt, ita, ut etiam ſolida his tantum nutriantur, quae a fluidis iis allata ſunt. Omnis itaque nutritionis ſolidarum partium theoria eo redit, ut in formationem lymphae nutritiuae inqui-

quiratur, eaque lympha humorum, qui in ſanguine continentur, partem efficit.

Chylus mucilaginoſarum partium alimentorum emulſio eſt, omnesque liquorum emulſione ex vegetabilibus paratorum proprietates habet, humor tantum, in quo partes emulſae diluuntur, animalem naturam habet. De chyli in ſanguinem mutatione, de materiae nutritiuae generatione in ſanguine et de aſſimilatione pauca proferuntur, copioſus autem Ill. Auctor eſt in enarrandis boni ſtomachi bonorumque excrementorum notis.

p.186. In regulis generalioribus ad naturalem bonamque ciborum aſſimilationem conſeruandam, adeoque ad digeſtioni perpetuum robur conciliandum copioſus pariter valde eſt, laudabilique opera effectus ſomni et exercitationis corporis in vim digeſtiuam exponit, et iuſtum tandem alimentorum copiae, ſomni et exercitationis moderamen tradit.

Sunt autem et alimenta, quae praeter vim ſuam nutrientem, nouas in corpore animali mutationes producere valent, eaeque mutationes aut in aluo cienda, aut in mutatione quadam ſanguinis, aut tandem in actione quadam in neruos conſiſtunt.

p.267. De his ad notionem medicamenti et alimenti medicantis tranſitus eſt, quibus fuſe docteque pertractatis de cognoſcendis alimentorum proprietatibus, et de legibus in alimentorum vſu obſeruandis agitur. Quod proprietates alimentorum concernit, eae ſola experientia duce cognoſcendae ſunt, ratione in hac re nullo modo ſufficiente. Regulae autem in alimentis exhibendis obſeruandae eaedem ſunt, ac eae, quas in medicamentis exhibendis obſeruare expedit.

p.274. Tertia parte de materia alimentorum in diuerſis naturalibus corporibus agitur. In plantis materia nutriens quoad plantarum aetatem, aërem plantas circumdantem, locum natalem humidum, ſiccum, caet.

calo-

calorem aëris cum ſiccitate aut humiditate conjunctum differt. Diſtinguendae etiam ſunt in omnibus vegetabilibus duae mucilagines, altera, quae viribus humanis extrahi poteſt, altera vero, quae in partibus vegetabilium magis compactis reſidet, vinculumque conſtituit, quo partes junguntur. Ea extrema tantum ignis violentia extrahi poteſt.

Radices plantarum primam mucilaginem continent, omnium minime elaboratam, quam ob cauſſam et bulboſae radices, in quibus tamen mucilago magis elaborata eſt, digeſtu ſemper difficiles ſunt. Caulem plantarum craſſiores et ſolidiores partes conſtituunt, caulesque omnes, quibus pro alimentis vtimur, multum aquae continent. Et foliorum mucilago parum perfecta et parum nutriens eſt. In floribus nimis parca mucilaginis copia continetur, quam ut pro alimentis haberi poſſint, in fructibus vero generatim maxima principii nutrientis pars continetur, in aeſtiuis quidem fructibus, horaeis aqua magis diluta, in autumnalibus minus. Omnes paene vim medicatam quandam habent.

Maxima nutrientis principii copia in ſeminibus p.321.
ſita eſt, iis, quae aqua emulgeri poſſunt, leguminibus, et fructibus cerealibus.

Modus materiam nutrientem vegetabilium prae- p.339.
parandi duplex eſt, mucilago nempe aut, quantum poſſibile eſt, in ſtatu ſuo naturali conſeruatur, aut mutatur, in nouamque formam redigitur. Omnium vegetabilium conſeruatio eo redit, ut aqua ſuperflua priuentur. Aliae praeparationes, infuſiones, expreſſiones ſuccorum et mutationes ſunt, quae fermentationis ope producuntur, ubi ſimul de vini natura uberius diſſeritur.

Nunc ad materiam nutrientem ex animalibus, et p.366.
ad illius differentias generales tranſitus eſt. A vegetabili animalis materia nutriens in eo maxime differt, quod in hac partes materiae nutrientis extremos ſuarum

rummutationum gradus jam ſubierint; maxime autem et per ſe variat quoad genus, aetatem, ſexum, alimenta, exercitia, vitae genus, locúmque animalium, a quibus deſumta eſt. Domeſtica animalia generatim plus nutrimenti praebent, quam ea, quae libertate ſua fruuntur, eaque partes nullo modo digerendas plurimas continent. Animalia, quae ad auium genus referuntur, omnia ſicca ſunt parciusque nutrimentum praebent, iis exceptis, quibus humana quadam arte omnis motus denegatur. Piſces ſaxatiles et errones optime nutriunt, carnes tamen eorum celeriter putreſcunt. Tandem de lacte, ovis, butyro, caſeo, ſanguine, et principio nutriente in his ſubſtantiis contento agitur.

Quum autem animalia ad putredinem, vegetabilia vero ad fermentationem prona ſint, ſatis apto conjugio vegetabilia alimenta animalibus miſcentur. Sales etiam ad putredinem carnium arcendam adhiberi ſolent, nec non aromatica, adſtringentia, adeoque putredini aduerſa vegetabilia.

Altero libri volumine de uſu alimentorum agitur, et quidem primum de hominum differentiis, eorum fontibus originibusque, differentiisque generalioribus hominum quoad ſolida fluidaque. Differentiam hominum maxime eſſentialem aetas et ſexus efficit, in aliis parum differunt, quum adeo probabile ſit, naturam omnes homines uno eodemque fibrarum muſcularium numero praedidiſſe. His praemiſſis de fibra nimis adſtricta, nimis laxa, neruis nimis delicate ſentientibus variisque ex hoc ſtatu productis aegritudinibus, deque corpore vſu conſuetudineque lente durando agitur. Humores poſtea, et quatenus morborum origines in iis ſitae ſint, pertractantur, ſimulque de vario eorum ſtatu praeternaturali, denſitate, raritate, acrimonia, caet. tractatur, doctrinaque de atra bile veterum proponitur.

His

His omnibus praemiſſis de regiminis differentia ſecundum temperamentorum diverſitatem Noſter diſſerit. Temperamentum veteribus elementorum mixtio fuit tali modo combinata, ut inde ens propriae ſpeciei reſultaret, nobis vero temperamentum ex mutua ſolidarum et fluidarum partium inter ſe ratione oritur, p. 83. indeque vires digeſtiuae, chyli mutationes, quae in ſanguine exoriuntur et ipſa adeo ea, quae tanquam ſuperflua ejiciuntur, multum ad id determinandum conferunt. Hinc temperamentum recentioribus non ab eo efficitur, quod in humoribus praedominatur, ſed a ſingulari partium ſolidarum in fluidas actione.

Perfecto omni modo temperamento ſanguineum proprie accedit, iis inprimis commune, qui virili aetati proximi ſunt. De alimentis huic temperamento maxime conuenientibus prolixe agitur. Conueniunt illi alimenta maxime mediae naturae, quae vi- p. 85. res digeſtiuas non quidem nimias, tamen ſatis fortes requirunt, fruges recentes, olera, caet.

Calida et ſicca conſtitutio, quam bilioſam vocant, organa digeſtiua fortia, digeſtionem celerem viuumque appetitum ſupponit. Tali conſtitutioni inflammationes et putredo inprimis infeſtae ſunt. Hinc et bilioſi magis attenuandi ſunt, acredo, ſiccitas et ſolidorum tenſio in iis corrigenda, hinc a carnibus, inprimis aeſtiuo tempore, et piſcibus abſtinere debent. Saponacea vegetabilia omnia iis maxime conueniunt. Pituitoſum temperamentum a viribus ventriculi et digeſtiuorum viſcerum debilibus efficitur. Princeps illius nota fibrarum relaxatio eſt, hinc et feminis frequentius, quam viris, eſt, nec non iis, qui otioſam vitam gerunt. In his alimentorum ope viſceribus robur et fibris tenſio danda. His panis bene coctus, carnes, cereuiſia vinaque ſalutaria ſunt.

Temperamentum frigidum et ſiccum ſeu melancholicum diligenter a diſpoſitione melancholica diſtinguendum eſt; haec enim verum ab omni tempore

morbum effecit, illud vero naturalis, aut ſaltim ad ſanitatem accedens ſtatus eſt. Supponit hoc temperamentum fibras rigidas, parum flexiles, parum agentes, fluidasque partes abundantes mole et parum elaboratas. Hoc temperamentum ſenibus paene naturale eſt. Diaeta illius in eo conſiſtit, vt ſanguis diluatur, ſolidaeque partes relaxentur. Interdum autem et partes certae corporis humani alio, quam reliquae, temperamento praeditae ſunt, idque inprimis de pectore, prae caeteris vero de ſtomacho valet.

In regulis regiminis in diuerſis vitae humanae periodis conditionibusqus obſeruandis feminis primum vitae ratio praeſcribitur, corpori earum delicatulo mollique accommodata. De his ad infantes transitus eſt, vbi mos grauidarum, quae, dum foetum alant, cibis copioſiſſimis ſe ingurgitant, valde taxatur. In omnibus infantum recens editorum alimentis, quae ſat copioſe recenſentur, lac maternum, ceu organis infantum maxime accommodatum, omnibus praeferendum eſt.

p. 167. Lac animalium humani lactis vices perfecte nunquam explet, quum emulctum bibatur, et jam hoc modo virium ſuarum partem quandam amiſerit, illique non raro peregrinae partes admodum nociuae admixtae ſint. Faſciae paene omnes noxiae ſunt, aequalem nutritiui ſucci circuitum impedientes, nec cunae omnibus noxis racent.

De ordine in infantum nutritione ſeruando, de cibis eorum maſticatione non corrumpendis, et de victus ratione iis poſt ablactationem maxime accommodata plura lectuque digniſſima proponuntur, deinde de victus ratione adultioribus, in aetatis flore conſtitutis et ſenibus praeſcribenda agitur. Qui ſenectutis primos limites tantum attigerunt, omnia vitare debent, quae ſolidas partes rigidas durasque reddunt, ſenibus autem decrepitis omnia modica eſſe debent, ita vt parco victu,

ctu, ſed ſaepius et paululum copioſiore potu diluente et confortante vtantur.

In his, quae ad vitam vltra ſuetos terminos producendam valere dicuntur, medicinae ab auri confectoribus iam iactatae diſcutiuntur, earumque vanitas oſtenditur. Omnia, ſi vitam diutiſſime producere velis, eo redeunt, vt fibrarum flexilem mollitiem quam diutiſſime conſeruare ſtudeas. Senium Anachoretis mirandum et noſtri temporis monachis frequens ex vita eorum omnis paene animi adfectus experte, ex corporis nutritione regulis certis adſtricta et ex potu ſimplici explicandum eſt.

Caeteri omnes homines aut vitam gerunt perpetuo occupatam, ceu milites, agrorum cultores, alii, quibus omnibus ſua viuendi ratio praeſcribitur, aut otioſam, ſedentariam. His inprimis ſobria vita neceſſaria eſt, omniaque alimenta digeſtu difficilia noxia ſunt. Eadem et de feminis otioſam penitus vitam gerentibus valent, quae et, ne veſtitu ſuo valedutinem magis laedant, diligenter cauere debent. Qui ſtudiis occupantur, omnes meditationes, digeſtione durante, diligenter cauere debent, corpus ſeptima poſt prandium hora exercere, alimentaque leuiſſima eligere, inprimis olera. Coffea, quae corpus exagitat, medicamentorum claſſi magis, quam alimentorum, adſcribenda eſt.

Qui ex regione quadam in aliam transeunt, in victus ratione maxime cauti eſſe debent. Qui terras mutant, facile in febrem incidunt, paribus licet aëris temperie, moribus et vitae genere, longe vero magis corpus afficiatur neceſſe eſt, ſi regio aëre perflatur, cui corpus non adſuetum eſt. p.249.

De calore eiusque effectibus in corpus humanum primum agitur. Frigore praegreſſo calor totum corpus noua et inſolita quadam vi animat, adeo vt nouo vere nouum vigorem in corpore noſtro ſentiamus, vtque ipſum corporis incrementum verno tempore longe fortius, quam aliis anni temporibus, ſit. Proſternit au-

tem aeſtiuus calor vires noſtras ob neruos ab eo vaſaque debilitata et relaxata, et ob parcum effectum, quem aër rarefactus in ſanguinem in pectore contentum exſerere poteſt. Hinc copia morborum in calidis regionibus, eorumque periculum, hinc inprimis morbi copioſiſſimi explicandi ſunt, eos corripientes, qui ex frigidiori coelo in valde calidum transeunt. His copioſus potus diluens, acidus, ſaponaceus, victus generatim mollior, parca caro conuenit, ſtomachumque non nimium replere, ſed potius parcis reſciſſisque prandiis ſaturare. Choccoladae potus in calidis regionibus ob rancidum oleum in ea contentum non conuenit. Nec vinum meracum aeſtate bibere expedit; quum autem aqua ventriculum debilitet, optimum eſt illam vino remixtam bibere. Potus arte refrigeratos aeſtiuo tempore, corpore cibis ſtatim repleto, bibere noxium eſt, vtilius vero aliquoties per diem, ventriculo á cibis vacuo.

p. 300. Modica durantibus caloribus exercitia, ſomnusque paululum longior eſſe debet. Calor cum humore coniunctus corpori omnium maxime infeſtus eſt, morbosque diriſſimos, putridos, peſtilentes creat.

Frigus, quum adſtringat, modicum, adiuncto ſicco aëre, corpori maxime amicum eſt, maxime autem infeſtum acre illud terrarum ſeptentrionalium, cum humore coniunctum.

Quum omnia venena morbifera, quae in aëre continentur, morbos creent aut putridos, aut cum magna humorum acrimonia coniunctos, conuenit inprimis, talibus epidemiis graſſantibus, alimenta eligere putredini aduerſa carnibusque olera adiicere putredinem cohibentia. Ieiunia in hoc ſtatu noxia ſunt. Mens hilaris eſſe debet.

Sanorum regimine pertractato, de aegrorum diaeta agitur, primumque acutis morbis laborantium. Vera et Hippocratea doctrina de victu febricitantium expoſita, qua ſimul veteres Methodici ob abſti-

nen-

nentiae rigorem, quem praeceperunt, valde taxantur, tres ex Hippocrate diaetae febricitantium gradus conſtituuntur, *tenuis*, *exquiſite tenuis et ſumme tenuis*.

Longe autem difficilius eſt diuturno morbo affectis diaetam tali modo praeſcribere, quali Hippocrates acute decumbentibus praecepit. Opus eſt, vt diuturni morbi in certas claſſes diuidantur, iisque certa victus ratio accommodetur. Hae claſſes ſequentes ſunt; 1) morbi chronici ex acutis nati, vlcera v. g. partium internarum aut externarum; 2) morbi chronici ex acutis criſi imperfecta terminatis nati; 3) morbi chronici a naturae conaminibus nati, quibus infeſta ſibi eiicere tentat; 4) morbi chronici, in quibus natura otioſa eſſe videtur; 5) morbi, qui a ſingulari partium corporis animalis organiſatione pendent, vt neruorum morbi. p. 387.

XIII.

Dr. PHIL. GABR. HENSLERS — *Geſchichte der Luſtſeuche, die zu Ende des XV. Iahrhunderts in Europa ausbrach. Erſter Band. Altona 1783. in 8v. 333 S. und 134 S. Beylagen.*

i. e.

Hiſtoria luis venereae, quae exeunte ſaeculo XV in Europa erupit, — auctore PHIL. GABR. HENSLER.

Vt multis, ita et Cl. Auctori non penitus probabile fuit, voluptatum venerearum immodicum vſum, vt omnium, in quorum exceſſu peccatur, nullas ſequelas habuiſſe, adque libidines puniendas Indiae occidentalis inſulas prius detegi debuiſſe. Tunc Cl. vir, quum opus Cli. SANCHEZ legiſſet, ex eoque multa didiciſſet, coniecturam ſuam aut confirmantia aut infirmantia, ſcriptores veteres de morbis venereis a LVISINO collectos et excerpta ASTRVCCII, omniaque

 an-

antiqua de lue venerea ſcripta, quae aut propriis ſumtibus, aut amicorum opera ex vniuerſa Germania, Batauorum terra, Italia, Anglia congeſſerat, diligenter legit, relegit, excerpſit, hisque antiquiores hos, inprimis quoad morborum nomina illuſtrantes, ita, vt ab hoc aeuo, in quod luis venereae origines cadunt, vſque ad veteres Graecos deſcenderit.

Talibus praeſidiis copioſe inſtructus primo libro ea, quae ſcriptores coaeui de lue venerea conſignauerunt, exhibet. Italos LVISINVS collegit, Germanorum partem, non omnes, ASTRVCCIVS excerpſit, non vero tali modo, ut excerpta ſua omnia ſcitu vtilia contineant. Tempore, quo lues venerea in Europa apparuit, et breui antea plures aſtrologi ex infelici quadam conſtellatione lues turpiſſimas foediſſimasque praeſagierunt, primus autem de ipſo morbo venereo, quem formicam vocat, loquutus eſt CONRADVS SCHELLIG, Profeſſor medicinae Heidelbergenſis, qui iam plures eosque ſubinde ſatis ſubtiles contagiorum modos enarrauit, in iisque balnea communia. In hoc Cl. Auctor rationem ſitam eſſe putat, quare balneorum vſus hoc tempore et poſtea tantum decreuerit. De concubitu morbo anſam dante hic antiquus auctor non loquitur, dicit tamen, concubitum multiplicantes foetidos et ſcabioſos fieri. Mercurium ceu remedium ad hunc morbum anceps magisque nociuum, quam vtile, caute adhibere iubet, idque probat, hanc medicinam iam hoc tempore (ann. 1494 aut 1495.) in vſum vocatum eſſe. Nec de morbo ceu nouo ſeu inſolito loquitur, ſed potius de tali, qui his temporibus magis inualuerit. Et iam ex eo, quod de mercurio et de ſudatione copioſa loquatur, intelligi poteſt, has medendi vias, prius quam de iis ſcripſerit, ſat frequenter in vſum vocatas eſſe debuiſſe.

p. 13. IOANNES SALICETVS (WIDMAN) morbum Gallicum (mal de Franzos) iam ab anno 1457. obſeruaſſe teſtatur. Et ex MARCELLI CVMANI obſeruationibus patet,

patet, luem iam anno 1494. graſſatam eſſe. Hic et primus gonorrhoeae mentionem fecit, quam alii recentioribus temporibus adſcribunt. Aeſtate anni 1496. SEBASTIANVS BRANT iam de hoc malo populariter in vniuerſa Germania, Bohemia et Hungaria graſſante loquitur, aſſeritque, morbum in Africae oris maritimis iam erupiſſe. Ex variis remediis, quae allegat, eorumque ſucceſſu, ex morbi, quam memorat, diuturnitate facile patet, hunc morbum hoc tempore iam valde cognitum eſſe debuiſſe. IOANNES SALICETVS primus medicorum eſt, qui mercurium (ſub vnguenti forma) contra hunc morbum commendauit. Nec NICOLAVS LEONICENVS morbum pro nouo habuit. Primas conſultationes de hoc morbo *Caſpar Torella* exhibuit. BARTHOL. MONTAGNANA TH. BACOCZY S. R. S. Cardinali de morbo hoc curando conſilium dedit, vbi ſimul a Cl. Auctore notatur, clerum ſupremi ordinis vbique infectorum agmini praeiiſſe.

Anno 1497. de luis huius epidemicae originibus graues lites motae ſunt, ita vt ſequioris aeui de hoc morbo ſcripta aut penitus, aut ex parte eriſtica ſint, et num AVICENNAE lues cognita fuerit, grauibus rixis contendant. Verendas partes tunc tantum affici, vbi contagium coitu ſuſceptum fuerit, NAT. MONTETESAVRO primum docuit. Morbum antea SEBAST. AQVILANVS, anni 1499 ſcriptor, magis et citius lethalem eſſe docuit. — Ex pluribus ſcriptoribus illius aeui, inprimis ex *Barthol. Steber*, clarum eſt, mercurium eo tempore ab agyrtis ſine vlla circumſpectione ad hunc morbum adhibitum, eosque ob hunc abuſum peculiari nomine Germano, hodie vulgariter recepto, *Quackſalber* denominatos eſſe. P. 40.

ANTONII BENIVENII liber de lue venerea caeteris omnibus ſcriptis bonitatis palmam eripit. — Romae, teſte *Petro Pinctore*, lues iam anno 1494. graſſata eſt, luesque iam anno 1493. apparuit. Hic *Pinctor* de *Alexandro* VI. Pontifice Rom. lue aliquoties correpto

 lo-

loquitur. — Praeſeruantia contra luem remedia archiepiſcopus Trevirenſis et CIRCELLVS Maximiliano I. Rom. Imperat. transmiſere, eodem modo, vt nos hodie praeſeruante medicina contra febrem vtimur.

p. 69. Primis ſaeculi XVI. annis lues iam mitior euaſit. Scriptores de contagio eius tantum mediato loquuntur, ſimulque exanthematum venereorum mutationem quandam in melius memorant. IOSEPH. GRÜNBECK in peculiari libro de mentulagra morbum, quem ipſe ſuſtinuit, variasque curandi methodos, in ipſo adhibitas ſincere deſcripſit. Haec hiſtoria inter primas morbi referenda eſt. Suffimigiorum ex cinnabari IAC. CATANEVS primum mentionem fecit, qui morbum eiusque curationem bene deſcripſit. Internum mercurii vſum contra hunc morbum IO. VOCHS ann. 1507. primum, ſed obſcure memorat. Primum in Germania guaiaci ad curandam luem veneream mentionem fecit NIC. POLL, ann. 1517.

In Hiſpania lues ſtatim inualuit. — Primus de morbo gallico liber in Gallia *Bethencourtii* 1527. in lucem editus eſt. Hic primus morbum *venereum* dixit. Mercurium interne THEOPHR. PARACELSVS venerea lue laborantibus copioſe dedit.

p. 141. Altero libro morbus deſcribitur. Morbus varias periodos habuit. Antiquiſſimi de illo ſcriptores tantum de foedis exanthematibus cutaneis, vlceribus et doloribus loquuntur. Periodos morbi ASTRUCCIVS perperam tradidit, idque doctiſſimum Auctorem mouit, ut difficili labore ex coaeuis omnibus ſcriptoribus nouam morbi, vti progreſſus eſt, hiſtoriam concinnaret.

p. 144. Primum *de ſymptomatibus localibus* agitur, in iisque primum de partium verendarum ſymptomatibus. Eas a morbo ſtatim affici antiquiſſimi ſcriptores non tradidere. MARCELLVS, GRÜNBECK, GILINVS, inprimis autem SALICETVS de earum primaria affectione

ctione quaedam proferunt. *Morbum inſtare* ex vlceribus partium verendarum cum articulorum dolore SALICETVS docet. Idem et docet, ex concubitu cum mulieribus infectis luem certe contrahi.

Quae coitum reſpiciunt, omnia *ad diaetam* ab his ſcriptoribus omnibus *relata ſunt*, talique modo pertractata, quali rerum non naturalium vſus ab iis pertractabatur. Cauſſam adeo morbi primariam SCHELLIG et SALICETVS in cibo potu aëreque ſitam eſſe putant. Quum primis temporibus lues venerea pro peſtilentiae ſpecie haberetur, (quod probe notandum; lucis enim quiddam et λοιμογράφοι huius temporis venereo morbo adfundunt) omnes ſcriptores illius aeui de concubitu venereo morbo fauente eodem modo loquuntur, ac ſi peſtilentiae faueret. Saeculo demum XVI. ineunte PINCTOR, TORELLA et ALMENAR morbum per verendas partes concubitumque propagari docuerunt. Verum et eorum doctrina tantum fuit, *morbum ex pudendis partibus incipere et ex iis propagari.* Ann. 1563. N. MASSA docuit, *morbum ex pudendis partibus non ſemper incipere, neque morbo has partes ſedem fomitemque praebere.* Ratio huius doctrinae in hoc inprimis ſita eſt, quod in monaſteriis hic morbus frequentiſſimus eſſet, *pieque crederetur*, monaſteriorum incolas a concubitu alieniſſimos morbum neceſſario alio modo contrahere debere.

Incendium, *ardorem* (vrinae videlicet) (brenning, p.132. Chaudepiſſe) antiquiſſimi ſcriptores, in hisque GVIDO CAVLIACVS, ſaepius memorant. In Anglia graui poena ſtatutum erat, vt foeminae hoc ardore laborantes e lupanariis exturbarentur. Hoc incendium, vt pluribus probatur, a leprae contagio alieniſſimum fuit; mirum autem omni modo eſt, quod ſcriptores de lue venerea antiquiſſimi illud vix memorent, vt localia luis venereae mala partium verendarum, a vera lue, quam nouam putabant, cuiusque eſſen-

 tiam

tiam in exanthematibus cutaneis ponebant, manifeſte diſtinxerint.

p.171. Gonorrhoeae iam antiquiſſimi horum temporum auctores mentionem faciunt. *Gonorrhiam* vocarunt, et ſub hoc nomine morbum phyſicum et moralem, turpiſſimum vitium, ſodomitico accedens, ſi vir viro miſcetur, intellexerunt. Quum ex ſeminis abundantia omnes *gonorrhiam phyſicam* veteres explicarent, *acutam* ſiue *calidam*, et *frigidam* ſtatuerunt. Antequam lues venerea inualeſceret, hisque ipſis temporibus frequens gonorrhoea morbus fuit, ſed durante prima luis diritie, ſcriptores, vix nomen, rem nunquam memorant. In ea vero periodo, ubi morbus jam mitior euaſit, copioſe memoratur, ita ut ineunte ſaec. XV. BENEDICTVS gonorrhoeam ſuis temporibus valde frequentem eſſe et peſtis inſtar plures corripuiſſe aſſerat. *Gonorrhoea*, quae *peſtis inſtar, plures corripuit,* ſine dubio venerea fuit, quod inprimis CATANEVS probat, qui gonorrhoeam *contagioſam eſſe et per coitum cum infecta vel infecto contrahi* aſſerit. Hoc de contagioſa gonorrhoea primum et uſque ad PARACELSI tempora vnicum teſtimonium eſt.

p.194. Specificum tamen virus horum antiquorum ſcriptorum nullus admiſit. Materiam contagii in ſpontanea ſeminis corruptione, in viroſa quadam qualitate, quam ſtagnando, caet. contrahit, omnes poſuerunt.

p.204. Muliebre genitale profluuium antiqui ſcriptores penitus a virili diſtinxerunt. Omnia, quae de vulua decedebant, fluxumque menſtruum, pro vere viroſis priſci et mediae aetatis medici habuerunt. Hinc et pro veneno luem veneream producente media aetas fluxum menſtruum habuit, et ex coitu cum menſtruata luem produci credidit.

Muliebri autem praeternaturali fluxui, vt virili, frigidam calidamque naturam tribuerunt, eumque ex decubitu partium impurarum totius corporis ad partes genitales deriuarunt. Vlcera ſanioſa partium verenda-

verendarum alia foediſſima ex eo dehoneſtamenta BENEDICTVS bene deſcribit. Hunc muliebrem fluxum, ut jam monuimus, ſtatim plurimi pro luis venereae cauſa habuerunt, quidam inter contagium ab hoc fluxu per ulcus, per ulceroſam diſpoſitionem, tandemque per ſemen muliebre diſtinxerunt.

Ad quaeſtionem, num eo tempore, quo lues p.219.
venerea epidemice ſaeuiit, impura mentulae vlcera pro primo morbi ſymptomate fonteque habita fuerint, hoc reſpondetur, quod antiqui ſcriptores plurimi certa morbi initia in partibus verendis poſuerint, et quod vlcera impura, ex impura cauſa nata, ante luem exſtitiſſe certiſſime affirment. Haec vlcera autem ex ſuperfluis humoribus mordacibus, bilioſis, et ex impuro coitu deriuarunt. Coitum cum *foeda*, *foetida*, *immunda muliere* dixerunt; num autem hic *foedarum* ſtatus in fluxu impuro, aut in vlcere impuro conſtiterit, dici haud facile poteſt; hoc tamen certum eſt, has foedas tales non eſſe vetulas, quae cancroſo vlcere uteri laborant, hocque modo cancri venenum immiſſae mentulae communicant, ut recentiorum quidam putarunt, huncque foedarum ſtatum pro valde periculoſo habitum eſſe.

Certiſſimos autem veteres de contagio per foedas propagato fuiſſe, ex variis ad praeſeruationem, quas tradiderunt, cautelis patet. Lotiones partium, quas ſtatim infectas metuebant, diligentiſſimas commendarunt, CAULIACUS ad praeſeruationem circumciſionem adeo commendauit. Vlcera in viris hoc contagio producta pro foediſſimis, diriſſimis, habuerunt, ad eaque remedia maxime corroſiua commendarunt, ut adeo FREINDIVS et ASTRVCCIVS, qui haec vlcera pro cutaneis tantum laeſionibus habuerunt, peſſime hallucinati ſint.— Ex his vlceribus luem ipſam naſci et antiquiſſimi de ea ſcriptores non negarunt, easdemque praeſeruationes contra luem commendarunt, quas contra haec vlcera. Stypticas medicinas

his

his vlceribus impoſitas bubones venenique in alia loca profuſionem excitare antiqui, in iisque inprimis ARGELATA, jam monuerunt.

Bubones venereos exulceratos, quos 1532 primum obſeruatos eſſe, ASTRVCCIVS notat, jam MARCELLVS CVMANVS anno 1495. *infinita copia ex puſtulis virgae et ex nimio coitu* obſeruauit. Eosdem bubones et SALICETVS 1497. et CLEMENTINVS 1507. memorant. ALEXANDER BENEDICTVS jam anno 1483. bubones ex vlceribus verendarum partium oriri dixit. Eadem et ARGELATA, BENEDICTO vetuſtior ſcriptor, dixit. Bubones jam antiquioribus longe temporibus frequentes a medicis memorati ſunt, quum autem ante ſaec. XIII. ſpecificae cuiusdam impuritatis vix ulla cognitio eſſet, hi bubones his temporibus aliis caſis adſcripti ſunt. Diſtinxere tamen et medii veterisque aeui ſcriptores bubones peſtilentiales diligenter a bubonibus ab aliis cauſis productis, peſtisque adeo inguinaria medii aeui impura certe non fuit. Hepati deinde hoc inprimis medium aeuum adſcripſit, quod noxia in ſe collecta maxime ad inguen deponeret, omniaque vlcera flauum aut profunde rubrum colorem habentia bili ab huius aeui medicis adſcripta ſunt. Veteres, quum virum fortem etiam pro tali haberent, qui in amorum deliciis multa praeſtare poſſet, morbos inde natos naturali modo non *ſingulari veneno*, ſed *exceſſui* adſcripſerunt. Tandem et antiquiſſimis temporibus, iis adeo, quibus HIPPOCRATES floruit, inguinum bubones pro ſequela *foeditatis muliebris* habiti ſunt. — Haec omnia effecerunt, ut, venereo morbo jam antiquiſſimis temporibus exiſtente, morbus quidem cognoſceretur, ſed cauſa eius tam diu delteſceret, donec copioſiores obſeruationes medii aeui et recentiorum temporum nouum lumen ei adfunderent.

p.265. Quum autem ſcriptores de morbo venereo antiqui principium affectionum localium partium veren-

darum

darum raro mentionem injiciant, ut adeo impurum profluuium impuraque vlcera cum ſequelis ſuis ceu cauſam quandam accedentem conſiderent, haecque ſymptomata pro lui non eſſentialibus, non neceſſariis habeant, facile patet, aliorum localium vitiorum ex impuro profluuio impuroque vlcere natorum mentionem iis admodum parcam etiam eſſe debere. In primis luis periodis ea vix memorantur a medicis, foedis cutaneis morbis, totam cutem occupantibus, ut ita dicam, excoecatis. Copioſior vero mentio talium ſymptomatum eſt, cum mitior verſus annum 1502. paululum lues euaſiſſet. Quidam tamen et durante diriſſima morbi forma metaſtaſin impuri profluuii ad teſticulos, teſticulorum apoſtemata, impuri fomitis ad vrethram decubitum, ardorem vrinae, iſchuriam, ſtranguriam inde natam, perinaei vlcera fiſtulasque, phimoſin, paraphimoſin, caet. et in muliebri corpore alia ſymptomata huius generis memorarunt.

Copioſior longe apud auctores variorum vitiorum p.276. cutaneorum non tantum verendarum partium, ſed et earum, quae circa anum ſitae ſunt, partiumque adeo cute tectarum omnium mentio injicitur. *Milium* ex MARCELLI CUMANI teſtimonio cryſtallina veſica eſt, ex qua formica exedens naſcitur. Majorem talem cryſtallinam *carbunculum* vocarunt. Tales veſicas circa anum naſci, BENEDICTVS notauit. *Vibices* poſt carbunculum, quem et *carolum* vocarunt, in glande penis, praeputio, frenuloque ſaepe occurrunt, et curvaturam penis, chordam, tubercula calloſa, caet. producunt. Vibices tamen a veteribus parce memorantur. Eas G. de CAULIACO veroſimiliter ſub groſſitiei nomine comprehendit.

Verrucoſas excreſcentias jam SALICETVS et GRÜNBECK memorant, quae et in locis cute tectis obſeruatae ſunt. Earum omnes paene veteres mentionem fecerunt. Frequentiſſime *fungi* memorantur, ma-

riſcae,

riſcae, uvae, mora, rubi, caet. nec non cutis ſciſſurae, vlcera anum depaſcentia, caet.

Finis huic egregio ex omni parte, doctiſſimo et ſagaciſſimo ingenio conſcripto libro articulo imponitur, quo *de impuritatis veſtigiis in ſcriptoribus priſcis non medicis agitur.* Immundorum, impurorum, a medicis et poëtis medii aeui copioſa mentio redditur. FRANCISCVS VILLON, celebris ille Gallus poëta, morbum, quem ipſe in lupanaribus a meretricibus contraxerat, *ardure* vocat, ſimulque de ani ſciſſuris loquitur. PACIFICVS MAXIMVS ann. 1489. de impuro penis vlcere et de penis lapſu ab eo metuendo cecinit. Quamuis autem et parca mentio horum morborum apud medii aeui poëtas ſatyricosque occurrat, inde tamen concludi haud poteſt, hos morbos his temporibus incognitos fuiſſe, quum et noſtris temporibus poëtae eum vix memorent, quamuis frequentiſſimus ſit. IO. DE GAUNT ann. 1399 ex genitalium partium putrefactione mortuus eſt, et THOMAS GASCOIGNE" diuerſos viros ſe noſſe dicit, qui mortui „ſunt ex putrefactione membrorum ſuorum genitali„um, quae corruptio cauſata fuit, ut ipſi dixerunt, „per exercitium copulae carnalis cum mulieribus."

p.318. Inſtitutis poſt CAROLI M. tempora in omnibus paene Europae vrbibus lupanaribus, variae regulae articulique conſtituti ſunt, circa meretrices in his lupanaribus degentes obſeruandi. In his regulis et ea in lupanari quodam Londinenſi fuit, *ne praeſul lupanaris puellam excipiat, periculoſo ardurae* (burning) *morbo correptam.* Aliis lupanarium inſtitutorum legibus cautum eſt, ut omni hebdomade in infectas puellas inquireretur, eaeque a ſanis, ne hi ab iis laedantur, ſepararentur. Plures morbos, certiſſime ab impuro luis veneno productos, FRANCISCVS VILLONIVS copioſe adducit.

p.325. Ex his omnibus haec ſequuntur: In Europa, Saec. XIII.

XIII. XIV. XV. cognita fuere *ardura*, *gonorrhia*, *foeditas*, *impuritas muliebris*, *profluuium ex vrethra impurum*, *vlcera in verendis membris foeda*, *bubones*, *excreſcentiae fungoſae*, caet. Hos morbos vere venereos fuiſſe doctiſſ. Auctor putat, attamen de lue, quae exeunte ſaec. XV. erupit, differentes.

Additamenta continent: CONR. SCHELLIG in puſtulas malas, ſ. malum de Francia conſilium. *Iac. Wimphelingii* praef. in libr. CONR. SCHELLIG. MARCELLI CUMANI obſeruationes de lue venerea. SEB. BRANT elogium de peſtilentiali ſcorra. IO. GRÜNBECK de peſtilentiali ſcorra ſ. mala de Franzos. IO. WIDMANN de puſtulis vel morbo, qui mal de Franzos appellatur. BARTH. STEBER a mala Franzos praeſeruatio et cura. PETR. PINCTOR de morbo foedo et occulto his temporibus affligente. IO. GRÜNBECK de mentulagra. ex ALEXANDRI BENEDICTI op. de lue venerea. Varia ex hiſtoricis Saec. XV. et ineuntis XVI. excerpta et notationes. *Miſſa* de B. Iob contra morbum Gallicum. CPH. COLVMBI epiſtola de inſulis nuper in mari Indico repertis.

Ignoſcent nobis lectores, quod tam multa ex hoc libro excerpſerimus: tam docte enim, cum tanto rerum omnium, quae adferuntur, ſelectu judicioque conſcriptus eſt, ut perpaucos, imo pauciſſimos noſtris temporibus libros habeamus, qui, ſiue doctrinae copiam, ſiue judicii firmitatem ſpectes, cum illo comparare poſſint. Nos ſcitu *maxime neceſſaria* tantum excerpſimus; ſi vere omnia ſcitu *digna jucundaque* excerpere libuiſſet, totum librum hic latine reddere opus fuiſſet.

XIV.

IOSEPHI DE PLENCIZ *M. D. Pathologiae et Praxeos medicae in alma uniuerſitate Carolo Ferdinandea Profeſſoris R. P. et O. Orphanotrophii ad S. Ioannem Baptiſtam et Domus laboratoriae Phyſici*, Acta et obſeruata medica. Pragae 1773. *in 8uo.* 187. *pagg.*

Noſocomium medico-practicum anno 1781. ea lege in Pragenſi vniuerſitate ſtatutum eſt, vt profeſſori praxeos apud fratres miſericordiae octo traderentur lecti, in quos ex aliis aegris ſibi eos eligat, qui et materiae pertractandae et demonſtrationibus neceſſariis eſſent quam aptiſſimi, ipſique ſimul jus datum fuit, quo ex morbis longis aegrotantes ex his octo lectis in alios magni noſocomii transferre poſſit, vbi tamen ipſius curae ſemper ſubjecti maneant. Hac lege factum eſt, vt in his octo lectis ſemper is ſufficiens numerus et varietas aegrorum haberi potuerit, quo intra decem menſes anni 1781. in octo his lectis 118 aegri ſtudioſis demonſtrati fuerint. — Quae biennii decurſu in hoc noſocomio obſeruata actaque ſunt, in hoc libro deſcribuntur, et aliis obſeruationibus a Cl. Auctore inſtitutis illuſtrantur.

Regulares autem epidemiarum decurſus tales, quales a SYDENHAMO, STOLLIO, GRANT, aliis, obſeruati ſunt, Noſter non obſeruauit, ejusque rei rationem in coeli Pragenſis conſtitutione ponit. Febres pituitoſas ſimulque bilioſas eam ob cauſam frequentiſſime obſeruauit, quod Pragenſe ſolum valde vdum ſit, vrbisque incolae alimentis pinguibus, farinaceis, digeſtu difficilibus, tenacique cereuiſia copioſe vtantur.

Primo capite aliqua *de epidemiis in genere* proferuntur. De HIPPOCRATE (Auctor HYPPOCRATES ſcribere ſolet) epidemicorum morborum obſeruatore ſummo

ſummo, exactiſſimo, cuius doctrina de epidemiis hoc capite commentariolo illuſtrata eſt, et de ANTONIO *de* HAEN praeſentiam ſaburrae impurae febrilis in primis viis negante. Hoc eam praeſertim ob cauſſam ab eo factum eſt, quod Vindobonenſes medici ſuo tempore in omnibus febribus, ſine ullo diſcrimine, euacuantia adhiberent.

Capite II. *conſtitutio anni 1780. bilioſo-pituitoſa fientis hyemis et vniuerſi veris exhibetur.* Expoſita tempeſtatis a Novembri 1779. vſque ad Aprilem 1780. hiſtoria, cauſſa, cur febres ex bilioſis pituitoſae tota hac hyeme tam frequentes fuerint, in eo ponitur, quod autumnalis et hyemalis tepor bilem aeſtate praeparatam corrigere non potuerit. p. 26.

Morbi ex pituita et bile complicati ſigna fuere horror diuturnus et frequens, calor et rubor vagus, inconſtans, ſymptomata noctu exacerbata, lingua flaua, praeglabra, morbique demum per diarrhoeam aut vomitum ſolutio.

Mirum autem ubique eſt, qua ratione gluten animale, mitiſſimus iſte humor, ſymptomata tanta, tantamque irritationem inducere poſſit, ſufficit vero ad ſtimulos acerrimos perducendos, vt humor blandiſſimus ad partem aliquam ſenſilem praeternaturali modo deponatur, quod et nervorum conuulſiuus morbus probat ex gummi arabico nimis diu et copioſe aſſumto ortus, cuius hiſtoria deſcribitur. (Miramur, quod acredinem huius pituitae febrilis, extra omne dubium poſitam, ſubputridam, neruos peculiarem in modum afficientem, et hac qualitate inprimis febrem ab omnibus aliis diuerſam producentem, a SARCONE et SELLIO noſtris temporibus eleganter deſcriptam, plane omiſerit.)

In orphanotropheo Pragenſi omnes paene pueri hac febre correpti, et vomitum cientibus copioſe datis medicinis, interpoſito decocto taraxaci cum ſale am-

moniaco ſanati ſunt. Ratio tantae morbi in hac domo frequentiae in ſpurcitie ſituque domus ſita fuit. Subinde et cum pectoris inflammatione morbus complicatus fuit, quae emeticis medicinis optime ſoluta eſt. Opium in morbo manifeſte nocuit, mortisque opio in hoc morbo inductae exemplum exhibetur.

p. 36. *Conſtitutio aeſtatis* 1780. cap. III. deſcribitur. Majo, Iunio et Iulio morbi inflammatorii frequentiſſimi fuerunt, quibus tamen ſemper aut biliosi aut pituitoſi quid mixtum fuit. Et meningum inflammatio in quibusdam obſeruata, emeticis tractata, in altero aegro fauſto, in altero vero infauſto cum ſucceſſu fuit. In cadauere cerebri et meningum ſuppuratio inuenta eſt. Malo certe conſilio huic aegro cataplaſma emolliens capiti impoſitum fuerat. Addita ſimul eſt aegrae hiſtoria expurgantis reſinoſae medicinae vſu cum peſſimis ſymptomatibus ictericae factae, et vomitu, ipecacuanhae radice concitato, ſanatae. Pectoris inflammationes, pleuritis, peripneumonia, ſanguinis ſputa frequentiora fuere. Poſt externam vim corpori illatam pectus inprimis facile inflammatum eſt. Impurae in primis viis colluuiei ſigna phlogoſi dominante nulla, aut exigua fuere, nec lingua impura fuit. Ex veſpertinis nocturnisque exacerbationibus tantum ſordium in infimo ventre ſuſpicio nata eſt. Haemoptyſis, quae nullo medicamento ſedari potuit, emetico demum exhibito perfecte ſanata eſt. Subinde et cruditates in primis viis phthiſin mentiuntur, euacuantibus emeticisque ſanandam, talesque phthiſes ſolae ſanari poſſunt; vera enim phthiſis vlceroſa inſanabilis magis eſt, quam cancer mammarum exulceratus.

Dolor lateris ſeſe ſemper ad regionem iliacam affecti lateris extendit, (certo ſordium in ventriculo indicio) indeque factum eſt, vt haec pleuritis pro abdominali morbo a quibusdam haberetur. Si ab emeticis datis

datis alui copioſa purgatio ſine vomitu ſuccederet, ſemper ingens morbi ex aegri debilitate periculum fuit.

Subinde et abdominis viſcera inflammatione affecta ſunt, ventriculus autem inprimis inflammatus eſt. Talis morbus deſcribitur, in quo autem venae ſectio certe nimis ſero adhibita eſt, aliaeque in hoc morbo efficaciſſimae medicinae neglectae penitus ſunt. Inciſo cadauere omentum colorem purpureum, coeruleum, virideſcentem habuit, peritonaeum inflammatione et gangraena affectum, in abdomine ſeri putridi librae quatuor, inteſtina cum ventriculo peſſime inflammata reperta ſunt. In hepate meſenteriique glandulis abſceſſus purulenti inuenti ſunt. In alio ex peripneumonia biliosa demumque putrida demortuo in pulmonibus diſciſſis vndique ſquamulae aphthoſae, punctaque purulenta inuenta ſunt. Compreſſi pulmones, nullo ulcere praeſente, ſaniem virideſcentem demiſerunt. Febris pituitoſo - putridae, maligniſſimae, aphthoſae et alia hiſtoria exhibetur. Aeger vulneribus, ex cantharidibus impoſitis iam ſphacelo affectis, conualuit (verum nec in hoc aegro conuenientia penitus medicamenta data, morboque idonea nimis parca doſi adminiſtrata ſunt. Tales morbi, BILGVERO nouis obſeruationibus docente, putredini aduerſarum rerum copiam maximam requirunt.)

Conſtitutionem autumnalem anni 1780. caput quartum exhibet. Tuſſis conuulſiua hoc tempore graſſata eſt. Eam minime eſſe contagioſam (?) nec morbum ſemper ſui generis, et plerumque ſaburra mucoſa, aut biliosa, aut verminoſa produci. Emeticae medicinae, easque excipientes ventriculum roborantes praeclare valuerunt. (Quod et nos, epidemiam tuſſis conuulſiuae vernam, atrociſſimam et hodie adhuc obſeruantes, vidimus; verum nos et aegris opem tulimus, in quibus morbus ab emeticis, tonicis, cortice Peruuiano, moſcho cum tonicis nupto, aromaticis p. 81.

 de-

debita cum circumſpectione datis, *manifeſte auctus eſt.* Nec cinae ſemen, quum vermes ſubinde vomitu a tuſſi concitato eiicerentur, multum valuit. Proprias ſuas periodos haec tuſſis habere videtur, quae et efficaciſſimis medicinis vix praecidi poſſunt.)

Intermittentes febres hoc autumno copioſe incidentes arnicae florum decocto cum ſale ammoniaco nupto belle ſanauit; mirati autem ſumus vehementer, quod potentiſſimis febrifugis *arſenicum* accenſeat. Eius verba haec ſunt:

p. 87. „Quadraginta anni ſunt, quibus — Pater meus „(libri de ſcarlatina febre Auctor celeberrimus!) „febrifugo heroico vtatur, *arſenico* nempe, non ſo„lum *certo*, ſed *tuto* etiam cum effectu. — Hoc „etiam remedio hanc febrem (quartanam, quae cor„tici non ceſſerat) tertia doſi ſanaui."

Exhibet autem ipſe arſenicum, cum myrrha, pipere longo, *terra ſigillata rubra* (ob alexipharmacam forte vim?) *floribus ſulphuris* et bezoardico minerali remixtum ad granum vnum aut duo, pro doſi ante paroxyſmum, floribusque ſulphuris vim veneni venenatam infringi aſſerit (qua ratione vis acidi maxime deleterii ab alio acido minerali infringatur nos non perſpicimus) Triſtes effectus poſt arſenici ad febres vſum obſeruatos omnes inde pendere, quod ſua miſcela arſenicum non datum fuerit.

Operari remedium mira dicit varietate, in aliisque vomitum, in aliis vero alui profluuium, ſudorem, diureſin producere. Malum ſymptoma ab eo productum vnicum in oedematoſo oris tumore conſiſtit, qui vero medicinis vrinam pellentibus facile ceſſit.

Frequenter etiam hoc anno declinante pectoris morbi ex hypochondriis oriundi aliique obſeruati ſunt. Anginam pectoralem etiam vidit Noſter, quam vero nouum morbum, quamuis nouo nomine donatus ſit, conſtituere non putat. Morbi hiſtoriam exhibet, antiſpaſmodicis medicinis, caſſis aliis omnibus, moſcho, zibe-

zibetho, ambra, aſa foetida, radice valerianae ſylueſtris, camphora, caet. ſanati.

Conſtitutionem hyemis anni 1781. cap. V. *veris*que 1781. cap. VI. exhibet. Vere febres inflammatoriae et pituitoſae bilioſae ſtatim graſſatae ſunt. Delirium phrenitico accedens ſaepius obſeruatum emeticisque ſanatum eſt. Amauroſis a materia in primis viis collecta, bilioſa orta emeticis ſanata eſt. p. 103.

Conſtitutio aeſtatis anni 1781. cap. VII. traditur. Febres hac aeſtate feruidiſſima et maxime ſicca bilioſae, cholerae bilioſae, morbilli et graues dyſenteriae graſſatae ſunt, hisque omnibus inflammatorii quid admiſtum fuit. p. 121.

Abſoluta de epidemicis conſtitutionibus tractatione, capite VIII. *obſeruationes miſtae* exhibentur. Iſchiatici paene omnes *Cotunniana* methodo ſanati ſunt. Ad albos articulorum tumores mezerei cortex valuit. Scrophulas, morbo iam confirmato exiſtente, ſanare nullo modo potuit, praeter arthriticas, exulceratas et mercurio ſanatas. Tale praeparatum mercuriale Noſter nondum inuenit, quod in aliquibus ſubiectis, exiliore etiam doſi datum, ſaliuationem non moviſſet. Subinde et, altera methodo irrita, altera bene ſucceſſit. In venerea arthritide mercurio dulci opium iungit. — Obſeruationes POTTII de paralyſi articulorum infernorum rachitica pulchre confirmatas vidit, certumque ad rachitidem remedium non dari aſſerit. — De morbis, in quibus podagra retrograda accuſatur, caute tractandis. p. 133.

Sectiones cadauerum varias nonum caput exhibet. Poſt morbum, qui pectoris inflammationem mentitus eſt, cadauere inciſo, pulmones ſero innatantes naturalem ſubſtantiam habuerunt. In hepatis lobo maiore ſuperiore abſceſſus ingens inuentus eſt. Phthiſin hepaticam fuiſſe noſter putat. p. 144.

In alio cadauere pars pyloro proxima ad quatuor digitorum longitudinem et infra pylorum ad trium digitorum ſpatium duriſſima, ligamenti inſtar rigida, ſimulque in ſua naturali craſſitie adeo aucta inuenta eſt, vt internam pylori cauitatem penitus fere praecluderet. Vomitus per trium annorum ſpatium ante mortem a quouis alimento ſumto aegrum excruciauerat, quem poſtea lenta tabes conſumſit.

In viro, qui lumborum dolore intenſiſſimo vrinaeque profuſione tam copioſa laborauerat, vt vrina excreta per anni ſpatium potum copioſiſſime ſumtum longe ſuperauerit, in renibus, naturali ſua figura gaudentibus, corpuſcula plura piſiformia reperta ſunt, in aqua inſtar gummi ſolubilia, glutinoſa. Mollior ſimul renum ſubſtantia fuit. — In alio viro ex phthiſico morbo iſchiade correpto pulmones ſuppurati quidem paululum, verum muſculi pſoas, quadratus et iliacus internus corrupti adeo inuenti ſunt, vt plumbei eſſent et facile in pultiformem materiam tritu conuerti poſſent.

p.161. De raro quodam pectoris morbo. Ex percuſſione cum obtuſo ferro violenta tumor intra coſtam veram tertiam et quartam natus eſt indolens, preſſioni cedens, nullo modo pulſans, cordis autem palpitationes ab eo tempore in dextro thorace perceptae ſunt, ſimulque aeger reſpirationis difficultate maxima, intolerabili paene laborauit, pulſibus maxime aequalibus in ambabus manibus exiſtentibus. Omnia remedia incaſſum adhibita ſunt, infauſtoque adeo cum ſucceſſu pectoris paracenteſis inſtituta eſt. Inciſo poſt mortem cadauere, ſaccus pleurae ſiniſter loco pulmonis ſanguinis grumoſi fibroſique libras VIII. continuit. Pulmo dexter longe minor naturali et pleurae accretus fuit. Coſtarum locus is, cui externa vis illata fuerat, carie exeſus repertus eſt.

Ex hernia incarcerata, quae aegro mortem attulerat, inciſa praeter inſignem ſanguinis quantitatem

aërem-

aëremque elaſticum nil profuſum eſt. Pars tantum inteſtini intra annulum reperta eſt.

Hiſtoria ſpaſmi maxillae inferioris lethalis poſt ſteatoma in inguine exciſum oborti. Operatio chirurgica optime ſucceſſerat, vulnusque per totum morbi decurſum pus maxime laudabile demiſerat. *Bilis inprimis viis collectae* ſymptomata, ſpaſmo hoc ingruente, ſimul adfuere, inciſoque cadauere *ventriculus ac inteſtina ſphacelata, plurimaque foeda bile offuſa, veſicula fellea bile copioſiſſima turgens* inuenta ſunt. (Morbus certe a bile ortus eſt, cujus profuſioni, epidemicae eo tempore, leuis illa operatio chirurgica anſam dederat. Opium malo conſilio huic aegro datum eſt, idque iam ex ſopore intelligi potuiſſet, qui opii uſum excepit. Acidis vegetabilibus, bilem infringentibus, tartari inprimis cremore, poſteaque emetica medicina forti data, hic aeger ſine dubio ſeruari potuiſſet. In eo enim in diro hoc ſpaſmo curando valde peccatur, quod opium pro *ſpecifica* paene ad eum *medicina* habeatur, quum hoc nomine tunc tandem inſigniri, adhiberique debeat, ſi a ſola neruorum irritatione a vulnere producta morbus ortus eſt, nulla alia ejus cauſa in corpore praeſente. Diuerſae hae plane ſpaſmi maxillae inferioris cauſae efficiunt, ut in alio caſu cortex Peruuianus, alio opium, alio argentum viuum, et alio forſan, ſi fides doctiſſime conſcriptae obſeruationi eſt, magnes morbum tollat.)

Hominis, qui ex melancholia ſe ipſum ſubmerſit, anatome. p. 178. Cerebri ſubſtantia vaſis rubris vndique diſtincta tamque tenax inuenta eſt, ut corii tenacis inſtar in longitudinem notabilem extendi poſſet, tenacitatemque medicamenti, quod ſub paſtae altheae nomine in officinis venum proſtat, haberet. Glandula pinealis dura fuit, cerebellum naturali ſtatui magis acceſſit. Hepar ſubliuidum ac praedurum fuit.

Effectus mortiferi aëris fixi, qui ſub vſtione calcis liberatur. Conjuges cum binis prolibus mortui in lecto inuenti ſunt. Cubiculi parietem alteram furnus effecit, in quo calx viva vſtione parabatur. (Sed num ex calore intenſo mors?)

Ex 118 aegris, quorum Noſter curam geſſit, ſanati ſunt 100, inſanati abierunt duo, cum tympanitide et crurum paralyſi alter, alter cum arthritide chronica.

Hic Noſtri liber non ſolum rerum amoena varietate, verum et dignitate vſuque, vt a medicis diligenter legatur, inprimis meretur. Hoc vero in eo deſiderari merito poteſt, quod epidemiarum hiſtoriae generatim non traditae, ſed tantum aegrorum quorundam hiſtoriis illuſtratae ſint, ex quibus vera indoles epidemiae non ſatis perſpici ſaepe poteſt, et quod hic liber, et externo nitore gaudens, tam parum latine ſcriptus ſit. Errores in ſcribendo plurimi commiſſi ſunt, vt *Hypocrates*, *chyrurgus*, *cryſis*, *phthyſis*, *medella*, *pillulae*, caet. multaque alia barbara verba adhibita dicendique modi, quorum ſenſus vix erui poteſt, in uſum vocati ſunt.

XV.

Afhandling om Ben-Sjukdomar. Efter erkände Auctorers Arbeten och Anmärkningar ſamlad af ROLAND MARTIN, M. D. aſſeſſori kongl. Collegio medico, Profeſſor Anatomiae et Chirurgiae, Ledamot af kongl. Svenſka Wetenſkaps Academien och Chirurgiſka Societeten i Stockholm, ſamt kongl. Götheborgſka Wetenſkaps och Witterhets Sällſkapet. Stockholm, tryckt hos Commiſſarien P. A. Brodin, 1782. alph. 1. cum plagg. 4. in 8.

h. e.

h. e.

Tractatus de morbis oſſium etc. auctore ROLANDO MARTIN.

Siſtit hic liber normam, qua uſus eſt Cl. vir in perſequendis oſſium morbis, quum in eosdem olim praelectionibus commentaretur. Penitiori anatomes, qua callet, cognitioni innixus exactius multa protulit, quam in aliis ſimilis argumenti libris ſolitum eſt. Nec ſuo vnico ingenio fiſus, lucem, quam ab aliis mutuatus eſt, aperte cum auctorum ſignificatione indicat. Ordinem vero et dictionem eam in hoc breuiario deprehendimus, quae rerum intelligentiae fauentiſſima eſt. In huius quoque gratiam ſeruauit plerumque terminos technicos, imo aliquando Gallicos, ſi hi rerum neruum melius, quam Latini, exprimere videantur. Pauca in praefatione praemiſit Cl. A. de oſſium natura ad eorum morbos tanto melius intelligendos.

Librum ipſum in 7 ſectiones diſpeſcuit, quarum 1. complectitur Fracturas; 2. Luxationes; 3. Anchyloſes; 4. Vitia oſſium rachitica; 5. Oſteoſteatomata; 6. Exoſtoſes; 7. Cariem.

Prioribus duabus ſectionibus maxima pars libri abſoluitur. In hiſce omnibus, in quibus ad ſeriem naturalem partium corporis humani reſpexit, praemiſſis generalioribus, definitionem, diſcrimen, cauſas, effectus, diagnoſin, prognoſin ſcrutatus ad ipſam curationis methodum tranſiit, in qua praeſidia tam medica, quam chirurgica et enchireſes dilucide traduntur. Nec hoc reticendum in commendationem libri eſt, quod hac data occaſione aliquando amplius in hanc vel illam enchireſin chirurgicam diiudicandam exſpatiatus fuerit, cuius pretium variis adhucdum controuerſiis ambiguum redditur, quorſum perterebratio cranii,amputatio membrorum, aliaeque pertinent.

XVI.

Nova phyſico - medica.

Academia ſcientiarum et humaniorum litterarum *Berolinenſis* in annum 1785 ſequentem quaeſtionem propoſuit: Declarare et ſtabilire experimentis certis et exacte inſtitutis, et diſtincte enarratis, theoriam fermentationis et decompoſitionis, quae in corporibus fermentantibus inde ſequitur, vti etiam nouae principiorum, quae in diverſis periodis naſcuntur, compoſitionis: (*établir par des experiences exactes, decrites à clarté et précision la theorie de la fermentation et de la compoſition quelle fait éprouver aux corps qui la ſubiſſent, et de la nouvelle compoſition des principes, qui en reſultent dans ſes differens periodes*).

Optat Academia, vt non ſolum cum corporibus inorganiſatis experimenta inſtituantur, verum etiam ad fermentationem eam attendatur, quae in vegetabilibus et animalibus fiat, vtpote qua ea, quibus plantae vegetant et animalia nutriuntur, idonea iis fiant alimenta, atque inde partes vel ſolidae, vel fluidae, formentur. Omnes omnium regionum eruditi ad hanc ſoluendam quaeſtionem inuitantur. Praemium eſt moneta aurea, 50 numorum aureorum pretio.

Alia *eiusdem* academiae quaeſtio *oeconomicam botanicam* concernit, eſtque ideo a nobis etiam commemoranda. Quamquam enim, ita ſcilicet ſcripſit academia, nullae plane inutiles plantae ſint; dantur tamen nonnullae, quae aliis cultis plantis obſint, et quarum exſtirpatio ideo exoptatur. Quaeritur igitur 1) quaenam plantae zizaniae nomine inſigniendae ſeu inutiles ſint dicendae, habito noxarum, quas in agris, hortis, pratis et ſyluis efficiunt, reſpectu; 2) quot ſint ſpecies harum plantarum, et quid faueat earum augmento, vel easdem diminuat; 3) quibus auxiliis earum multiplicatio impediri, vel ipſae diminui poſſint; 4) ſintne inter eas multae et communes, quae

vſui alii oeconomico impendi poſſint, et ſi ita, cui potiſſimum vſui inſeruiant?

Praemium optimo tractatui, ad academiam legibus ſatis cognitis transmiſſo, conſtitutum eſt 50 nummorum aureorum.

Commentarii ad vtramque quaeſtionem mittantur ante calendas Ianuarii 1785 ad Clum FORMEY, qui academiae eſt a litteris.

A Societate medica Edinenſi, comitiis ad id habitis, quaeſtionem ad rem medicam pertinentem, et experimentis diiudicandam, quotannis proponere ſolemni lege ſtatutum eſt, nec non auctorem diſſertationis praeſtantiſſimae, ut ſuis ſit meritis atque doctrinae honor, prima menſis Aprilis die comitiali duobus annis triousque menſibus, ex quo tempore quaeſtio evulgata fuiſſet, elapſis, aureo numismate 21 libris (anglicis) valente donare, modo eius tentamen dignum habeatur, quod tali honore condecoretur.

In annum iam vertentem, quaeſtionem ſequentem, quippe cuius accurata et exquiſita cognitio ſit cuiusque medici et philoſophi, veritatis atque novitatis avidi, proponendam exiſtimavit ſocietas, *quot ſint aëris ſpecies, quaenam ſingularum natura et in medicina vires.*

Diſſertationes latine ſcriptae die vel ante diem Ianuarii primam ad eos mittendae, qui a ſecretis ſint ad Acta edenda apud aedes ſocietatis Edinburgi. Praeter diſſertationes epiſtola eodem ſigillo, quo ipſa diſſertatio munita, etiam mittenda, quae nomen auctoris locique, quo degit, contineat, et parti epiſtolae exteriori ſymbolum ſuperaddendum, quod alteri reſpondeat diſſertationi intus ſuperaddito. Epiſtola intacto ſigillo, una cum diſſertatione, ad auctorem, ſi ſucceſſu caruerit, quocunque deſignauerit aut voluerit, remittenda, vel, ſi de hoc parum ſolicitus ſit, comburenda. Diſſertationem praemio donatam ſub quavis forma euul-

evulgandi ius penes ſocietatem eſſe ſemper intelligendum.

Curatores ad Acta ſocietatis imprimenda ſelecti: 1) Praeſides annui Cll[i] HARISON, KISSAM, KLEGHORN, et FERRIS, 2) e Collegio medicorum edinenſi Doct. GUL. CULLEN, Doct. I. GREGORY, Doct. A. MONRO, 3) Dom. BELL, Dom. RVSSEL, Dom. HAY, e collegio regio chirurgorum Edinb. 4) Doct. STUART, et Doct. WORDRAB, ab epiſtolis ad acta ſocietatis imprimenda.

Academia regia ſcientiarum Pariſina propoſuit in annum 1785 eam iterum quaeſtionem, cui in conventu Paſchali anni 1784 praemium decernendum fuiſſet, quum tractatus eam concernentes non omnino votis academiae reſpondiſſent: Eſt autem quaeſtio haec: Definiantur natura et cauſſae morborum, quibus pilearii, praeſertim ii, qui pilos macerant, obnoxii ſunt; indiceturque optima methodus his morbis praecavendi, ſiue remediis phyſicis aut mechanicis, ſiue commoda immutatione in ipſa hactenus adhibita operandi ratione (*de determiner la nature et les cauſes des maladies des ouvriers employes dans la fabrique des chapeaux, particulièrement de ceux, qui ſecrettent, et la meilleure manière de les préſerver de ces maladies, ſoit par des moyens phyſiques ou mécaniques, ſoit par des changemens avantageux dans les differentes operations de leur travail*).

Ex commentariis miſſis duo attentione digni viſi ſunt: alter cum ſymbolo: *aurum alios capiat, merces mihi gratia veſtra eſt*, in quo praeſertim de origine macerationis, et de remediis diminuendi morbos inde oriundos, bene diſſeritur; alter, cuius epigraphum eſt: *l' amour des hommes, dérivé de l' amour de ſoi même, eſt le principe de la juſtice humaine*, continet quidem experimenta plurima quaeſtionem illuſtrantia, non tamen ſatis ſunt probantia. Auctores horum tractatuum itaque hortatur academia, vt huic labori magis

gis perficiendo omnem operam dent. Nam etſi primarius finis quaeſtionis eſt, detegere remedia morbis pileariorum praecauendi: ſimul tamen definienda eſt qualitas pilorum ſeſe contexendi (*ſe feutrer*) atque indicanda cauſſa, cur quorundam animalium pili absque maceratione hac facultate praediti ſint, alii non item: et quomodo, macerationis ope, poſteriores hanc proprietatem adipiſcantur, priores melius celeriusque contexantur.

Igitur omnes viri docti et artifices, ipſi externi ſocii Academiae, invitantur ad tractandam hanc quaeſtionem. Ii, qui iam obſervationes cum Academia communicarunt, poterunt additamenta vel ſupplementa, adiuncto eodem ſymbolo, ad academiam mittere. Commentarii mittantur ante calendas Iulii, 1785, ad Clum CONDORÇET, qui Academiae eſt a ſecretis. Reliquas leges, ſat ſuperque cognitas, mittimus.

His propoſitis praemium quaeſtioni phyſicae, quae *differentiam Goſſypii Aſiatici, Africani et Americani, eiusque naturam, praeparationem et varios perfectionis gradus* concernebat, propoſitum, commentario cum ſymbolo: *Deus bone*, tribuit. Auctor eiusdem eſt Cl. QVATREMERE D' ISJONVAL, idem, qui de analyſi Indigo iam praemium anno 1777 retulit.

Academia regia chirurgorum Pariſina, in publica d. 22. April. anni 1784 habita congregatione praemium, quaeſtioni *de optima ſpecillorum conſtructione* *) propoſitum, decreuit commentario, cuius auctor deprehendebatur Cl. TESSIER, Med. Doctor facultatis Caënenſis. Praemium acceſſorium accepit Cl. ICART: et aemulatorium Cl. BONNET, chirurgus. Minores monetae datae ſunt Cllis THOMASSIN, RIGAL, MORTREUIL, EIOURBAUT, et COFFINIERES, chirurgis.

Eadem in annum 1786 quaeſtionem propoſuit hanc:

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 336.

hanc: definiantur differentes conſtructiones inciſoriorum, et cauſae, cur pro varia caſuum, vbi adhibenda ſunt, ratione, variare ſoleant; quomodo et quoad corrigi et perfici poſſint, et quanam methodo iis ſit vtendum? *(de determiner les differentes conſtructions des biſtouris; quelles ſont les raiſons de leur variété, ſuivant les cas particuliers où il convient d'en faire uſage; de quelles corrections ou perfections ils ſeroient ſuſceptibles; et quelle eſt la methode de ſ'en ſervir?)* Praemium eſt moneta aurea 500 librarum Gallicarum.

Commentarii latine aut Gallice conſcripti mittantur, legibus et regulis conſuetis, ante calendas Ianuarii anni 1785, ad Cl^{um} LOUIS, qui academiae eſt a ſecretis. Caeterum Academia repetit et quaſtionem, quae in annum 1785 propoſita eſt*), et praemia 200 librarum Gallicarum, quibus optimum quemcunque tractatum chirurgicum ornabit: atque ſimul declarauit, Ill. VERMONT, Conſiliarium ſtatus, et medicum reginae obſtetricium, tantam argenti ſummam deſtinaſſe, vt quotannis moneta aurea, 300 librarum Gallicarum valore, ei tribuatur, qui vtiliſſimas obſeruationes ad augmentum artis obſtetriciae cum Academia communicauerit.

Societas regia medica *Pariſina* conuentum publicum die 31. Auguſti habuit, vt praemia, quaeſtionibus d. 11. Mart. 1783 deſtinata**), diſtribueret, quo quidem haec retulit Cl. VICQ D' AZYR, qui ſocietati eſt a ſecretis. Ex Commentariis, qui ad quaeſtionem *de educatione infantum phyſica* ***) reſponderunt, tres delegit ſocietas, atque praemium inter Auctores partita eſt. Decrevit nimirum 1) monetam auream, 300 librarum Gallicarum valore, Cl^{o} MUNNIKS, Doctori Medicinae, Profeſſori anatomiae et obſtetriciae artis, Groningae in Hollandia, ſocietati litterarum commer-

cio

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 337. ſeq.
**) vid. ibid. p. 338. ſq.
***) vid. ib. p. 341.

cio iuncto. 2) monetam auream, 200 librarum valore, Celeberrimo BRET, Doctori Medic. Arleſiae. 3) et Cl° AMOREUX filio, Med. Doctori in univerſitate Monſpelienſi, monetam auream, 100 librarum Gallicarum pretio.

Quaeſtio, *de praeſentia anginae membranaceae in Gallia**) tribus tractatubus optime erat diſcuſſa: 1. Cl. VIEUSSEUX, Med. Doctor Genevenſis, viginti et vnam obſeruationes propoſuit, quas circa hunc morbum vel Genevae, vel in Galliae terris inſtituit, ideoque moneta aurea 100 librarum pretio remuneratus eſt. 2. Cl. DUREUIL, Chirurgus in Etampes, commentarium miſit, qui votis ſocietatis ſatisfecit, quae eidem monetam auream tribuit. 3. tractatus Cl[i] BERNARD M. D. Bezierii denique, quum de diagnoſi huius morbi bene agat, a ſocietate cum laude commemoratur.

Ad quaeſtionem, *num exiſtat ſcorbutus acutus?*, quam d. 26 Aug. 1783. propoſuit ſocietas, vti etiam ad eam, quae de nexu morborum hepatis cum cutaneis agit, quum nemo ex votis reſponderit, repetiit ſocietas has quaeſtiones ita quidem, vt de praemio poſterioris, quod eſt 600 librarum pretio, in conuentu publico, anno 1786 die Sancti Ludovici habendo, ſe decreturam, ad priorem autem quovis tempore reſolutiones accepturam eſſe promulgaret. Commentarii ad quaeſtionem de morbis hepatis mittantur ad ſocietatem ante calendas Maii, 1786.

Ex *topographiis medicis* cum ſocietate communicatis, tres praemio ornatae ſunt: et quidem 1) moneta aurea, 100 librarum valore, tractatus Cl[i] POMA, Med. Doct., quo topographia medica vrbis *S. Diez* in Lotharingia tradebatur. 2) moneta aurea Cl[i] DV BOUEIX, M. D. topographica vrbis *Cliſſon* in Bretania deſcriptio. 3) moneta eiusdem pretii aurea topographia vrbis *Meymac*, cuius auctor erat Cl. DESFARGES, Med. D. Simi-

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 341.

Similiter obſeruationes medicinam veterinariam concernentes ad ſe miſſas diiudicauit, atque ex illis tractatum Cl[i] SIMEON WORLOOK de morbo epizootico peſtifero, in inſula Sti Dominici ſaeviente, moneta aurea; obſeruationes Cl[i] HUSARD autem, circa morbos animalium ab anno 1775 vſque ad a. 1780 inſtitutas, et de uſu mercurii ſublimati corroſiui in curando farcimine equorum, vti quoque tractatum de abortu vaccarum Cl[i] BARRIER, monetis argenteis ornauit.

His abſolutis, ſequentes quaeſtiones propoſuit:

1) Definiantur ſigna et characteres morborum nervoſorum vere ſic dictorum, quales ſunt Hyſteria et Hypochondriaſis: quoad differant a morbis analogis, vti a melancholia? quaenam ſint cauſae principales et indicationes generales, quae attendi debeant in eorum curandorum ratione? (*Determiner quels ſont les caracteres des maladies nerveuſes, proprements dites; telles que l' hyſtéricîſme et l' hypocondriacîſme, etc., juſqu' à quel point elles different des maladies analogues, telles que la melancholie; quelles ſont leurs cauſes principales et les indications generales que l' on doit ſe propoſer dans leur traitement?*) Praemium eſt 600 librarum Gallicarum, quod in conuentu vernali 1786 diſtribuetur. Commentarii ad ſocietatem mittantur ante calendas Ianuarii.

2) Quaenam ſunt, habito quoad temperiem anni temporis et climatis naturam reſpectu, praecautiones adhibendae, vt ſanitas militum, qui poſt finitam aciem redeunt in habitacula, conſeruetur, et vt occurratur epidemiis, quibus communiter infeſtantur. (*Determiner quelles ſont, relativement à la temperature de la ſaiſon et à la nature du climat, les précautions à prendre pour conſerver après une campagne la ſanté des troupes, qui rentrent dans leurs quartiers, et pour prevenir les epidemies dont elles y ſont ordinairement attaquées?*) Exponantur principia,

iuxta

iuxta quae delectus habitaculorum exercitui militum quoad rerum diverſitatem, quam belli viciſſitudines offerunt, maxime adaptatorum inſtitui poſſit. Natura ſoli et anni tempeſtates ſuppeditabunt notabilia momenta, quae non negligenda ſunt. Ipſa autem praeſeruatiua methodus praecipuam diſquiſitionis partem efficiat. Praemium 400 librarum eodem in conuentu anni 1786 diſtribuetur, tractationes itidem ante Ianuarii calendas mittantur.

3) Determinetur obſeruationibus, quaenam ſit cauſa diſpoſitionis ad calculos et alios morbos, quibus infantes ſunt ſubiecti. Pendetne haec diſpoſitio a vitiis oſſificationis, et quibusnam remediis eidem praecaveri, eiusdemque vlterior progreſſus retineri poteſt? (*Determiner par l' obſeruation, quelle eſt la cauſe de la diſpoſition aux calculs, et autres affections analogües auxquels les enfans ſont ſujets; ſi cette diſpoſition dependent des vices de l' oſſification; et quels ſont les moyens de la prévenir, ou d' en arrêter les progrès?*) Etenim conſtat ex recentiorum inuentis, analogiam eſſe baſi oſſium cum ſubſtantia calculorum, atque inde ſequi videtur, vitia oſſificationis quadam ſaltim ex parte cauſam eſſe diuerſarum illarum laeſionum, praeſertim in infantia, in qua oſſa euoluuntur, creſcunt, et indurantur. Mutata hac naturali actione quacunque demum ratione, materia oſſea vel inaequaliter diſtribui, aut refluere poteſt ad varia excretoria organa, aut figi in variis corporis regionibus. Itaque inquiratur, quoad hae mutationes conferant ad calculorum aliorumque ſimilium morborum formationem. Praemium 600 librarum eodem in conuentu diſtribuetur, tractationesque eodem tempore mittantur.

4) Definiantur commoda, quae medicina ex inventis recentiorum in arte puritatem aëris cognoſcendi, ope differentium eudiometrorum, hauriri poſſit? (*Determiner quels avantages la Médecine peut retirer des decouvertes modernes ſur l'art de reconnoître la pu-*

reté de l'air, par les différens eudiomètres?) Quamquam enim commixtio aëris nitroſi cum aëre atmoſphaerico, propoſita a Cl^o^ PRIESTLEY, vel combuſtio aëris inflammabilis, a Cl^o^ VOLTA indicata, vel hepar ſulphuris aëri expoſitum, iuxta SCHEELII methodum, totidem ſint adminicula aëris dephlogiſtiſati quantitatem in data aëris atmoſphaerici portione, cognoſcendi; non tamen ſufficere videntur ad indicandam naturam aëris mutati effluuiis putredinoſis, neque inde modus, quo hoc fluidum animali naturae noceat, intelligitur. Quae quidem cum in arte medendi maximi ſint momenti, eorum declarationem ſocietas neceſſariam putauit, optatque, vt, qui huic quaeſtioni ſoluendae operam dabunt, ad ea potiſſimum attendant. — Praemium eſt 360 librarum Gallicarum, diſtribueturque in conventu die Sti Ludovici habendo. Commentarii ante calendas Iulii, anni 1785, mittantur.

Caeterum continuat ſocietas in inuitandis viris peritis, vt ad illam mittant obſeruationes ſuper epidemiis, morbis epizooticis, vel endemiis inſtitutas. Omnes tractatus ad annum 1786 reſeruabuntur, quo ſumma 4000 librarum, inter monetas varii valoris partita diſtribuetur. His propoſitis Cl. VICQ D'AZYR praelegit iudicium ſocietatis, quo aquarum, ope machinae igne agitatae a Cl^o^ PERRIER inuentae praeparatarum, naturam, ſanitati convenientem declarauit. Deinde elogia Cll. GIROD, et LORRY, recitauit. Cl. FOVRCROY tractatum de natura fibrae muſcularis, et ſede irritabilitatis legit, addiditque obſeruationes de morbis muſculorum. Cl. CHAMBON de vero charactere anginae membranaceae et de methodo eidem medendi egit. Cl. HALLÉ de effectis camphorae, magna in doſi datae, et de commodis, quae eadem, ſi vt corrigens opii exhibetur, praeſtat, obſeruata propoſuit.

Academia ſcientiarum, humaniorum litterarum et

et artium *Lyonenſis*, ex votis Celſiſſimi Ducis DE VILLEROY in annum 1785 hanc ad eam miſſam quaeſtionem propoſuit: Experimenta, quibus diverſam refractionem radiorum heterogeneorum Newtonus ſuperſtruxit, ſuntne probantia, nec ne? *(Les experiences ſur lesquelles* NEWTON *etablit la differente refrangibilité des rayons heterogenes ſont elles deciſives ou illuſoires?)*

Commentarii mittantur ad Cl^um^ DE LA TOVRETTE, aut ad Cl^um^ DE BORY, aut ad bibliopolam Aimé DE LA ROCHE, ſolutis vectigalibus; iidem vſque ad calendas Auguſti, 1785, adſumuntur. Praemium optimae diſſertationi conſtitutum eſt moneta aurea, 300 librarum Gallicarum pretio.

Ab academia ſcientiarum et humaniorum litterarum Montis albanenſi Cl. Abbas BERTHOLON praemium, quaeſtioni de opportuno vineas ſecandi tempore propoſitum accepit.

In academia noſtra Lipſienſi Cl° CHRIST. GOTTH. ESCHENBACH munus Profeſſoris Chemiae ordinarii clementiſſime demandatum; et Cl. PAVL. CHR. FR. WERNER, profector in anatomico theatro factus eſt.

Cl. GEORG. FORSTER, Profeſſoris Hiſtoriae naturalis munere Caſſellis hactenus fungens, Willnauiam in Lithuania vocatus, vt eandem in iſta academia diſciplinam doceret, conſiliarii intimi regii nomine ab ipſo Polonorum rege eſt ornatus.

Cl. AVG. CHRIST. REVSS, de cuius libello nuper *) retulimus, ex itinere redux, Bruchſalam vocatus eſt, a Celſiſſimo Epiſcopo Speierano, eiusque Archiater et Conſiliarius intimus factus illuc abiit.

Confluenziae ad Rhenum nuper meteoron igneum obſervabatur, quod cum in terram decideret, maſſam griſeam et ſpongioſam reliquit, quam quidem Vir cla-

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 158.

clariſſimus, a quo relata haec accepimus, chemice diſquiſiuit. Deliqueſcebat linguae admota, et alcalino guſtu praedita erat: In aqua fontana tota fere ſoluebatur, terrae, tamen nigreſcentis aliqua pars praecipitabatur. Hepati ſulphuris quoad odorem ſimilis erat. Cum acidis efferueſcebat, non tamen prorſus ſoluebatur: Syrupus violarum ea viridi colore tingebatur. Solutio argenti in acido nitri nigrum; Solutio hydrargyri eodem in acido lucido-flauum; Solutio ſtanni in aceto et mercurii ſublimati fuſcum dabant praecipitatum. Si eidem aqua ſolutae maſſae acidum affundebatur, ſulphurei flocci apparebant; ſi cum ſale ammoniaco perfricabatur, euoluebatur ſal volatile et vapor viſibilis in charta acido nitri immerſa ſupertenſa oriebatur. Quae quidem omnia fuiſſe in hac maſſa ſal volatile alcalinum cum phlogiſto iunctum demonſtrant. Erat itaque hepar ſulphuris iam quodam modo combuſtum. Praecipitata metallina omnia magis obſcura erant, quam quae alcali purum praecipitabat, cuius rei cauſſa procul dubio in phlogiſto ponenda erat.

Nouum detectum eſſe videtur metallum; quod lapidi ponderoſo (Tungſtein) inhaereat: Etenim Cl. D' ELHUYAR, Hiſpanus, BERGMANNI diſcipulus, ex acido lapidis ponderoſi, cum phlogiſto iuncto, obtinuit metallum, quod grauitate ſpecifica inter aurum, platinum, et argentum media, 1 : 17, 6 pollet. Funditur difficile, difficilius magneſio. Acidis nullis ſolubile, ab aqua regia et acido nitri tantum calcinatur. Idem Cl. D' ELHUYAR invenit hoc ipſum metallum, cum pauco ferri et magneſii iunctum, in foſſili, quod hactenus ſpumae lupi nomine notum eſt, deliteſcere. Excerpſimus haec ex nouiſſima, nona nempe, parte annalium chemicarum, a Cl° CRELLIO hoc anno editarum, de quibus vberius proxime referemus.

Mortui ſunt:

LUDOVICVS VARNIER, d. 30 Ian. 1784. natus eſt ſub huius ſaeculi initium *Vitri* in Campania; d. 14. Aug.

14 Aug. 1735 in vniuerſitate montiſpeſſulana medicinae doctor creatus, membrum academiae regiae ſcientiarum montiſpeſſulanae et Chalonienſis ad Marnam, medicus noſocomii regii Vitrienſis, anno aetatis 74. Probitate, ingenuitate et multifaria doctrinae copia admodum commendabatur. Scripſit 1) *memoire ſur la ſaignée du bras, pratiquée à la ſuite des couches. 1742. 12.* 2) *mémoire ſur la marne, qui ſe trouve aux environs de Vitri le françois.* 3) *memoire ſur les petrifications du territoire de Soulains, Election de Bar-ſur-aube.* 4) *obſervations au ſujet de differentes plantes trouvées dans la province de Champagne.* 5) *mémoire ſur quelques plantes rares trouvées dans les environs de Vitri.* 6) *obſeruations ſur les pierres de la veſicule du fiel.* 7) *mémoire ſur quelques moyens de ſoulagement dans les petits verols les plus facheuſes.* 8) *obſervations ſur la maladie noire.* 9) *Reflections ſur l'uſage des diaphorétiques dans les maladies inflammatoires de la poitrine.* 10) *Fievre gangreneuſe guérie par la quinquina.*

Cl. DORON, Med. Doctor, Poliater vrbis S. Diez in Lotharingia, collegio regio medicorum Nanceianorum litterarum commercio iunctus, Archiater Principis de Salm, menſe Maio, 1784. Obſeruationes eiusdem medicae numeroſae collectae ſunt in diario, *Clef de Cabinet* dicto; declaratur illis potiſſimum egregius vſus *Sedi acris* LINN. in vlceribus obſtinatis et inveteratis ſanandis, cuius vim medicam ſuis obſeruationibus etiam confirmauit Cl. MARQUET, collegii medici Nanceiani Decanus.

PASCHALIS BORIE, Doctor regens facultatis mediae Pariſinae Pariſiis menſe Maio, 1784. Natus eſt in Pau in Bearnia, vbi pater eius ſub huius ſeculi initium artem exercuit medicam. Eandem viam felici ſucceſſu Noſter Pariſiis ingreſſus eſt, inprimis vero examen aquarum mineralium Cauterienſium inſtituit.

PETRVS ELISABETH DE FONTANIEU, Eques

ordinis regii et militaris S. Ludovici, Princeps inſpectorum, et vtenſilium, quae ad coronam pertinent, curator generalis, commiſſarius generalis honorarius camerae expenſarum domus regiae in vſum vtenſilium conuertendarum, ſocius Academiae Holmienſis et academiae regiae ſcientiarum et architecturae Pariſinae, menſe Maio Pariſiis obiit 1784. Inter chymicos principem locum occupat, eos cumprimis, qui omne ſuum ſtudium arti dicarunt pretioſos lapides artificioſe imitandi, quam quidem artem admodum Ille perfecit. Exemplo eſt liber ſub titulo: *Art de faire les cryſtaux colorés, imitant les pierres precieuſes* Par. 1778. et alius *ſur les couleurs en email dont la compoſition differe peu de celle des pierres factices.* Nobis tamen non conſtat, an hic liber prelo traditus fuerit.

XVII.

Index librorum phyſico-medicorum, qui anno 1779 prodierunt.

Allgemeines Verzeichniſs neuer Bücher mit kurzen Anmerkungen. Nebſt einem gelehrten Anzeiger. Vierter Iahrgang. Leipzig, 8.

The medical regiſter for the Year 1779. London, 8.

Catalogue hebdomadaire. à Paris, 8.

Phyſicaliſch-oekonomiſche Bibliothek. Zehnter Band. Göttingen, 8. (editore Cl. BECKMANN.)

Beſchäftigungen der berliniſchen Geſellſchaft naturforſchender Freunde. 4ter Band. Berlin, 8. (vid. comment. noſtr. Vol. XXIV. p. 195.)

Commentationes Societatis regiae ſcientiarum Gottingenſis per annum 1778. Vol. I. Götting. 4. *(ſupra p. 87. contentorum epitomen dedimus.)*

Bemerkungen der kurpfälziſchen phyſicaliſch-oekonomiſchen Geſellſchaft von den Iahren 1775 — 1778. Lautern, 8. (Tractatus oeconomo et phyſico lectu digniſſimos continent.)

Berni-

Berniſches Magazin der Natur, Kunſt und Wiſſenſchaften. Zweyter und dritter Band. Bern. 8. (Translata et propria lectu digna habet.)

Der Naturforſcher, 13tes Stück. Halle, 8. (vid. priores partes comment. noſtr. Vol. XXII. p. 200. V. XXIII. p. 45. 640.)

Nouveaux mémoires de l'academie de Berlin, a. 1778. à Berlin, 4. (v. c. n. XIX. p. 683.)

Philoſophical Tranſactions Vol. LXIX. P. I. II. London, 4.

Auserleſene Abhandlungen zur Naturgeſchichte, praktiſchen Phyſic und Oeconomie, aus den philoſophiſchen Tranſactionen. 1ſter Band. Leipzig, 4. (A primis Philoſophicarum tranſactionum voluminibus deligere coepit Cl. LESKE tractatus phyſicos et hiſtoriam naturalem ſpectantes, vt Germanis obſervata vaſto in hoc opere diſperſa paucis voluminibus in vſum traderet. Aliis negotiis improuiſis a continuatione hactenus impeditus editor proxime ſequentia volumina germanice tradere perget.)

Medical and philoſophical commentaries by a Society in Edinburgh. Tom. VI. Edinb. 8.

Mediciniſche Commentarien einer Geſellſchaft Aerzte in Edinburg. A. d. Engl. 4ter Band. Altenb. 8.

Hiſtoire et mém. de l'acad. roy. des Sciences de Paris, a. 1776. etc. *(vid. c. n. V. XXI. p. 401.)*

Séances publiques de l' Academie Royale de Chirurgie, où l'on traite de diuerſes matiéres intéreſſantes, et particuliérement de la la Section de Symphiſe des Os Pubis. à Paris, 1779. 4.

Séance publique, tenue par la Faculté de Médecine en l' Univerſité de Paris, dans les Ecoles extérieures de la Sarbonne, le 5 November 1778. à Paris, 1779. 4.

Hiſtoire et mémoires de la ſocieté royale de Médecine pour l' année 1776. Tome I. à Paris, 4.

Memorias etc. ſeu Acta ſocietatis regiae medicae Sevillae florentis. Sevillae et Madrit, Tom. II. 8.

Acta medicae ſocietatis Hauniensis. Vol. II. Hauniae, 8.

Kongl. Vetenſk. Acad. Handl. för 1779. Vol. XL. Stockh. 8. (vid. c. n. V. XXV. p. 579.)

Eiusd. libri verſio Germanica. Vol. XXXV. in ann. 1773. Lipſ. 8.

Acta Academiae ſcientiarum Petropolitanae pro anno 1777. Pars prior. 4. Petropoli.

Italieniſche Bibliothek, oder Sammlungen der merkwürdigſten kleinen Abhandlungen zur Naturgeſchichte, Oekonomie und dem Fabrikweſen. A. d. Ital. 2ter Band. m. K. Leipz. 8.

Neue Sammlung nützlicher Unterrichte. Herausgegeben von der kaiſerl. königl. Geſellſchaft des Ackerbaues und nützlicher Künſte, im Herzogthume Krain. Erſter Theil, Laybach. 4. (Oeconomiam quidem praeſertim ſpectat haec collectio: inſunt tamen etiam plura phyſico-medico lectu utilia, quorſum ſpectant Cl[i] HACQUET obſeruationes et methodi curatiuae variorum pecori contingentium morborum. FRIDERICI AB ENTNERSFELD de veris cauſis luis bouinae, aliarumque, remediisque eas cauendi iisque medendi. Cl[i] HACQUET tractatus de diarrhoea letifera equorum, eorumque morbo endemio in larynge, *Kehlſucht* dicto.)

Berliner Sammlungen zur Beförderung der Arzneiwiſſenſchaft etc. 10ter und lezter Band. (vid. c. n. Vol. XX. p. 314.)

Neues hamburgiſches Magazin, 19ter Band. Leipz. 8.

Schauplatz der Natur und Künſte in vier Sprachen. 6ter Iahrgang von 48 Platten und 48 Beſchreibungen. Wien, 4.

Neuer Schauplatz der Natur, nach den richtigen Betrachtungen und Verſuchen, in alphabetiſcher Ordnung vorgeſtellt durch eine Geſellſchaft von Gelehrten. 7 B. Leipzig, 8.

Neue Sammlung phyſiſch ökonomiſcher Schriften herausgegeben von der ökonomiſchen Geſellſchaft in Bern, 8.

Ge-

Gemeinnützige Fränkiſches Magazin, oder Sammlung merkwürdiger nützlicher Grundſätze und Erfahrungen, aus der Naturlehre, Naturgeſchichte, Artzneykunde, Moral und Landwirthſchaft, von D. E. Heppen. 1tes St. 8. Nürnberg.

Sammlungen zur Phyſik und Naturgeſchichte von einigen Liebhabern dieſer Wiſsenſchaften. 1 Band 5tes und 6tes Stück, 2ter Band 1tes Stück. Leipz. 8.

Allgemeine Geſchichte der neueſten Entdeckungen, welche von verſchiedenen gelehrten Reiſenden in vielen Gegenden des Ruſsiſchen Reiches und Perſien etc. *ſind gemacht worden. 3 Theile mit Kupfern. 8. Bern.*

Reflexions ſur les époques de la nature. 12. à Amſterdam et Paris.

Warnung an die Barometer *und* Thermometer *Liebhaber. Frankfurt und Leipzig, 8.*

Drey kleine Schriften als Beyträge zur Naturlehre und höhern Chemie. Berlin, 8.

Anfangsgründe der theoretiſchen und praktiſchen Chemie zum Gebrauch der öffentlichen Vorleſungen auf der Akademie zu Dijon, nach den neuern Entdeckungen, in neue Ordnung gebracht von den Herren de Morveau, Maret, *und* Durante. *Aus dem franz. überſetzt, mit Anmerk. von* D. C. E. WEIGEL. *1ter Band, gr. 8.*

Naturgeſchichte aus den beſten Schriftſtellern, mit Merianiſchen und andern Kupfern. 6ter Abſchnitt, fol. Heilbron.

Gli anfibi e pisci di Sardegna, Vid. CETTI.

Praktiſche Geſchichte europäiſcher oder einheimiſcher Naturprodukte, mit K. 4ter Heft. Nürnberg, 8.

Magazin der Entomologie von D. E. Füeſsly, 3tes Stück. Zürich und Winterthur.

Abhandlung von der Wikkelraupe nebſt einigen Vorſchlägen zur Vertilgung derſelben, und einer Abbildung ihres männlichen und weiblichen Geſchlechts. Berlin und Leipzig, 8.

Beſchreibung eines beſondern Taſchenkrebſes, mit 1 K. Hamburg, 4. (auctore M. SCHULZ.)

Icones plantarum medicinalium, *oder Abbildung der Artzeneygewächſe,* Centuria prima. *Nürnberg, 8.*

Abbildung einiger ſeltnen Pflanzen nach der Natur, aus den Garten. Von I. N. BUEK *in Hamburg.*

Abhandlung über die Krankheiten der Pflanzen, ihre Kenntniſs und Heilung, aus dem Latein. von Io. Graf. v. AUERSPERG. *8. Augſpurg.*

Nachricht von dem bey Radeberg befindlichen mineraliſchen Waſſer und Gebrauche des Bades. 8. Dreſsden.

Beobachtungen und Muthmaſsungen über den Granit und über den Gneiſs. 8. Berl. (auctore Cl. GERHARD.)

De' Vulcani o Monti ignivomi piu noti e diſtintamente del Veſuvio, oſſervazioni fiſiche, e notizie iſtoriche di uomini inſigni di vari tempi. Livorno. Voll. 2. 12mo.

Relation de la derniere Eruption de Veſuve, arrivée au mois d'Aout, 1779. à Naples, 12. (Relationibus accuratis additae ſunt egregiae Cl[i] TORCIAE annotationes.)

Sammlungen von Nachrichten und Beobachtungen über die Erzeugung und Verfertigung des Salpeters. Von Herrn Macquer. Aus dem Franz. überſetzt, m. K. Dresden. 8.

Beſchreibung eines Weltaugs, welches in dem Kabinette eines Naturfreundes in Hamburg befindlich iſt. mit 1 K. Hamburg, 4. (auctore M. SCHULZ.)

Memoire pour des bois de cerf foſſiles trouvés dans un puis a 14 piès 2 pouces de profondeur. à Grenoble et à Paris, 4.

Kleinere Schriften der Leipziger ökonomiſchen Societaet in der Michaelismeſſe 1778. Leipzig, 8.

Fränkiſche oekonomiſche landwirthſchaftliche Mannigfaltigkeiten, des 2ten Bandes 4tes Stück. Schwabach,4.

Landwirthſchaftliches Handbuch, worinnen kurz und deutlich anzutreffen iſt, was ein Landwirth vom Acker-

ker und Weinbau, der Vieh-und Baumzucht, wie auch von ländlichen Gewerben zu wiſſen und zu thun hat. 8. *Stuttgart und Tübingen.*

Monatlicher Haus-und Wirthſchafts-Kalender aufs Iahr 1779. 8. Wien.

Die Hausmutter in allen ihren Geſchäfften. 3ter Band. Leipzig, gr. 8.

Erfahrungsmäſſige Abhandlungen von den verſchiedenen Seuchen und Krankheiten des Rindviehes, deren Entſtehungsurſachen, Kennzeichen, und dagegen nöthigen Präſervativ-und Heilungsmitteln, von dem Verfaſſer der Berliner Beyträge zur Landwirthſchaft. Berlin, 8.

Sammling af Rön och Afhandlingar, *rörande Landbrücket ſon til Kongl. Vetenſkaps Academie Blif mit ingifur.* III. Vol. *Stockholm,* 8.

Moyen pour detruire les taupes dans les prairies et dans les jardins, troiſième edition. à Paris, 8.

Eſſay pour l' isle de Otahiti. à Paris, 8.

Unterricht zum Tabaksbauen überhaupt und beſonders im Marggrafthum Niederlauſitz. Frankfurt und Leipzig, 8.

Vom Anbau und Commerce des Krapps oder Färberröthe in Teutſchland. etc. *Leipzig,* 8.(auctore Cl° REUSS.)

Kurze Anleitung zur Pflanzung der Maulbeerbäume und Erziehung der Seidenwürmer. Freyburg, 8.

Neues Forſtmagazin. 4ter Band m. K. 8. Frankfurt.

Gedanken von Vermehrung der Feſtigkeit des Erlenholzes zum Gebrauche auſser dem Waſser. 8. Eiſenach.

Abhandlung von Tuch und andern Wollen Manufakturen, und der dazu gehörigen Zurichtung der Schafwolle. Aus dem Franz. Leipzig, 8.

Vollſtändiges Färbe und-Bleichbuch zu mehrerm Unterrichte, Nutzen und Gebrauch für Fabrikanten u. Färber. etc. *Ulm,* 8.

Die Kunſt, auf Glas zu mahlen und Glasarbeiten

zu verfertigen. Aus dem Franz. des Peter le Vieil. 4. *m. K. Nürnberg.*

Manuale Pharmaceuticum in uſum minorum urbium continens ſelectum medicaminum tam ſimplicium quam compoſitorum viribus attenta experientia probatis pollentium, et recenſionem eorum, quorum vires dubiae. Baſiliae, gr. 8.

Pharmacia rationalis eruditorum examini ſubiecta a ſocietate quadam medica. Faſc. I—II. Caſſel, 8.

Pharmacopoea Roſſica. 4. Petropoli et Lipſiae.

Obſervations on the plan propoſed for eſtabliſhing a Diſpenſary and medical ſociety for the private and only immediate uſe of the ſubſcribers theirs families and friends. London, 8.

Fürſtlich Sachſen Weimar - und Eiſenachiſche neue erweiterte Apothekertaxe. Weimar, 4.

Mediciniſches Wochenblatt für Aerzte, Wundärzte und Apotheker. Frankfurt am Mayn. 8.

Sendſchreiben eines rheiniſchen Arztes an Herrn P . . . zu C. . . über einige in Unterricht von dem Collegio der Aerzte in Münſter angenommene Grundſätze, 8.

Mediciniſches Handbuch, worinnen alle Krankheiten, ihre verſchiedene und jeder Krankheit beſondere eigenthümlichen Kennzeichen, der ſicherſten Vorbauung und wirkſamſten Heilungsmittel wider dieſelben etc. Aus dem Franz. 8. Augſpurg.

Handbuch für Leute, die keine Aerzte ſind, zur Beförderung nützlicher und angenehmer Kenntniſse. 1ſter B. 8. Riga.

Synopſis medica or a ſhort View of the modern Practice of Phyſic: with a Pharmacopoeia extemporanea. In 2. Vol. 12. London.

Delectus diſſertationum medicinarum Ienenſium V. I. collegit, praefatus eſt. C. G. GRVNER, C. F. 4.

Neue mediciniſch praktiſche Wahrnehmungen aus verſchiedenen Sprachen überſetzt. 1. B. Altenburg, 8

Sammlung auserleſener Abhandlungen zum Gebrauche praktiſcher Aerzte, 4. B. 4tes Stück. 8. Leipzig.

Stoff

Stoff zu Betrachtungen für Naturforſcher u. Aerzte, 4.

Diſertations to ſervents particularly thoſe which have the Care of Childern. London, 8.

Effets de la tiſane caraïbe, propoſée, pour la gueriſon des maladies veneriennes d' apres le raport de M. de A. Leger, De Horne, Bachez et Rouſſel de Vauzesme, comiſſaires nomées par M. le Lieutenant general de Police. A Paris, 8.

Geſammlete Früchte für Kranke auf dem Lande und in Städten aus den beſten Schriftſtellern der Arzeneygelahrheit und bewährten Erfahrungen. 8. Berlin.

Abhandlung von Sägeſprüngen, einer bekannten Kinderkrankheit, und den mehrmal gefährlichen Folgen derſelben, nebſt den unlängſt entdeckten Hülfsmitteln darwider. Nürnberg, 8.

Della peſte di Conſtantinopoli del MDCCLXXVIII. obſervazion ſulla medeſima et refleſſioni dell autore. 8. Yuerd.

Vertraute Briefe über eine ganz unerhörte und nachtheilige Pockenkuhr, den höchſtſeligen Max. Ioſeph. etc. betreffend, München, 8.

A letter to I. C. Lettſom occaſioned by Baron Dimſdales Remarks on Dr. Lettſoms Letter to Sir Rob. Barker and Georg. Stacpoll. upon General Inoculation. London, 8v.

Reports of the human ſociety, for the recovery of perſons apparently drowned. for de year 1778. 8. London.

A diſſertation on the Bark where in a new Preparation is recomended to the Public called Hunt's Tincture. By a friend of the proprietors 8. London.

Theoretiſch praktiſcher Unterricht in der Wundarzneykunſt von einem alten Vater für ſeinen Sohn. 8.

Sammlung chirurgiſcher Bemerkungen aus verſchiedenen Sprachen überſetzt, 5 Theile m. K. Altenburg, 8.

Samm-

Sammlung der auserleſenſten Abhandlungen, zum Gebrauch der Wundärzte aus verſchiedenen Sprachen überſetzt, 2tes St. m. K. Leipzig, 8.

Sammlung auserleſener Abhandlungen zum Gebrauch practiſcher Aerzte, 5ten Bandes 1. St. Leipzig, 8.

Nouvelle Methode d'extraire la pierre de la veſſie urinaire, par deſſus l'os pubis, qu'on nomme vulgairement le haut appareil dans l'un et l'autre ſex, ſans le ſecours d'aucun fluide retenu ni forcé dans la veſſie. Suivie des experiences de l'academie royale de Chirurgie de Paris. a Bruxelle et a Par. 12.

Moyens propres à combattre les fievres putrides et malignes et à preſerver de leur contagion par. M. I. B. D. M. Yverdon, 12.

De Febri noſocomica. Mediolani, 8. (Auctor eſt Cl. CIERA, qui cauſas et naturam dictae febris inquirit, mediaque ei medendae indicat.)

Inſtruction, für die bey den kayſerl. königl. Armeen, und in den Feldſpitälern angeſtellten Feldchirurgen. Wien, Fol.

Unterricht für Hebammen, zum Gebrauch der Vorleſungen, in der mannheimer Hebammenſchule.

Regenſpurgiſche erneuerte und vermehrte Hebammenordnung, 4.

A letter to I. C. Lettſon M. D. etc. etc. occaſioned by Baron Dimsdale, remarks on Dn. Lettſons lettre upon general inoculation. By an unintereſted, ſpectator of the controverſy between Baron Dimsdale and Dn. Watkinſon. on the above mentioned ſubject. London, 8.

Veterinarius, oder theoretiſch practiſcher Unterricht von der Behandlungskur, und Wartung der Pferde, und des Hornviehes. Göttingen, 8.

Sammlung eines unlängſt verſtorbenen alten anſehnlichen hollſteiniſchen Pächters, die ſichere Conſervation *und Cur ſchadhafter Pferde betreffend, mit vielen Koſten geſammlet, theils von fürſtlichen Stallofficianten, theils*

von

von berühmten Pferdeärzten, gröſtentheils aber von ihm ſelbſt probiert, und bewährt befunden worden. 8.

Neu eröfnete Roſsapotheke. Beſtehend in den bewährten Mitteln, die gewöhnlichen Gebrechen und Krankheiten der Pferde, auf eine ſichere und wohlfeile Art aus dem Grunde zu heilen. Dabey noch befindlich, eine ſichere Kur für Rindvieh, Schweine etc. Alles, aus richtigen Erfahrungen geſammlet, und den gemeinen Manne zum Beſten herausgegeben, von M. V. D. D. E. 8.

Sammlung einiger Abhandlungen von verſchiedenen Krankheiten der Pferde und Schaafe, wie auch der allgemeinen Hornviehſeuche, nebſt den dagegen dienlichen Fürſehung- und Heilungsmitteln. Nürnberg, 8.

Die gehobene Gefahr beym Eintritte der Rindviehſeuche, aus Erfahrungen und Urcunden beſtätiget. Berlin, 8.

Erfahrungsmäſſige Abhandlung von den verſchiedenen Seuchen und Krankheiten des Rindviehes, deren Entſtehungsurſachen, Kennzeichen, und den dagegen nöthigen Präſervativ- und Heilungsmitteln von dem Verfaſſer der berliner Beyträge zur Landwirthſchaft. Berlin, 8.

Genaue Beſchreibung, der im meckelnburgiſchen mit dem beſten Erfolge angewanndten Inokulation der Hornviehſeuche. Weimar, 8.

The Britiſh Fruit Gardener; and Art of Pruning; compriſing, the moſt approved methods of Planting and Raiſing every uſeful Fruit-Tree and Fruit-bearing-Shrub, whether for Walls, Espaliers, Standards, Half-Standards, or Dwarfs. The true ſucceſſful Practice of Prunning, Training, Grafting, Budding etc. ſo as to render them abundantly fruitful: And full Directions concerning Soils, Situations, and Expoſures By JOHN ABERCROMBIE. London, 4.

(Reliqua proxime.)

Conten-

Contenta in hac Parte.

1. Kongl. Vetenſk. Acad. nya Handl. Tom. I. p. 1.
2. HOR. BEN. DE SAUSSURE eſſais ſur l'hygrometrie. p. 20.
3. CAS. CHRIST. SCHMIDEL icones plantarum Manipulus II. p. 55.
4. A. G. RICHTER *Anfangsgründe der Wundarzneykunſt. 1ſter Band.* p. 70.
5. IAN. PET. MICHELL de ſynchondrotomia commentarius p. 80.
6. ED. SANDIFORT exercitationes academicae. p. 84.
7. IOS. MOHRENHEIMS *Beobachtungen chirurgiſcher Vorfälle* p. 85.
8. Commentationes Soc. reg. Gott. Vol. I. p. 87.
9. IAC. REINB. SPIELMANNI pharmacopoea generalis p. 101.
10. Experiments on the ſpecific gravities and attractive powers of various ſaline ſubſtances; continuation, and concluſion by RICH. KIRWAN. p. 123.
11. Pharmacia rationalis edita a D. PHIL. IAC. PIDERIT p. 135.
12. (LORRY) *Eſſai ſur les alimens. edit. nouvelle* p. 139.
13. PHIL. GABR. HENSLERS *Geſchichte der Luſtſeuche.* p. 149.
14. PLENCIZ acta et obſeruata p. 159.
15. Afhandling om Ben-Sjukdomar af ROLAND MARTIN. p. 168.
16. Noua phyſico-medica p. 170.
17. Index librorum phyſico-medicorum, qui anno 1779. prodierunt. p. 182.

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XXVI. PARS II.

LIPSIAE, MDCCLXXXV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Fr. Elmsly, Edinburgi apud Io. Balfour, Lugd. Bat. apud Fratres Luchtmann, Pariſiis apud Barroi ſenior. Venetiis apud Io. Bapt. Paſquali, Milano apud Ioſ. Galeazzi, Auguſtae Taurinor. apud Laurent. Giraud, Holmiae apud Magnum Swederum.

I.

Kongl. Svenſka Vetenſkaps Academiens Nya Handlingar T. II. för 1781. Stockholm 1781. 8. plagg. 23. tabb. aen. VIII.

i. e.

Noua acta Academiae regiae ſcient. Suecicae, Tom. II. annus 1781.

Trimeſtre primum.

I. SV. RINMAN continuat experimenta *de colore viridi ex cobalto*. Ex cobalti et ſalis communis ſolutionibus mixtis oritur notum illud atramentum ſympatheticum, quo, quae in charta pinguntur, calefacta vireſcunt, euaneſcentia, dum charta refrigeratur. Illi colori viridi figendo, vt tam in frigore, quam in calore appareat, pigmento vero pulueris forma exhibendo, idoneum eſt zincum in aqua forti ſolutum. Solutio filtrata, odore orba, mixtioni, quam diximus, additur, mixtura diluitur, ſatura ſolutione cinerea clauellatorum praecipitatur primo zincum albidum, deinde cobaltum rubicundum, praecipitatum aqua calida abluitur, qua per filtrum tranſmiſſa, quod in illo remanet, ſiccatur. Ita habetur calx albida coloris carnei, quae in mortario vitreo trita, deinde igni, donec candeat, expoſita, pulcre viret, varie pro diuerſo ignis gradu et zinci additi quantitate. Haec materia variis picturae generibus adhiberi, et aliis pigmentis addi poteſt. Sequuntur alia tentamina, ex quibus varia colligit noſter, vt atramentum ſympatheticum, quod diximus, non naſci a ſolutione niccoli, niſi cobalti quidpiam admixtum ſit, haec autem duo p. 2.

metalla omnino diuerſa eſſe et pluribus characteribus diſtingui.

p. 13. II. *Aſcarides lumbricoides exſertis, qui ipſis adhaerent, faſciculis* vlterius examinat IO. L. ODHELIVS. Pertinent huc obſeruationes ipſius ODHELII, BLOMII et MÜLLERI in actis 1776 contentae.*) Iam vermem vomitu eiectum accuratius examinavit et diſſecuit, faſciculos vidit cum inteſtinis connecti, quae accuratius deſcribit, corpuſcula oblonga rotunda vidit, quae pro ouis poſſint haberi. A MÜLLERO didicit, vermes, illis, de quibus hic et in citatis locis Actorum agitur ſimiles, deſcripſiſſe iam TYSONEM in tranſact. philoſ. n. 147.

p. 20. III. BJERKANDER deſcribit *erucam* hactenus incognitam, quae in *Rubo idaeo* habitat, eiuſque phalaenam.

p. 21. IIII. OTTO FR. MÜLLER nouis obſeruationibus auget, quae in hiſtoria vermium infuſ. p. 60. edidit *de Gonio pectorali.* Animal conſtat globulis ſedecim, membrana mucilaginoſa coniunctis. Eorum ſingulos vidit ſolui in alios globulos 16, animal ſimile conſtituentes. Opus autem eſt microſcopio egregie.

p. 28. V. DAN. A THVNBERG machinam deſcribit, qua *pali* fundo aqua tecto infixi, *ſub aqua ſerrae ope reſecentur.*

p. 36. VI. IO. HAARTMANN *de febribus annorum* 1774, 75, 76, 77. Graſſatae ſunt iis annis febres in Aboa Finnlandiae et vicinis locis, inprimis inſulis litori vicinis ipſiusque litoris partibus humilioribus prominentibus, quae Sueci *Skärgården* appellant, Germani *Scheeren*, a quibus ipſis febres *Skärgårdsfebrar* appellabantur. In his morbis, quae vis fuerit atmoſphaerae varie prementis, calentis, humidae aut ſiccae, explicatur, adhibitis annorum illorum obſeruationibus meteorologicis.

VII.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 67 et 75.

VII. IO. CAR. WILCKE *de menſuranda ignis ſpecifica quantitate in corporibus ſolidis.* Menſura vtitur, quam Ipſi experimenta de frigore niuis, dum liqueſcit, obtulerunt: exhibuit illa in actis 1772. Itaque corpus, cuius calorem examinaturus eſt, exacte ponderat, deinde filo appenſum immittit aquae ad ebullitionem calenti contentae vaſe, quod breuitatis cauſſa A vocare liceat; iunctum corpori immittitur thermometrum, quod calorem extracti indicet. Interea in vaſe alio, B, ponderatur aquae, ad thermometri punctum glaciale frigidae, pondus, corporis ponderi aequale, huic velociter extractum corpus ex aqua calida ſubito immittitur, adhibetur aliud thermometrum, quo, poſtquam aqua ſupra et infra corpus aequaliter calet cum ipſo corpore, gradus caloris exploratur. Ita haec cognoſcuntur; calor corporis ex A extracti, qui dicatur c, et calor in vaſe B ortus immiſſo corpore dictum caloris gradum habente, qui dicatur N. Ex RICHMANNI nota regula, ſi aquae ad punctum glaciale frigidae addatur aequale pondus aquae vtcunque calentis, mixtum calorem habet dimidium eius, quem habebat aqua calens. In vaſe B vero, immiſſo corpore, longe alius calor oritur, quam ex hac regula computatur. Computetur rurſus ex RICHMANNI regula, quantum aquae, aeque calentis ac corpus, dum ex vaſe A extrahebatur, adfundi debeat aquae ad glaciem frigidae in vaſe B, cuius pondus dicitur $= 1$, vt naſcatur calor, qui corpore illi immiſſo naſcitur. Hoc igitur aquae pondus $= \frac{N}{c-N}$ tantum caloris frigidae dat, quantum corpus, frigidae aequiponderans. Statuatur, tam corpus, quam aqua aeque calida, conſtare ex particulis aequalibus, quarum numeri vtique erunt in ratione ponderum, calor vero cuiuſuis particulae corporis ponatur p. 49. p. 56.

 aequa-

aequalis calori alterius particulae corporis, et ſimiliter aquae particulae aequales aequaliter calere ponantur. Hi calores aequalium particularum corporis et aquae dicantur, corporis et aquae *calores ſpecifici*, ſunt autem in ratione $\frac{N}{c-N}$: 1. Hoc modo inueſtigat corporum calores ſpecificos, aquae calore ſpecifico pro vnitate adſumto, vt moris eſt in grauitatibus ſpecificis. Quodſi vero ſpatia aequalia ponantur, vt digiti cubici alter auri, alter aquae, calorum ratio Noſtro *calor relatiuus* appellatur. Iam ad calores hos cum aquae calore comparandos, plura tentamina inſtituit cum auro, plumbo, argento, biſmutho, cupro, aurichalco, ferro, ſtanno, zinco, antimonio, achate, vitro. Leges quidem generales caloris vt detegantur, multo pluribus opus videtur, varia tamen notatu digna vidit, vt: calorem ſpecificum non eſſe in ratione denſitatis, imo denſiora corpora, vt aurum, plumbum, biſmuthum, eius multo minus habere ferro, zinco, achate, vitro, aquae calorem ſpecificum maximum eſſe. Relatiuus calor, cum ſit in ratione compoſita ex ratione ſpecifici et grauitatis ſpecificae, in auro v. c. plus quam duplex eſt eius, qui eſt in aequali volumine ſtanni.

p. 78. VIII. CAR. PET. THVNBERG narrat *de thermis quibusdam Africae et Aſiae.* In Africae parte auſtrali, quae promontorio bonae ſpei adiacet, ſeptem in locis thermae eſſe dicuntur, nullibi mons igniuomus. Thermarum quatuor Ipſe examinauit. Duarum aqua vehementer calet, vt ab igne ebulliens, ceterum puriſſima eſt, in qua nihil mineralis detegi poſſit, cibis coquendis et linteis lauandis adhibetur, non alio ac aquae vulgaris effectu; reliquae duae in locis ferro foetis oriuntur, ipſae ferro impraegnatae. In Iaponia thermas, quae *Vriſyna* vocan-

vocantur, vidit, aquam puriſſimam iudicauit, ſed, quod materiae illi negotio ad manus non eſſent, examinare non potuit. In Iaua inſula thermae, *Tji Pannas* vocatae, calcem et ferrum continent ope acidi aërei ſoluta. Inſula plena eſt montibus aliis adhuc igniuomis, aliis iam quieſcentibus.

Trimeſtre ſecundum.

I. CAR. WILH. SCHEELE examinat *lapidis grauis*, quem vocant *Tungſten* Sueci, partes conſtitutiuas, Chemicis adhuc ignotas. CRONSTEDTIO eſt ferrum calciforme terra quadam incognita intime mixtum. Noſter adhibuit, quae ex fodinis ferri Bitsbergenſibus obtinuerat. Ex hoc minerali, acido nitri, quantum fieri poterat, ſoluto, praecipitatam ope alcali tartari obtinuit calcem aeratam; ope alcali volatilis extractum, ex quo acido nitri praecipitabatur puluis albus, acidae naturae, difficilius in aqua ſolubilis. Ex vtriſque his ingredientibus, calce et acido, rurſus lapidem grauem compoſuit. Acidum obtentum, in aqua ſolutum, ferro, zinco aut ſtanno illitum, pulcrum colorem coeruleum exhibuit. Quod quidem cum acido molybdaenae commune habet, aliis vero multis differt; non enim volatile eſt, nec igne funditur, inter illud et phlogiſton vehemens intercedit attractio cet. p. 89.

II. SCHEELII obſeruatis *quaedam addit* TORBERN BERGMAN. Maximam partem eorum, quae SCHEELIVS dixit, confirmat. Facillime lapis grauis ab omnibus hactenus notis lapidibus diſtinguitur modo, qui ſequitur. Pulueri ſuperfunditur aqua fortis, vel acidum ſalis, deinde exponitur calori digeſtionis, puluis pulcro colore flauo albicante ornatur. Id vidit lapidi Bitſbergi contingere, et omnibus aliis etiam exteris, quos examinauit. Saepius huc pertinere ait, quod quidam *weiße Zinngrau-* p. 98.

 pen

pen appellant. Terram ſubacidam huius lapidis adfinem pronunciat illi terrae ſubacidae, quae ex molybdaena obtinetur, vtraque in ſtatu, qui proxime accedit ad arſenicum album. Metallo cuiuis eſſe proprium acidum, quod phlogiſti certae quantitati iunctum, in terram ſiccam coaguletur, ſaturatione metallum perfectum euadat. Terras illas ſubacidas, eſſe acida metallica phlogiſto in formam calcis metallicae redacta, cuius ſententiae rationes paullo vberius explicat.

p. 98. III. PETR. GVST. TERGMALN, Med. Cand. quaedam *de lanio collurione* edit. Auis in Suecia non infrequentis duos ſexus recte LINNEVS coniunxit, inique illam ob rem a BVFFONIO repreheniſus, qui duas ſpecies eſſe credidit: *la pie griéche rouſſe* et *l' ecorcheur*, quae non niſi ſexu differunt. Noſter obſeruauit, quo artificio nidos ſtruant, et quomodo pullos nutriant veſpis et crabronibus. Auiculam a lanione adulto captam ſemel tantum vidit, etſi attente eos obſeruauerit. Itaque perſuaſus fere eſt, non tam auibus veſci, quam inſectis.

p. 105. IIII. BENED. BJÖRNLUND, Med. D. Med. Provinc. refert, *de milite ictu globi laeſo et ſanato*. Quidam, ad ſcopum collimans, bombarda canaliculata, hominem globo minore transiecerat. Globus, vt hic narratur, intrauerat in latere ſiniſtro, digito tranſuerſo a ſpina dorſi, et vltima vertebra dorſi, tranſuerſim per corpus actus, emerſerat ad latus dextrum, inter ſecundam et tertiam coſtarum ſpuriarum in parte anteriore, circiter quatuor digitos tranſuerſos, ab initio coſtarum, ibi tactu ſub cute latere agnoſcebatur. Laeſus ſtatim domum ſuam portabatur, triginta vlnis diſtantem. Nullo remedio labentibus 12 horis adhibito, nec venaeſectione, nec fomentatione, mercurii pauxillum datum, cui plebs eius loci vim ſingularem aduerſus laeſio-

nes

nes internas et externas tribuit. Aduocatus Noſter, venam ſecuit, alia, quae conuenirent, exhibuit, deinde globum exſecuit, vulnus debite tractauit, laeſus conualuit.

V. OL. AB ACREL notat hunc caſum inter eos p. 107. eſſe, vbi exiguam mutationem viae, quam inſtrumentum laedens deſcribit, mors inſtantanea ſequatur, aut vulneris felix ſanatio, prouti nempe ſenſiliores quaedam partes, aut nobiliores, vel laedantur in tranſitu, vel laeſionem effugiant. Similia ſaepiſſime in pugnis contingere. Socias manus praebente Prof. Anat. TINGSTADIO, vulnus, quale in caſu enarrato eſſe debuerit, in cadauere examinauit, gladio per cadauer acto. Introitum negat digito tranſuerſo a ſpina dorſi eſſe potuiſſe, tunc enim et ipſam vertebram et canalem medullarem laeſiſſe globum, igitur introitum tribus digitis transverſis remouet, et iam, quomodo penetrare corpus potuerit globus, deſcribit.

VI. PETRVS IOANNES BLADH plurima p. 109. experimenta inſtituit ad *examinandam ſalſedinem et grauitatem ſpecificam aquae marinae.* Vſus eſt inſtrumento, quo aqua ex data profunditate hauritur, et examine ſubtiliore hydroſtatico, notato ſimul gradu caloris. Videtur autem ſibi haec col- p. 125. ligere poſſe ex experimentis ſuis. In oceano ad profunditatem 50 hexapodarum, calorem inferioris et ſuperioris aquae, nullo, quod conſtans ſit, diſcrimine differre, niſi quod aqua ſuperficiei proxima interdum a ſole paulo magis caleat, aut a vento frigidiore paulo minus. Neque vſque ad eam profunditatem, ſpecificam grauitatem inferioris et ſuperioris notabili quadam quantitate differre, itaque, ſi, quod vulgo ſumitur, ſpecificae grauitatis differentia inprimis a ſale naſcatur, ſalſedinis diſcrimen, quod notari poſſit inter inferiorem aquam et

 ſupe-

ſuperiorem, nullum eſſe. Continere vero aquam, inferiore loco hauſtam, plus aëris fixi, et, forte alia ex cauſa, minus nauſeoſam eſſe ſuperiore, vnde fieri poſſit, vt ſalſedo eius, etſi non maior ſalſedine aquae ſuperioris, linguam tamen magis feriat et ſaporem fortius afficiat.

p. 127. VII. OLAVS ACREL *de hydrocele cauſticis ſananda*, *addit* quaedam iis, quae GAHN edidit in Act. 1778. Experientia fultus vſum cauſtici, quod *Elſen* docuit, reliquis methodis omnibus praefert. Quod aſſertum confirmat caſus aliquos enarrando, in quorum vno et altero, teſticuli et ſcroti deformati faciem depictam ſiſtit, et generalia quaedam
p. 140. colligit, vt: Si plures adſint aquae collectiones, tum in tunica vaginali tum extra eam, inter ſe non communicantes, ſingulis applicandum eſſe cauſticum: Hydrocelen non ſemper notandam eſſe, ſed interdum polyedram, in plures cellas diuiſam, ſanari vero poſſe cauſtico vni collectionum ſuperiorum applicato. Si tumor firmior ſit, et minus pelluceat, tunicas, quae ſanae vaginalem cum celluloſa communi conſtituunt, aqua inſorpta penetrari, collectiones aquae in cauo nullas eſſe. Effectum cauſtici interdum protrahi, magis quam *Elſen* promittat, ſed tamen, niſi inopinati quid accidat, aegrum 7; 8; aut nouem ſeptimanis ſanari. Si iuſto tardius contingat contractio ſacci aquam continentis, tenſio teſticuli, et materiae reſolutio, quauis veſpera praebet vel duo grana calomeli, quo effectus acceleratur. Quo maior eſt hydrocele et magis tenſa, eo citius et facilius ſanatur; minoris integumenta exteriora denſiora ſunt, quae difficilius penetrat cauſticum, et plus patitur aeger, quod decumbendum ipſi eſt, quam ab ipſo remedio. Saepius vero obſeruauit Noſter, aegros, poſtquam conſederant aut ambulauerant, peius ſe habere, itaque ſuaſit, vt decumberent.

VIII.

VIII. IO. CAR. WILCKE *de caloris vi expanſiua et diſtributione.* Notum eſt phaenomenon, antliam pneumaticam adhibentibus, campanam poſt primam exantlationem vaporibus repletam videri. Id cum ab aliis aliter explicetur, circumſtantiis curioſe variatis repetiit, quae quidem huc transferri non poſſunt. Animaduertit vero non contingere, niſi humidi quidpiam ſit ſub campana. Simul thermometro ſub campana collocato, mercurium in eo deſcendere. His igitur phaenomenis confirmari ait, ignem ſ. calorem eſſe materiam tenuem, vi ſe expandendi praeditam, cuius partes ſe mutuo repellant, ab aliorum vero corporum materiis diuerſimode attrahantur, qua de re ipſe egit in diſſ. 7. trimeſtris I. magis ab aëre, minus a liquore aliquo, adhuc minus a vitro, minime a mercurio, quem thermometri cauum continet; ita calorem abire ex his materiis in aërem ſub campana rariorem, et vapores ex humidis ſecum abripere. Generatim, in ipſa atmoſphaera, vapores ab igne vel calore in ſublime rapi cogitat, et hinc meteora eo pertinentia, illorumque nexum cum barometri mutationibus explicare conatur, quae quidem mutationes magis a ſtatu caloris in atmoſphaera pendeant, quam a vaporibus aqueis, qui concomitans phaenomenon ſint, non ipſum effectum producant. Sed de his plura ſperat nos cognoſcituros, natura et mechanica caloris melius intellecta.

p. 143. p. 158. p. 160. p. 162.

IX. SAMVEL ÖDMAN agit de *Cancro pulice.* Difficilius eum diſtingui a Cancro locuſta, niſi ſumatur, C. locuſtae eſſe 7 paria pedum non connumeratis duobus paribus exiguorum in extremo animali, ſub cauda ſitorum. Eum, de quo acturus, ſumit eſſe C. pulicem Syſt. Nat. n. 81. Deſcriptionem vero addit, quam cum C. Locuſta conferat, qui hunc Cancrum p. 163.

crum poſſidet. Inprimis narrat vitam animalis in inſulis et ſcopulis *Wermdö* dictis. Ibi quamprimum glacies oritur menſe decembri, myriades horum cancrorum ad litora adſcendunt, habitant vero in aqua parum profunda et fundo argilloſo. Femellae ouarium continetur ſquamis, prima quinque ſegmenta ad latera munientibus. Habet autem animal ſegmenta corporis 13, capite excepto. Ouula 12 ad 20. Retia piſcatorum deſtruit cancer, muniunt illa pigmento ex decocto corticis alni aut quercus cet. Anatibus domeſticis gratum pabulum eſt hic cancer, vnde valde pingueſcunt, item percae cernuae. Vnde colligit Noſter, auibus nutriendis hos cancros deſtinari.

p. 168. X. CAR. PET. THVNBERG deſcribit duas, quas in *capite bonae ſpei detexit*, ſpecies inſecti, quod a FOTHERGILLO acceptum, LINNEVS in diſputatione 1775, nomine generico *Pauſus* inſigniuit, eiuſque ſpeciem vnicam tunc notam deſcripſit. Noſter, cum duas addat, tres, quae adeo iam habentur, ſpecies his nominibus inſignit; 1) *P. microcephalus* totus niger, 2) *P. ruber* totus rubeſcens, 3) *P. lineatus* rubeſcens linea elytrorum fuſca. Vltimarum duarum nouarum ſpecierum figurae adduntur.

p. 171. XI. CLAVD. BJERKANDER deſcribit *laruam auenae infeſtam*, quam Iunio 1780 primum detexit, culmos arrodit, primum internodia inferiora, deinde ſuperiora, incertum, an idem indiuiduum, an alia forte eadem aeſtate ortae muſcae, in quam larua abit, progenies. *Muſca* haec *auenae* ſimilis eſt *Muſcae Frit.* Paniculae hordei ab hoc animali laeſi, tabefactae palleſcunt.

p. 172. XII. IDEM *cremorem lactis* autumnali tempore aëri libero expoſuit, in quo cum *laruas* animaduertiſſet, nutriit illas, donec abirent in *muſcam vomitoriam*. Tegendum igitur eſſe lac aeſtate, ne, qui illo vtuntur, oua muſcarum ſimul hauriant.

Trimeſtre

Trimeſtre tertium.

I. HENR. NICANDER ex documentis ſaeculi ſuperioris in Archiuo regni ſeruatis varia excerpit, ad aëris, et quatuor anni tempeſtatum conditiones pertinentia, quae ibi referuntur, item quae meſſes fuerint cet. Obſeruationes obiter et ſummarie ſaltim relatae, vt expectandum eſt ab illis temporibus, pertinent ad annos 1617 – 1639. p. 178.

II. PETR. IAC. HJELM conatus recenſet, inueſtigandi *materias conſtitutiuas carbonum* et *lithanthracum*. Primum enarrat, quomodo lithanthraces anglicos tractauerit, ad obtinendos ex iis carbones, quos Angli *Sinders*, et *Coaks* vocant, et fundendis metallis adhibent. E lithanthracibus, cucurbitae inditis, vi ignis, primo acidum aëreum expulit, deinde fumum album inflammabilem, qui aquae purae, quae in recipiente erat, olei fuſci ad modum innatabat. Ita ſupererant in cucurbita, quorum anglica nomina diximus, partes 73½ ex 100 lithanthracum, vt ex dato lithanthracum pondere triplo plures carbones obtineantur, quam lignei carbones ex aequali ligni pondere. Iam variis modis examinauit carbones ex lignis quercus, betulae, pini, abietis, ipſam etiam plumbaginem, examinatam SCHEELIO in actis 1779; quae ad carbones minerales pertinet. Ligneis carbonibus quod phlogiſton ineſt, quam rationem teneat, credidit inueſtigari poſſe, ſingularum ſpecierum detonatione cum nitro inſtituta, quod magis alcaleſcat a carbone plus phlogiſti continente. Ita medium ſumendo ex pluribus experimentis reperit 100 partes nitri, a partibus 35 carb. quercus, 22 betulae, 29 pinus, 33 abietis, 19 *Coaks*. Fatetur vero, hanc phlogiſti quantitatem in carbonibus eiusdem ſpeciei non ſemper eandem eſſe; Deinde multam operam collocauit, in aëris elaſtici, quae detonatione exeunt, ſpeciebus colli- p. 184. p. 185. p. 187. p. 188. p. 190.

colligendis, cognoſcendis, menſurandis, ſed haec experimenta non potuerint inſtitui, niſi adhibendo exiguas quantitates, 2 vel 3 aſſes pulueris carbonum iniiciendos 15–20 aſſibus nitri (continet autem vncia aſſes 553, vt monuit KAESTNERVS in additamento verſionis ſuae actor. anni 1756. p. 305, et tales aſſes intelligere Cl[um] HJELM ex numeris aliorum experimentorum, quae in progreſſu diſſertationis ſuae recenſet, confirmatur) maiora quanta, vaſa rumpunt. Igitur parum tuti ad menſuras inpri-
p. 195. mis faciens hinc colligi potuit. Id tamen reperit: Lithanthracum in carbones redactorum (*Coaks*) aſſes 100, praebere 267 digitos geometricos cubicos aëris, cuius circiter 60 ſe habent, vt acidum aëreum, reliqui vt atmoſphaericus aër, aut corruptus. Eſſe vero quod ex lithanthracibus ita praeparatis oritur, ter aut quater minus elaſticum aëris ſpeciebus, quae ex carbonibus ligneis exeunt. In his experimentis non omne aëris ex carbone producitur, cum magna pars etiam ſit acidi nitri. Id acidum, phlogiſto ſaturatum, ignis fit deſtruens, minore phlogiſti quantitate, fumi albi ſpecie apparet, ſi adhuc minus phlogiſti adſit, aëris ſpecie oculos non ferit, reliquas vero acidi proprietates ſuas retinet, et hoc ſtatu maxime elaſticum noſtro iudicatur. Igitur ſi carbo tam parum phlogiſti contineat, vt maxima pars acidi nitri abeat in illam aëris maxime elaſtici ſpeciem, de qua dictum eſt, exploſio, ex noſtri quidem ſententia, vehementiſſima fit, debiliſſima, ſi acido nitri tantum phlogiſti offeratur, vt in ignem abeat. His pro parte ſaltim ait, explicari, cur vehementiſſime detonent carbones quercus, leniter lithanthracum. Similibus ratiociniis quodammodo intelligi, cur pulueri pyrio parando alii carbones aliis aptiores ſint. Haec autem,

et

et multa alia, quae adducit, pluribus experimentis maiori in luce poterunt collocari.

III. DAV. LVDOV. MEIJER GERHARDSON methodum explicat *puluerem pyrium ope vaporis aquei ſiccandi.* Aheno immiſſa aqua, ad ebullitionem caleſit: Vapor per canalem ducitur, lamina cuprea tectum, ſupra quam puluis pyrius ſpargitur, a calore vaporis, nullo ab igne periculo ſiccandus. Hunc modum Auctor in Anglia ſuaſit, et experimento vtilem oſtendit. Igitur ſtructuram illi idoneam et enchireſes omnes fuſe deſcribit, additis variis ad id negotium pertinentibus. p. 202.

IIII. De *Vria Grylle* agit SAM. OEDMANN. Amplum *Colymborum* genus Linneanum recte a BRISSONIO in tria diuidi, et hanc, de qua acturus eſt, auem, ab eo et BRUNNICHIO ad Vrias referri, quae quomodo a Colymbis differant ex dictis auctoribus adducit. Multa vero circa hanc auem nondum expedita eſſe, mutationes, ab aetate natas, pro ſpeciebus haberi. Ipſius iudicio *Vriae*, Troile, et Grylle, reliquarum ſtirpes ſunt. BRUNNICHI *V. Grylloides*, n. 114; *Balthica* n. 115; item BRISSONII *V. ſtriata*, n. 4. non niſi pulli ſunt *V. Grylle.* Roſtrum nunquam ſanguineum eſt, ſemper nigrum. Auis quinto demum anno creſcere deſinit. Tunc vndique nigra eſt, ſplendore variante, in viridem colorem inclinante; quaeuis ala ornatur macula nata a quatuor ſtratis tectricum, remiges 30 nigrae, lateris interioris dimidio albo. Alarum tectrices inferiores albae. Pedum rubor cinnabarinus, vngulae nigrae, acutae, curuae, excauatae. Colorum ob ſexum nulla diuerſitas, aetate vſque ad illam, quae diximus, mutantur. Nutriunt pullos vſque ad Auguſti finem, deinde aetate prouectiores omnes mare petunt, iuuenes ad litora remanent, donec a glacie abigantur. Inde natus error ſubito colorem mutare, cum iuuenes p. 225. p. 229.

pro

pro adultis habitae ſunt. Varia addit, quae ipſe obſeruauit ad mare Balthicum, conſentanea illis, quae in locis magis borealibus obſeruata ſunt.

p. 235. V. ARVID FAXE experimento probat, quantum proſit *acidum vitrioli ad aquam in nauibus conſeruandam.* Vaſis aquam continentibus immiſſum eſt acidum vitrioli, aliis quidem tenue, aliis concentratum. Illud parum profuit; aqua enim ſaporem et odorem inamoenum contraxit. Sed vaſi, menſuras (*Kannen*) 72 continenti, immiſſae duae vnciae acidi concentrati aquam in itinere maritimo 16 menſium, inde a Suecia Hiſpaniam et Italiam verſus, ita ſeruarunt, vt poſt reditum adhuc incorrupta reperta ſit. Vncia acidi concentrati guttas 594 vel 600 praebet, aquae vncia guttas 344; menſura vero aquae ponderat vncias 80. Ita computat Noſter, guttis aquae 27520 (= 344·80) miſceri circiter guttas acidi 16; (accuratius $16\frac{2}{3}$; ſed praeter id, quod vtile eſſe poſſit ſciri, 16 guttulas inſtillandas eſſe menſurae aquae, nihil prodeſt numeros guttularum comparare, cum ſine dubio aquae guttulae, nec pondere, nec volumine, aequales futurae ſint guttulis acidi. Simplicius eſt et vtilius, ex eo, quod vncia acidi concentrati ſufficiat ſeruandis menſuris aquae 36, et adeo vnciis 2880, colligere, tot partibus aquae conſeruandis vnam acidi ſufficere.

p. 240. VI. CAR. PETR. THVNBERG deſcribit et depingit *noctuam ſerici Iaponicam.* Allata ipſi eſt phalaena ab interpretibus, quibus Bataui ad Iaponiam appellentes vtuntur, qui interpretes omnes adſeruerunt, eam eſſe, cuius larua, dum metamorphoſin ſubit, ſericum Iaponenſibus praebeat. Ad noctuas pertinet, non ad bombyces. Ipſam erucam, et modum, quo ſericum tractaret, videre non potuit, cum populi illi, vt notum eſt, Europaeis aditum

ad

ad interiora regni non permittant. Texturas ex ſerico efficiunt, tenuiſſimas, leuiſſimas, ſimul denſiſſimas, quas vix aqua penetret, elegantiſſimas, ſed quae ſingulae vix vlnae dimidiae latitudinem habeant, eam ob cauſſam non emuntur a Batauis, quod Europaeis veſtiendis non aptae ſint. p. 243.

VII. *Bulbocerus*, nouum genus coleopterorum, deſcribitur ab ERICO ACHARIO. Primum LINNEI merita in ordinandis inſectis laudat, ſed illis adiicienda, quae recentiores praeſtiterunt, inprimis FABRICIVS, cuius terminis artis vtendum, quod plures partes primo accurate obſeruauerit et deſcripſerit. Coleopterorum ſectiones cum GEOFFROY et DE GEER a numeris articulorum tarſi ſumendos, quibus ſaepius diſtinguantur genera, ceterum characteres plurimos communes habentia. Bulbocerus ad illam coleopterorum ſectionem pertinet, quae, quod ſingulis tarſis articuli 5 ſint, pentadactyla appellantur; ſunt vero ipſi antennae clava centraliter fiſſili, (perfoliata). Species, quam deſcribit, Noſtro *Cephalotes* appellatur, quod nomen ipſi dedit, qui primus reperit PALLAS. *Apteri* nomen, quo alii vſi ſunt, inutile fieret, ſi plures ſpecies reperirentur, quibus etiam conueniret. Vberius deſcribuntur, et delineata ſiſtuntur exemplaria a LAXMANNO Petropoli miſſa. p. 244. p. 247.

Trimeſtre quartum.

I. IO. FISCHERSTRÔM obſeruata varia edit, *de turfa bitumine ſaturata*, quibus locis in Suecia reperiatur, quomodo fodiatur, praeparetur, et ad vſum adhibeatur. Multa hic, ait, in melius mutari poſſe et exterorum exempla ciuibus ſuis proponit. p. 255.

II. *De turfa ferro malleando adhibenda* agit SVEN RINMAN. Turfa eo fine in carbones mutanda eſt. p. 279.

p. 282. III. ADOLPHVS MURRAY *ſingularem poſitum et diuiſionem venae cauae ſuperioris deſcribit et figuris illuſtrat*, deſcriptioni intelligendae neceſſariis, ſine quibus vix perſpicue dici ea de re poteſt. Valde ſimilem fatetur obſeruationem ſuam ei, quam deſcripſit PH. AD. BOEHMER in Faſc. I. Obſ. anat. et in diſſert. de confluxu trium cauarum.

p. 296. IIII. DAN. LVDOV. MEIJER abſoluit, quae *de puluere pyrio vapore calentis aquae ſiccando* dicenda habet. Non ſolum tutius multo, ſed et melius hoc modo puluerem ſiccari, ex quo maior vis aquae expellatur, ipſas impenſas multo minores eſſe. Eadem methodo rubia tinctorum ſiccata eſt, item, polenta toſta; maiora etiam atria tubis, quos pertranſeat vapor, calefiunt, id pannis ſiccandis adhibitum eſt.

p. 311. V. CAR. BLOM deſcribit *entero-epiplo-omphalocelen*, quocum infans in lucem edita eſt. Mater quarto geſtationis menſe, prona in terram cecidit. Infans iuſto tempore vitae ſigna edidit, et facili partu prodiit, debilior, aliquot poſt partum horis validior viſa, tumore quodam ſuper ventrem prominente, cuius quaedam loca paullatim nigreſcere coeperunt, altera, qua prodiit, die puella conuulſionibus extincta interiit. Aperire cadauer non permiſerunt parentes, itaque externam ſaltim herniae faciem deſcribit et depingit Noſter. Tumor (quem viuo infante, prout reſpirabat, adſcendiſſe et deſcendiſſe referebatur) efficiebatur ipſo peri-
p. 313. tonaeo, ſuper ventrem dimidii ſphaeroidis oblongi forma prominente, quod inde a duobus digitis tranſuerſis ſupra os pubis vſque ad ſcrobiculum cordis extendebatur, altitudine 2 ½ digitorum, perimetro 10 cum linea dimidia, veſicae vitulinae inflatae facie, depreſſus in ventrem rurſus exiens, annulo verrucoſo latitudinis duarum linearum cir-

cumdatus

cumdatus et cuti ac muſculis abdominis adhaerens, inter illum annulum et funiculum vmbilicalem tria vaſa ſanguine nigro coagulato turgentia. Dum animum reddebat infans pars ilei, per rupturam peritonaei exiit. Quod nudum apparebat peritonaeum, ſingulare hic eſſe monet, cum in herniis ſimilibus, quae poſt natiuitatem contingunt, cute tectum ſit.

VI. OL. AB ACREL praecedentibus quaedam addit: ortam ſine dubio herniam embryone lapſu matris percuſſo, eſſe tamen hic aliquid monſtroſi, vt, peritonaeum nudum ſine inuolucris; nam alias, cum frequenter naſcantur infantes cum herniis, nullam partium, quae ad corpus pertinent, deeſſe. p. 314.

VII. DAN. HENR. SÖDERBERG, M. D. *infantem* deſcribit, *cui deerant oſſa ſyncipitis, et magna pars oſſis frontis;* vnum alterumque diem vixit. Dum reſpiraret, cerebrum alternis vicibus attolli et deprimi viſum eſt. Mater obſtetricem accuſauit, oſſa ab illa comminuta eſſe. Sed cum natura factum eſſet, quod obſeruabatur, laudauit potius medicus obſtetricem, quod partibus mollibus adeo parum munitis vim nullam intulerit in partu ceteroquin facili et ordinario. Academia hunc caſum, cui ſimiles noti ſunt, inprimis ad obſtetrices excuſandas, ſi tale quidpiam rurſus contingat, edit. p. 317.

VIII. IO. CAR. WILCKE agit *de natandi ſubſidiis*. Scriptum iam anno 1770 Academiae obtulit. Inprimis examinat quod HALLONQUIST propoſuit, *ſcirpi* faſciculos colligatos ſiccos inſerendos p. 322. veſti, inter illum panum, qui exterius comparet, et ſubdititium. Sicci vero ſcirpi grauitatem ſpecificam reperit = 0, 148; aquae grauitate poſita = 1; aquae aliquo tempore immerſi, vbi aërem emiſit = 0, 157, compreſſum, vt aër expellatur, adhuc maiorem 0, 296; 0, 348; 0, 451; ita ſem- p. 319. p. 325.

 per

per ſatis leuis manet, vt ſcopo inſeruiat. Inferendus veſtibus eſt paulo ſupra femora, quo ſit, vt facilius erectum hominem in aqua ſuſtineat. Quae ipſi ſaepius madefacto et ſiccato contingere poſſit,
p. 321. nondum examinauit. NORBERG ſuaſit puluinaria farcire pennis auium aquaticarum, quae aquam repellunt, etiam puluinari madefacto; eaſdem veſtibus interiiciendas BRATT ſuaſit. Alius corticibus arborum diſſectis vti voluit.

p. 328. VIIII. *Stannum natura ſulphuri mixtum* deſcribit TORB. BERGMANN. Accepit inter alia mineralia Ruſſica, effoſſum in Sibiriae loco Nerchinſkoi. Qui miſit, pro antimonio habuit. Adeo autem ſimile erat auro quod dicunt Moſaico, vt primo pro artefacto habuerit. Minera cruſta circumdata erat, nucleum metallicum, fibroſum, albide ſplendentem tegente. Cruſtae particulae igni ante tubum ferruminatorium (*löthröhrchen*) expoſitae, flamma coerulea deflagrabant, odore ſulphuris, reſiduum calcinatum abibat in puluerem albidum, nullam ad fuſionem propenſionem oſtendentem, addito autem ſale microcoſmico fundebatur, ſed non niſi igne vehemente, globulus vitreus obtectus lactis colore erat, pauculas maculas rubras oſtendens, poterant vero, variato ignis gradu, colores hi aboleri et reuocari. Ita ſulphur ex odore colligit, ſtannum ex lacteo colore, cupri pauxillum ex maculis rubris. Quae vt confirmaret, ſtanni praecipitatum eodem modo tractauit et ſimilia obſeruauit. Eadem vidit in nucleo, niſi quod hic ſulphur odore proderet, non flamma. Itaque ſulphur alia copia in nucleo admixtum erat, alia in cortice. Nimis parum rarioris huius mineralis poſſidebat ad tentamina maiora inſtituenda. Obiter refert, examinaſſe ſe puluerem illum, qui ad inducendum frictione metallicum colorem (*bronziren*) ſtatuis ex gypſo factis

adhi-

adhibetur, aurum muſiuum eſſe cupro praecipitato mixtum, adſerunt libri eius compoſitionem deſcribentes. BERGMAN tamen in illo nihil ſulphuris aut ſtanni detegere potuit, non niſi cuprum et plumbum.

X. NIC. SCHENMARK *eclipſin ſolis* 17 Oct. 1781, p. 333. obſeruauit Londini Scanorum

XI. EAMDEM Scarae obſeruatam ANDR. FALK p. 334. deſcribit.

II.

CAROLI PETRI THVNBERG, *Med. Doct. Prof. Reg. et extraord. Academ. Caeſ. N. C. Reg. ſcient. Holmenſ. Societ. litter. Vpſal. Patriot. Holmenſ. Berolin. N. Scrut. Lundin. Harlemenſ. Amſteldam. Nidroſ. Membri*, Flora Iaponica, ſiſtens plantas inſularum Iaponicarum ſecundum ſyſtema ſexuale emendatum redactas ad XX claſſes, ordines, genera et ſpecies cum differentiis ſpecificis, ſynonymis paucis, deſcriptionibus concinnis et XXXIX iconibus adiectis. Lipſiae, in bibliopolio I. G. Mülleriano. 1784. 1 Alph. plagg. 6½. forma octaua.

Etſi non paucis abhinc annis tanta Florarum copia in publicum prodiit, vt merito de earum vtilitate dubitarent botanici, easque negligerent, negarentque botanicam illis ipſis multum augmenti cepiſſe: tamen vtilitas illarum in vniuerſum ipſis detrahi nequit, praſertim ſi in iis nouae plantae deſcribuntur, vel aliarum, minus recte vel obſcure deſcriptarum, certiores plantarumque naturam egregie illuſtrantes adumbrationes atque obſeruationes traduntur, errores circa eaſdem commiſſi cor-

 riguntur,

riguntur, vel noui, aut parum cogniti cuiusdam regni plantae et indigenae et cultae recenſentur, certis characteribus iuxta ordinem ſyſtematicum definiuntur, et omnia, quae de proprietatibus et vſu earum obſeruari poterunt, cognita redduntur. Tunc enim ex illis tamquam ex primo et puriſſimo fonte omnis botanica certitudo, atque ſyſtematum firmitas eſt haurienda. Quae cum ita ſint, *Flora Iaponica* profecto libris botanicis optimis, nouiſque incrementis locupletiſſimis annumeranda eſt: eidem enim, ſi vni, certe omnes commemoratae laudes ſunt tribuendae. Atque ita Clariſſimus THVNBERG ſatis fecit officio floriſtae, vt iterum in Eo habeant, quem ſequantur et imitentur peregrinatores et botanici, mirandumque ſit, Cl^um^ Auctorem tantum perfeciſſe in regno fere inacceſſo, atque Iaponenſium ſuſpicaci et inuida erga Europaeos cogitandi ratione munito quaſi, et muris cincto. Recte itaque Cl^us^ FAGRAEVS in litteris ſalutatoriis, libro praemiſſis, facta opuſculorum Thunbergianorum recenſione, ſcribit: „*Prodit nunc Flora Iaponica* THVNBERGIO *et Botanicorum deſiderio digna: continet haec plantarum ſpecies fere mille, interque has vltra* 800 *determinatas, dum reliquas anni tempus determinare vetuerit: mirabitur poſteritas induſtriam, dum nouerit, medicum legationis, intra XVI menſes, in territorio Europaeis inacceſſo, genera plantarum vltra* 20, *ſpecies vltra* 300 *nouas detexiſſe et deſcripſiſſe: aperuit* KAEMPFERVS *viam,* THVNBERGIO *ſoli contigit hanc adire Corinthum. Gratulor*, inquit, *Botanicis, gratulor* TIBI *de opere illis exoptatiſſimo,* TIBI *non coaeuo, ſed ſuperſtite, et, vt meretur, immortali. Si retinet Botanica nomen et eum nomine memoriam ſui cultorum, neſcio,* pergit, *an quisquam* TE *dignior tali memoria, nunquam intermoritura! Virebit igitur* Thunbergia *poſt fata* TVA,

florebit

florebit quotannis memor TVORVM *in plantis amorum.* „ Hactenus FAGRAEVS, cuius quidem iudicio nos vbique adſentimur.

Quum igitur tanta nouorum botanicorum huic libro inſit vbertas, impedimur ea ipſa, quo minus omnium epitomen tradamus: quod etiam ſuperfluum fore putamus, cum vix vnus botanicorum futurus ſit, qui ipſum librum non legat relegatque, fructusque vberrimos ex eodem capiat. Rationem potius, qua vſus eſt Cl. Auctor in conſcribenda hac flora, et nonnulla, exempli loco, indicemus.

In praefatione lectu digniſſima, *ſitus et clima* Praefat. *regni Iaponici* definitur, *occaſio adeundi Iaponiam ibique colligendi plantas* indicatur, tum rationes *ſyſtematis* traduntur *auctores, qui de plantis iaponicis ſcripſerunt*, enumerantur, *nominum botanicorum* et *Iaponicorum* leges et ſignificatio recenſentur, et denique plantarum vtilium et cultarum catalogus ſummatim repetitur. De ſingulis quaedam. Ia- p. XI. ponia paucos campos, colles vero et montes pluri-mos, ſaepe altiſſimos habet: calor aeſtiuus magnus, ad gradum 100 thermometri Fahrenheitiani, vix tolerandus foret, niſi a ventis mitigatus: frigus hiemale ad plures gradus infra punctum congelationis valde intenſum eſt. Ipſum ſolum vtplurimum argilloſum, quandoque magis ſabuloſum, minus per ſe, quam per indefeſſos incolarum labores, fertile.

Ill. BVRMANNO occaſionem adeundi Iaponiam p. XII. acceptam refert: huius enim commendatione factum eſt, vt nomine et ſumtibus Ill. VRY. TEMMINK, VAN DER POLL, VAN DER DEUTZ et DAVID TEN HOVEN in Iaponiam iter inſtituere poſſet. Poſtquam igitur in capite bonae ſpei

per triennium verſatus fuit, anno 1775 in Iauam atque inde eodem anno in Iaponiam delatus eſt. Hic autem ſummas difficultates in eo, quod nulli Europaeo ſine venia et cuſtodum turba Inſulam intrare permiſſum eſt, ſibi ad colligendas plantas paratas inuenit: quas tamen donis, officiis ſponte praeſtitis, curationibus medicis feliciter inſtitutis aliisque modis ita vicit, vt tandem a Gubernatore vrbis libertatem nanciſceretur, plantas, nonnullis ſtipatus ducibus, colligendi. Sumtuoſa tamen maxime Auctori euenit quaeuis excurſio: cibus enim et potus comitibus, viginti aut triginta hominum numerum conſtituentibus, praebendus, 16 ad 18 conſtabat thaleris imperialibus, vt pauca vegetabilia et ſemina tanto exiſtimet comparata pretio, atque haec, quae in collibus magno labore pluribusque incommodis collegit. Alias plantas ex pabulo, quod pecudi alendo Batavi contulerunt, delegit, atque ita plura rara detexit vegetabilia. Medici Iaponici KAFRAGAWA FOSIU et NAKAGAWA SUNNAN cum auctore naturalia Iaponica communicarunt, eidemque nomina Iaponica indicarunt.

p. XIX. Syſtema Linneanum quidem in plurimis ſecutus eſt; aliquot tamen claſſes, *Gynandriam*, *Monoeciam*, *Dioeciam* et *Polygamiam*, tanquam inutiles, incertas et ſpurias excluſit, earumque plantas aliis claſſibus, ad quas, ipſa monſtrante viam natura, pertinent, inſeruit. In tota enim Gynandria vix aliae, quam Orchideae gynandrae ſunt, ſi vel illae ita appellari mereantur, quae adeo piſtilli partes habent confuſas, vt de ſtylo et ſtigmate vix quidquam certi ſtatuendum. *Ariſtolochia* maiori iure Hexandriae, *Gunnera*, cuius filamenta germinis bidentati lateribus inſerta ſunt, Diandriae adſcribi debent. *Siſyrinchium* et *Ferraria* tria filamenta connata

nata gerunt in cylindrum, a ſtylo omnino ſeparata: pertinent igitur potius ad Triandriam vel Monadelphiam. *Salacia* et *Stilago* et *Nepenthe* ipſi germini vel filamenta vel antheras inſerunt. In *Ayenia* filamenta inſident nectario, in *Gluta* et *Paſſiflora* infixa ſunt potius nectario ſingulari (vel potius receptaculo elongato columnari): in *Kleinhovia* ſtamina ſunt intra nectarium. In *Piſtia* et *Zoſtera* filamenta ſpatio quodam remouentur a piſtillo. *Grewia* et *Xylopia* ſunt polyandriſtae. Piperitarum genera, *Arum*, *Dracontium*, *Calla* cet. ſtamina in receptaculo elongato gerunt vel ſeparata a ſtigmatibus, vel illis immixta, nunquam inſidentia; referenda igitur ſunt ad Polyandriam, easdem ob rationes, ac *Annona*, *Michelia Gnetum* et *Magnolia*.

Monoeciae et *Dioeciae* claſſes lubenter retinuiſſet, ſub nomine Dicliniae in vnam contractas, ni naturae repugnaſſet, et plurimae in examinandis vegetabilibus difficultates id impediuiſſent. *Cynomorium*, *Rhodiola*, *Myriophyllum verticillatum*, *Coriaria*, *Meniſpermum* ſaepe habent flores hermaphroditos, adeoque ad Polygamiam debuiſſent referri. E *Callitrichis* duabus ſpeciebus altera eſt monoica, altera hermaphrodita. *Ruſcus racemoſus* floribus hermaphroditis inſtruitur. Populus dioicos et monoicos flores gerit. *Spinacia oleracea* dioica, monoica et hermaphrodita ab Auctore viſa eſt. *Rhodiola* communiter dioica reperitur, profert tamen quoque flores hermaphroditos. Ex his aliisque patet, variare admodum flores monoicos et dioicos; praeterea etiam in multis floribus maſculinis etiam rudimentum adeſt piſtilli, vt in *Euclea*, *Hydrocharide*, *Iatropha* et aliis. Retentis igitur his claſſibus, plurimum oboritur confuſionis, nec vnquam quid certi erit in plantis polygamis, vel p. XXI.

 quae

quae variant floribus dioicis et monoicis. Nulla e contrario erit difficultas, ſi plantae flore maſculino amandantur ad claſſes hermaphroditicas, iuxta numerum ſtaminum, et ad ordinem, iuxta numerum ſtyli, in flore feminino, ſiue ſint praeterea monoicae, vel dioicae, vel polygamae.

p. XXII. *Polygamiae* claſſis, ſi vel praecedentes duae retineri poſſent, omnino abroganda eſt ex Cl[i] Auctoris mente. Non ſolum enim plures aliae plantae, vt vmbellatae, ſyngeneſiſtae, et aliae, floribus inſtruuntur polygamis: ſed etiam in plurimis plantis, ad polygamiam relatis, illi flores, qui alterutrius tantum eſſe ſexus dicuntur, adſunt rudimenta ſtaminum et piſtilli. Claſſe Polygamiae retenta difficultas maxima occurrit circa omnium vegetabilium examen accurate inſtituendum. Planta hermaphroditica enim inuenta, tuto ea ad primas ſyſtematis claſſes referri nequit, ob metum, alibi creſcere poſſe plantam, floribus vel monoicis vel dioicis praeditam. Methodus igitur examinandi tutior et facilior redditur cum abolitione huius claſſis. Hermaphrodita enim planta ſtatim iuxta pluralitatem ſtaminum ad illam claſſem referri poteſt, cui plantae aliae eiusdem ſtaminum numeri adnumerantur: planta maſculina ex numero filamentorum ad claſſem refertur, et vt indagetur ordo, alter tantum indagandus eſt ſexus. Ita *Muſa* reuera eſt hexandra, filamenta enim antherifera ſemper ſex cum piſtillo adſunt, licet quinque antherae ſteriles fuerint. In *Valantia*, *Veratro*, *Acere*, *Dioſpyro*, *Gouania*, *Begonia*, *Fraxino*, *Piſonia* ſemper adſunt piſtilla, quorum quaedam abortiunt, vt in *Pruno ceraſo* quandoque et plurimis aliis. In *Anthoſpermi* indiuiduis nunquam flores hermaphroditos, ſed ſemper dioicos reperit.

p. XXIV. Male ergo, pergit Cl. Auctor, in quatuor hiſce claſſi-

claſſibus ſuperfluis ſeparatae fuerunt *Centella*, *Solandra*, et *Mercurialis afra* ab *Hydrocotyle*, *Hermas* a *Bupleuro*, *Panax* et *Arctopus* ab vmbellatis, *Atriplex* a *Chenopodio*, Gramina a Triandris, *Veratrum* a *Melanthio*, et quae ſunt reliqua. *Palmas* ſuis claſſibus inſeruit.

Loca creſcendi ea indicauit, vbi Ipſe plantas inuenit, etſi et alibi easdem vigere poſſe concedit: id quoque *florendi tempus* commemorauit, quo florentes herbas inuenit, licet et aliis menſibus florere poſſint. Fructus maturationem etiam obſeruavit, dum licuit.

Synonyma Auctorum euitauit, neque praeter LINNEI ſpecies plantar. et KAEMPFERVM, alium quem citauit. Habent Iaponenſes libros quosdam botanicos, quorum titulos recenſet et contenta. p. XXV.
Nomina botanica Linneana retinuit; nouis plantis propria dedit nomina tam generica, quam triuialia, et quidem breuia. *Iaponica* nomina ſunt vel a Sinenſibus mutuata, quae in libris occurrunt, et a doctis vſurpantur, vel ſunt vulgaria et vere Iaponica. Subiungit Cl. Auctor rationes, iuxta quas Iaponenſes nomina plantis tribuunt, atque ſtudii plurimum in iis extricandis et declarandis adhibuit. p. XXVII.

Vſum plantarum vt indagaret, omnem dedit operam: eſtque is vel medicus, vel oeconomicus. Oeconomicae plantae ſunt vel edules vel tinctoriae, vel aliis in circumſtantiis vtiles. p. XXXII.

His breuiter in praefatione expoſitis, ſequitur ſyſtematicus catalogus omnium in flora hac deſcriptarum plantarum, nominibus genericis et triuialibus, ſub titulo *Florulae Iaponicae*. Hanc excipiunt *genera noua Iaponica*, genericis ſuis characteribus et naturalibus et eſſentialibus definita. Quae quidem ſunt haec:

1) *Kyl-*

1) *Kyllinga:* amento ouato, imbricato, calyce et corolla biglumibus.
2) *Orixa:* nou. gen. P. III. p. 56. vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 653.
3) *Othera:* vid. ibidem. p. 652.
4) *Skimmia:* vid. ibidem. p. 653.
5) *Aukuba:* nou. gen. P. III. p. 61. vid. ibid.
6) *Nigrina:* nou. gen. P. III. p. 58. vid. ibid.
7) *Gonocarpus:* nou. gen. P. III. p. 55. vid. ibidem.
8) *Doraena:* vid. ibid. p. 59. vid. ibidem.
9) *Weigela:* v. ib. I. p. 5. vid. ibid. p. 646.
10) *Bladhia:* v. ib. p. 6. vid. ib. p. 647.
11) *Hovenia:* vid. ib. p. 7. vid. ibid.
12) *Bumalda:* vid. ib. III. p. 62. vid. ibid. p. 653.
13) *Pollia:* vid. ib. I. p. 11. vid. ib. p. 647.
14) *Lindera:* vid. ib. III. p. 64. v. ib. p. 653.
15) *Nandina:* vid. ib. I. p. 14. vid. ib. p. 648.
16) *Deutzia:* vid. ib. I. p. 19. vid. ibid.
17) *Tomex:* vid. ib. III. p. 65. v. ib. p. 653.
18) *Apactis:* vid. ib. p. 66. vid. ibid.
19) *Eurya:* vid. ibid. p. 67. v. ib. p. 654.
20) *Cleyera:* vid. ib. p. 69. vid. ib.
21) *Dryandra:* vid. ib. p. 60. vid. ib. p. 653.

Quod iam ipſam Floram, ſpeciesque plantarum in ea recenſitarum attinet, reperiuntur hic plures, quas communes cum Europa, America, et India orientali, praecipue boreali et imperio chinenſi Iaponia alit: europaeae plantae ſunt e. g. *Callitriche verna*, *Liguſtrum vulgare*, *Veronica anagallis*, *chamaedrys*, *aruenſis*; *Verbena officinalis*, *Fraxinus excelſa*, *Lemna minor*, *Salix alba*, *Serapias longifolia*, *Valeriana officinalis*; gramina plura. *Galium verum*, *vliginoſum*; *Betula alba*, *alnus*; et multae aliae.

aliae. Exoticae americanae, indicae, et chinenſes: Canna indica, Nyctanthes Sambac, Epidendrum monile, Moraea chinenſis, Sacchari ſpecies, Phyllanthus Niruri, Azalea indica, Nicotiana Tabacum, Ceanothus aſiaticus, Gardenia florida, Sambucus canadenſis, et aliae multae, quae, ſi opus erat, egregiis obſeruationibus, plantarum naturam et ſtructuram illuſtrantibus, ab Auctore in viuis plantis inſtitutis, comitatae ordine ſyſtematico enumerantur.

In nouis plantis, primum in Iaponia detectis et inuentis, deſcribendis Cl[i] Auctoris diligentia magnis eſt laudibus celebranda, qua adeo perfectas earum dederit adumbrationes, vt botanici ſaltim imaginibus facile carere queant. Miſſis his, quas ex ipſo libro cognoſcere neceſſe eſt, nos charactères ſingulares quarundam decerpamus, et nonnullas vſu praecipue notabiles indicemus. Ad priores pertinent:

Oſyris Iaponica foliis ouatis floriferis. Flo- p. 31.
res e neruo medio foliorum paginae ſuperioris vmbellati, maſculi et feminei diſtincti in diſtincta arbore. *Perianthium* 1phyllum tripartitum. *Corolla* nulla. *Filamenta* 3, calyce breuiora: *antherae* rotundae didymae. *Flores femineos* non vidit Cl. Auctor; forte nouum genus, quod detecta femina definiendum erit. Folia pro cibo praeparata edulia eſſe incolae narrabant.

Andropogon cotuliferum, panicula patula villoſa, p. 41.
ariſta tortili nuda, pedicellis incraſſatis patheriformibus, ſingulare eo, quod omnes pedicelli apice concaui pro excipiendo flore. *Azaleae indicae* plures p. 84.
varietates pentandrae ſunt; aliae, licet rarius, hexandrae et heptandrae inueniuntur. Aliis calyx valde villoſus, aliis valde hirſutus. *Sambuci canadenſis* et *ni-* p. 126.
grae fructus in Iaponia non maturantur. *Lythrum* p. 192.
Salicaria iaponicum totum glabrum eſt. *Meſpilus* p. 206.

Iaponi-

Iaponica, inermis, foliis oblongis, apice ſerratis, ſubtus tomentoſis, baccam habet ſubloculárem 1 – 5 ſpermam, quae itaque fere pomum eſſe videtur. Sapor fructus edulis acido-dulcis eſt fere pomi.
p. 265. *Cupreſſus pendula*, foliis oppoſitis ouatis, ramulis dichotomis pendulis, pulchra eſt arbor ramulis ſuis longiſſimis, dichotomis et dependentibus maxima copia, facillime ab omnibus aliis huius ordinis ſem-
p. 273. peruirentibus diſtinguitur. *Camellia ſaſanqua* ſtamina interdum connata in plures phalanges habet, ſimilisque adeo eſt *Theae*, vt nihil fere, niſi ſtamina connata, eam diſtinguat. Ideoque etiam, et propter ſuauem foliorum in vmbra ſiccatorum odorem, Theae adduntur.

Eorum, quae de vſu plantarum commemorauit,
p. 64. nonnulla ſunt haec: *Fagarae piperitae*, foliolis crenatis, cortex, folia et fructus aromatici, in iuſculis loco piperis ſaepe adhibentur. Folia trita et cum farina oryzae in pultem redacta partibus e rheumatiſmo dolentibus inſtar veſicatorii imponuntur,
p. 71. vti etiam bubonibus. *Vrticae niueae* vſus eſt duplex: 1. cortex pro funibus conficiendis et filis validis ad texturas expetitur. 2. e ſeminibus oleum
p. 72. cauſticum exprimitur. E cortice *Mori papyriferae* omnis conficitur charta iaponica, tam ſcriptoria, quam craſſior, rudior et tenuior, pro quouis alio vſu. Deſcribit vberius Cl. Auctor methodum prae-
p. 91. parandi, vſum chartae eiusque diuerſitates. E farina ſeminum *Mirabilis Ialappae* conficiunt Iaponenſes fucum album, quo faciem quandoque ob-
p. 94. ducunt feminae. *Lycium Iaponicum* pro ſepibus viuis hinc inde plantatur. *Lycium barbarum* inſervit 1) pro ſepimentis areolarum iuxta domos; 2) eius folia in morbis quandoque adhibentur inſtar Theae; 3) aliquando fructus eiusdem veſcen-
p. 118. dos praecipiunt medici. *Sium Ninſi* ſummum in Iapo-

Iaponia creditur cordiale et cariſſime emitur e Chi-
na boreali illuc allata radix. Verſante THVNBER-
GIO in Iaponia, libra vna ſelectae radicis Ninſi con-
ſtabat 600 imperialibus. *Rhus vernix* ſelectiſſi- p. 121.
mam vernicem Iaponicam ſtillat, Chinenſi et Sia-
menſi multum praeſtantiorem, cuius parandae mo-
dum tradit Cl. Auctor. Oleum ſeminum expreſ-
ſum pro candelis inſeruit. Eundem vſum praeſtat p. 122.
Rhus ſuccedaneum, parcam tamen fundit vernicem.
Baſellae rubrae baccae pro tingendis ſerico et goſ- p. 127.
ſypio rubris Iaponenſibus inſeruiunt. *Conualla-
riae Iaponicae*, ſcapo nudo ancipiti, racemo cernuo, p. 139.
radices tuberoſae, ſaccharo conditae, aegris com-
mendantur. Ex ligno *Linderae vmbellatae* confi- p. 146.
ciunt Iaponenſes penicillos molles pro purifican-
dis dentibus. *Oryza* Iaponica omnium aliarum p. 148.
regionum praeſtat, ob albedinem, mollitiem et pin-
guedinem; cara tamen eſt et raro in Europam
transuehitur. *Polygonum chinenſe* eſt planta coe- p. 167.
ruleo-tinctoria inſtar Indigo: folia ſiccata et con-
tuſa in placentam redacta conſeruantur et vendun-
tur pro tingendis tam ſerico, quam goſſypio. Eun-
dem in finem etiam *Polygonum barbatum* et *auicu-
lare* coluntur. *Polygoni multiflori* foliis cordatis, p. 169.
caule volubili angulato, florum panicula ramoſa,
radix cordialis dicitur, eumque in finem a Iaponen-
ſibus cruda adhibetur. E *Lauri Camphorae* bac- p. 172.
cis ſeuum exprimitur, quod pro candelis faciendis,
loco cerae, adhibetur. Camphora omnis ex hac
arbore ſublimatur: quod ruſtici perficiunt, qui
tam radices, quam ligna trunci in feſtucas commi-
nuta, cum aqua affuſa coquunt in veſica ferrea. Im-
poſito capitello fictili amplo et roſtrato ſublimatam
reſinam excipiunt ſtramini, quod capitellum reple-
bat, adhaerentem. Camphora haec in India et Eu-
ropa ſublimatione purificatur. *Deutziae ſcabrae* p. 185.

folia

folia ſcabra pro laeuigandis et poliendis variis e ligno confectis rebus a fabris lignariis adhibentur.
p. 227. *Theae* foliorum collectio triplici vice peragitur. 1. menſe martio, dum folia tenella et vix integre explicata per duos vel tres dies fuerunt: haec pretioſiſſima ſunt et Theae Caeſareae vel florum Theae nomine veneunt. 2. aprili, dum folia explicata cum aliis ſemiexplicatis colliguntur. 3. vberrima collectio fit menſe maio, foliorum in tres claſſes diuidendorum. Folia decerpta torrentur ſupra laminam ferream, et toſta, dum feruent, voluuntur volis manuum ſupra ſtoream, donec criſpa reddantur. Thea toſta et frigefacta recondenda et ab aëre caute munienda erit. Vim folia habent inebriandi et ſpiritus animales turbandi recentia, exhilarandi autem adultiora; obſtructiones viſcerum reſerant, ſanguinem defoecant et tartaream calculi materiam
p. 229. eluunt. *Cycas reuoluta* frondibus pinnatis, foliolis margine reuoluto, drupas fert, quae comeduntur: medulla autem caudicis ſupra modum nu-
p. 235. triens inprimis magni aeſtimatur. *Illicii aniſati* vſus eſt quadruplex: 1) praeſentia eiusdem delectari Deos docent ſacerdotes Chinae et Iaponiae; 2) puluis corticis in altaribus ex vaſis aeneis gliſcens, pergrato ſuffitu idola reficere creditur; 3) ramulus eiusdem decoctioni piſcis *Tetraodontis hiſpidi* additus, venenum multis gradibus exaſperare creditur; 4) cortex in puluerem redactus excubitoribus ſeruit pro fomite, quo canaliculis cineri impreſſis inſperſo et ad certum ſpatium lenta ſcintillatione depaſto tempus diuidunt, et horas indi-
p. 238. cant. *Vuariae Iaponicae* caules decorticati aquae imponuntur, vt inde extrahatur mucilago, quae pro crinibus glabrandis et lubricandis a feminis iaponicis adhibetur: mucilago huius foliorum et caulium confectionem chartae iaponicae etiam ingreditur.

ingreditur. *Ocymi criſpi*, racemis terminalibus, fo- p. 248.
liis ouatis ſerratis criſpis, calycibus hiſpidis; de-
coſto tingunt Iaponenſes radices Raphani, Rapae
et fructus varios, colore ſaturate rubro. *Clero-* p. 256.
dendri trichotomi, foliis lobatis indiuiſisque lato-oua-
tis integris, panicula trichotoma, odor foliorum vi-
roſus. In ligno ramorum habitat larua inſecti,
qui infantibus, vermibus ventriculi laborantibus,
cum cereuiſia propinatur. *Taxi nuciferae* fructus p. 275.
locum inter acrodrya menſae ſecundae obtinet:
dicitur ſanus eſſe, et, licet fauces adſtringat, aluum
tamen laxare. Semina *Dolichos Sojae* quotidie in
iuſculis adhibentur, et communiſſimum Iaponen- p. 282.
ſium ferculum, ſaepe ter de die, conſtituunt. *Pte-*
ridis aquilinae frondes iuniores edules ſunt, etiam
radix lignoſa, contuſa et cocta a pauperibus come-
ditur. *Polypodii dichotomi* cineres cum alumine p. 332.
pulueriſato adhibentur contra aphthas et excoria-
tiones oris et alias.

Plantae nouae in tabulis delineatae ſunt ſe-
quentes:

Tab. 1. *Liguſtrum Iaponicum*, foliis ouatis acu- p. 17.
minatis, panicula decompoſite trichotoma.

Tab. 2. *Olea fragrans*, foliis lanceolatis ſerratis, p. 18.
pedunculis lateralibus aggregatis vnifloris.

Tab. 3. *Syringa ſuſpenſa*, foliis ouatis ſerratis p. 19.
ternatisque.

Tab. 4. *Dianthera Iaponica*, pedunculo axillari p. 21.
ſolitario ſubquadrifloro, bracteis oblongis ci-
liatis.

Tab. 5. *Saluia Iaponica*, foliis bipinnatis glabris. p. 22.

Tab. 6. *Valeriana villoſa*, floribus 4andris aequa- p. 32.
libus, foliis inferioribus auriculatis, ſuperiori-
bus dentatis, villoſis.

p. 40. Tab. 7. *Andropogon crinitum*, ſpica ſolitaria hirſuta, ariſtis nudis geniculatis longiſſimis.

p. 45. Tab. 8. *Paſpalum villoſum*, ſpicis alternis ſecundis, rachi hirſuta, floribus duplici ordine alternis ſecundis.

p. 48. Tab. 9. *Panicum hordeiforme γ.*

p. 50. Tab. 10. *Poa barbata*, panicula patula capillari, ſpiculis 6floris oblongis, glumis glabris carinatis, geniculis barbatis.

p. 52. Tab. 11. *Bromus Iaponicus*, panicula patente ramoſa, ſpiculis oblongis glabris, ariſtis diuaricatis.

p. 64. Tab. 12. 13. *Aukuba Iaponica.*

p. 66. Tab. 14. *Elaeagnus vmbellata*, inermis, foliis obouatis obtuſis, floribus axillaribus aggregatis, pedunculis flore breuioribus.

p. 69. Tab. 15. *Gonocarpus micranthus.*

p. 90. Tab. 16. *Weigela Iaponica.*

p. 93. Tab. 17. *Lycium Iaponicum*, inerme, foliis ouatis neruoſis planis, floribus ſeſſilibus.

p. 95. Tab. 18. *Bladhia Iaponica*, foliis ſerratis glabris.

p. 96. Tab. 19. *Bladhia villoſa*, foliis ſerratis villoſis.

p. 109. Tab. 20. *Gardenia radicans*, inermis, corollis obtuſis, calyce angulato, foliis ellipticis, caule radicante.

p. 145. Tab. 21. *Lindera vmbellata.*

p. 181. Tab. 22. *Andromeda Iaponica*, racemis paniculatis cylindricis bracteatis, foliis ellipticis reflexis, apice ſerratis.

p. 183. Tab. 23. *Dianthus Iaponicus*, floribus aggregatis faſciculatis, ſquamis calycinis acutis ciliatis tubo breuioribus.

p. 185. Tab. 24. *Deutzia ſcabra.*

p. 191. Tab. 25. *Eurya Iaponica.*

p. 234. Tab. 26. *Houttuynia cordata.*

p. 267. Tab. 27. *Dryandra cordata.*

Tab.

Tab. 28. 29. *Croton Iaponicum*, foliis indiuiſis trilobisque ouatis acuminatis integris glabris. p. 270.

Tab. 30. *Camellia Saſanqua*, foliis obtuſe ſerratis emarginatis. p. 273.

Tab. 31. *Hypericum Iaponicum*, floribus trigynis, foliis ſeſſilibus ouatis integris, caule herbaceo tetragono baſi decumbente. p. 295.

Tab. 32. *Oſmunda ternata*, ſcapo caulino ſolitario, fronde tripartita ſupradecompoſita. p. 329.

Tab. 33. *Acroſtichum Lingua*, frondibus oblongis obtuſis integris petiolatis, ſurculo repente. p. 330.

Tab. 34. *Acroſtichum haſtatum*, fronde ſimplici haſtata. p. 331.

Tab. 35. *Blechnum Iaponicum*, fronde bipinnatifida: pinnulis ouatis obtuſis ſerratis. p. 333.

Tab. 36. *Polypodium falcatum*, frondibus pinnatis: pinnis cordatis falcatis acuminatis integris, fructificationibus approximatis ſparſis. p. 336.

Tab. 37. *Polypodium dichotomum*, frondibus dichotomis bipinnatis; pinnulis linearibus integris parallelis. p. 338.

Tab. 38. *Lycopodium ſerratum*, foliis quaternis lanceolatis ſerratis, floribus ſeſſilibus in axillis foliorum. p. 341.

Tab. 39. *Boletus dimidiatus*, ſtipitatus perennis, pileo dimidiato vndulato laeui, poris albis. p. 348.

Quasdam ſpecies Linneanas Cl. Auctor aliis generibus ſubmiſit. e. g.

Andropogon polydactylon	LIN. eſt Auctori	*Saccharum polydactylon.*	p. 42.
Alopecurus hordeiformis	— —	*Panicum hordeiforme.*	p. 46.
Veratrum luteum	— —	*Melanthium luteum:* flo-	p. 153.

res enim eius omnes fertiles; germen vnicum, non tria; petala integra, non ſerrata; capſula vna, nec tres.

p. 99. Praeterea *Celaſtro alato*, cuius flores non vidit, ob capſulam tamen 1locularem *Celaſtrum* dixit, ſubiungit: haec duo genera, *Euonymum* et *Celaſtrum*, valde affinia eſſe, vixque ſeparari debere.
p. 104. Idem de *Viti* et *Ciſſo* iudicat, quae idem genus, ſta-
p. 160. minibus 4 et 5 varians, eſſe ait. Sic quoque putat, *Daphnen* et *Paſſerinam* nimis affinia eſſe genera, vixque flore diſtinguenda, niſi ſtylo, qui in Paſſerinis filiformis et longitudine tubi corollae eſt, in Daphne autem breuiſſimus. Plura alia noua et ſcientiam botanicam egregie locupletantia lectori botanico - medico legenda commendamus.

p. 350. Quod reliquum eſt, addit Cl[us] THVNBERG 104 plantas obſcuras, quarum genera per breue tempus, quo in Iaponia verſabatur, vel non certe ſatis, vel plane non definire potuit, breuibus ta-
p. 371. men deſcriptionibus illuſtratas: nec non explicationem illarum plantarum Iaponicarum, quas in amoenitatum exoticarum faſciculo quinto recenſet KAEMPFERVS: ita, vt numerus plantarum obſcurarum ſ. incognitarum in Kaempferiano catalogo valde ſit diminutus. Index duplex, alter generum, alter nominum Iaponicorum, denique ſubnexus eſt.

III.

Iris, quam diſſertatione botanica delineatam Praeſide CAR. P. THVNBERG publ. exam. ſubiicit OL. IAC. EKMANN. d. XVI. Dec. ann. MDCCLXXXII. Vpſal. 4. plagg. 5. tabb. 2.

Prolixi Iridis generis noua haec expoſitio certiſſime gratum inueniet Lectorem, cum duodecim nouarum

nouarum (quamuis ex parte in LINN. *ſupplem.* ſuppeditante Noſtro memoratarum) ſpecierum africanarum a Cel. THVNBERGIO in promontorio bonae ſpei lectarum, deſcriptiones exhibeat, quarum quinque in tabulis annexis nitide ſunt exſculptae. Indicato in variis ſyſtematibus loco (§. II.) data deſcriptione generis (§. III.) corolla 6petala inaequali, petalis alternis geniculato-patentibus, ſtigmatibus tribus cucullato-bilabiatis dignoſcendi, ab *Ixia*, *Croco*, *Gladiolo*, *Antholyza*que corolla hexapetala, a proxime affini *Moraea* petalis dictis alternis erectis, ſtigmatibusque dictis diſtinguendi, cuius ſpecies africanae ſaepe monadelphae, ſpecierum Noſter tradit characteres (§. IV.) deſcriptionem (§. V.) ſynonyma (§. VI.) locum (§. VII.) florendi tempus (§. VIII.) vſumque (§. IX.), vnde excerptam ſequentem ſpecierum expoſitionem Lectori beneuolo acceptam fore putamus.

* *Barbatae*

a) *foliis enſiformibus.*

1. *I. ciliata*, foliis ciliatis. (LINN. *ſupplem.*) Hab. in Africae collibus, prope vrbem Cap.
2. *I. minuta*, foliis glabris, ſcapo, vnifloro, petalis oblongis acutis (LINN. *ſuppl.*) Hab. in procliuitate montis Leuweſtart dicti prope Cap, vrbem.
3. *I. pumila* LINN.
4. *I. ſuſiana* LINN.
5. *I. florentina* LINN. ſimillima *I. Germanicae*; differt petalis albis integris, minorum marginibus baſi reflexis, maioribus magis erectis, ſtigmatis labio crenato magisque erecto.
6. *I. biflora* LINN.
7. *I. aphylla* LINN. Patria adhuc ignota.
8. *I. variegata* LINN.

9. *I. germanica* LINN.
10. *I. ſambucina* LINN. ſimilis *I. germanicae;* differt petalis maioribus ſaturatius violaceis ſubemarginatisque, minoribus emarginatis ſaturatius coeruleis, ſtigmatibus acutis, ſerratis, carina coeruleſcente.
11. *I. ſqualens* LINN. Differt a *germanica* petalis *maioribus* medio replicatis, ſaturatius violaceis, venis albis flaueſcentibus, et in medio coeruleſcentibus, *minoribus* ſtigmatibusque ſqualide flauis emarginatis.
12. *I. compreſſa*, foliis glabris, ſcapo paniculato compreſſo. (LINN. *ſupplem.*) Hab. in interioribus regionibus Hottentottorum.
13. *I. dichotoma*, foliis glabris, caule paniculato tereti. (LINN. l. c. PALL. it. III. 714. T. A. f. 2.)
b) *foliis linearibus.*
14. *I. tripetala*, folio longiore, ſcapo vnifloro, petalis alternis ſubulatis (LINN. *ſupplem.*) Hab. in collibus prope Cap vrbem Africae.
15. *I. tricuſpis* LINN. ſcapo ſubbifloro, petal. alternis trifidis. Habitat ibidem in collibus infra Duyvelsberg copioſe.
16. *I. plumaria*, ſcapo multifloro, ſtigmatibus ſetaceo-multifidis. (Moraea *iuncea*, *vegeta*, LINN. *ſpec. pl. ſyſt. nat.* Mor. *iriopetala*. L. *ſupplem.*) Hab. infra Duyvelsberg iuxta vrbem, in collibus.

* *Imberbes.*

a) *foliis enſiformibus.*

17. *I. xiphium*, LINN.
18. *I. pſeudacorus* LINN.
19. *I. foetida* ſeu *I. foetidiſſima* LINN.
20. *I. virginica* LINN.
21. *I. verſicolor* LINN.

22. *I.*

22. *I. ochroleuca* LINN.

23. *I. ſpathacea* (I. ſpathulata L. *ſuppl.*) Habitat in Hauteniquas regionibus et in C. b. ſp.

24. *I. ramoſa* (*I. ramoſiſſima* L. *ſuppl.*) Hab. in arenoſis C. b. ſp.

b) *foliis linearibus.*

25. *I. Siſyrinchium* LIN.

26. *I. verna* LIN.

27. *I. perſica* LIN.

28. *I. anguſta*, folio filiformi-lineari erecto glabro, ſcapo glabro ſubunifloro, ſpathis obtuſis. Hab. in collibus C. b. ſp. infra Duyvelsberg et Leuwekopp.

29. *I. ſetacea. I. ſetifolia* L. *ſuppl.* Habitat in collibus C. b. ſp. hinc inde rarior.

30. *I. tenuifolia*, fol. filiformi-linearibus, ſcapo bifloro, (PALL. it. III. 714, Tab. C. fig. 2. LIN. *ſuppl.*)

31. *I. graminea* LIN.

32. *I. ſpuria* LIN.

33. *I. ſibirica* LIN.

34. *I. martinicenſis* LIN.

35. *I. pauonia*, folio lineari glabro, ſcapo ſubunifloro. (LIN. *ſuppl.*) Hab. in Swartland C. b. ſp. collibus et alibi, inter frutices rarior.

36. *I. criſpa*, foliis criſpis (L. l. c) Hab. prope vrbem Cap in collibus.

37. *I. papilionacea* foliis reflexis hirtis. (L. l. c.) Hab. in collibus prope vrbem Cap, vulgaris. Variat petalorum colore. Ab *I. ciliata* differt foliis totis hirtis, laminis alternis ouatis.

38. *I. edulis* folio lineari pendulo glabro, ſcapo glabro multifloro. (L. l. c.) Hab. in arenoſis campis depreſſis collibus C. b. ſp. vulgatiſſima. Variat corolla coerulea, alba, lutea.

39. *I. triſtis* foliis glabris, ſcapo hirto ramoſo. (L. l. c.) Hab. infra Duyvelsberg, prope vrbem Cap.

40. *I. polyſtachya* fol. linearibus planis, ſcapo glabro ramoſo. Hab. in Cap. b. ſp. inter Sondagsrivier et Viſchrivier.

41. *I. viſcaria*, foliis planis, ſcapo viſcoſo. (L. *ſuppl.*) Hab. in arenoſis Saldahna-bay.

42. *I. bituminoſa* foliis ſpiralibus, ſcapo viſcoſo. (L. l. c.), Hab. prope Bergriuier etc.

c) *foliis tetragonis.*

43. *I. tuberoſa* LIN. l. c.

Qua vſum, praeter decus hortorum, et medicum *I. Florentinae, Germanicae, Pſeudacori, tuberoſae*, ac *biflorae*, plurimas quoque ſpecies africanas, ſpeciatim tamen *edulem*, tam ſimiis, quam hominibus, nutrimento eſſe aſſerit Noſter, quippe quarum bulbi cum ſcapis in faſciculos collecti ac leuiter cocti et ſapiant bene et optime nutriant.

Tabularum annexarum prima *Ir. criſpae, ſetaceae* et *pauoniae*, altera *papilionaceae* exhibet icones et *bituminoſae*.

IV.

Ixia, quam diſſ. botanica, delineatam, Praeſide CAR. P. THVNBERG. publ. exam. ſubiicit IO. DAN. RVNG d. XXI Ian. ann. MDCCLXXXIII. Vpſal. 4. plagg. 3. Tabb. 2.

Simili, ac Ireos, huius generis hiſtoriam cura adaequata elaborauit ac pari ordine tradidit Cel. THVNBERG, ipſe de quindecim nouis ſpeciebus detectis bene meritur, vnde non potuit non iam notarum ſaepe mutari differentia. Generis eſſentiam Noſter in corolla ponit tubuloſa; Tubo filiformi recto, Limbo 6-partito, campanulato, aequali;

li; ſtigmatibus tribus ſimplicibus, et nunquam 6-petalam eſſe notat corollam; ac hinc *chinenſem gladiatam et africanam* ad Moraeas migrare iubet. Diuiſio ſpecierum ſequens nunc eſt:

* *caule ramisque folioſis.*

1. *I. fruticoſa*, foliis imbricatis. (LIN. *ſupplem.*)

** *ſcapo foliis breuiore.*

2. *I. minuta*, ſcapis vnifloris, foliis laeuibus. (L. l. c. Facie ſimillima Fabriciae *minutae*.

3. *I. bulbocodium*, ſcapo ramoſo, floribus ſolitariis, foliis ſulcatis reflexis. (L. *ſyſt. nat.* id. nom. Ixia *roſea?* ib. Ix. *quadrangula* et *bulbocodiodes* DE LA ROCHE *diſſ.*) Differt a reliquis ſtigmatibus ſex: corollarum colore variat, et magnitudine, foliisque linearibus et filiformibus. Foliis reflexis, marginibus reuolutis, floribus remotioribus, ab aliis diſtinguitur, quae cum *I. roſea* eadem eſt ſpecies.

4. *I. humilis*, ſcapo ramoſo, floribus ſecundis, foliis ſulcatis erectis. Hab. in collibus C. b. ſp. circum Cap. Variat corolla lutea, incarnata, ſcapo indiuiſo paucifloro et ramoſo multifloro.

*** *ſcapo foliis longiore.*

a *hirſutae*:

5. *I. piloſa*, fol. lin. piloſis, floribus alternis. (LIN. *ſuppl.*) Veſpera ab hora quarta flores aperit.

6. *I. hirta*, fol. enſiformibus hirtis, floribus ſecundis. (Ixia *inflexa* DE LA ROCHE) ſimilis I. *ſecundae*, ſed differt foliis valde villoſis, pilis albidis.

7. *I. ſecunda*, fol. elliptico-enſiformibus, ſcapo villoſo-ſcabro. (Ixia *flexuoſa?* LINN. *ſp. pl.* Ixia *ſcillaris* LINN. *ſuppl.* Ix. *ſecunda* BERG. *fl. Cap.*) Variat ſcapo ſimplici et ramoſo.

b *glabrae:*

α foliis criſpis:

8. *I. criſpa*, fol. linearibus, floribus alternis. (LIN. *ſupplem.*) Variat ſcapo ſimplici et ramoſo, corollis coeruleis et albis.

9. *I. cinnamomea*, foliis lanceolatis criſpis, floribus alternis. (LINN. *ſuppl.*) Europaeis Caneelbloem. Florum ſpica refert Gladiolum *recurvum*, ſed differt corolla regulari. Foliis criſpis ſimilis Ix. *criſpae*, ſed differt foliis lanceolatis, duas lineas latis.

10. *I. corymboſa* LIN. (LIN. *ſp. pl.* Ix. *imbricata* DE LA ROCHE.) Variat flore albo et coeruleo.

β foliis aequalibus:

11. *I. linearis*, fol. linearibus, ſcapo ſimplici erecto. (LIN. *ſuppl.*)

12. *I. capillaris*, fol. linearibus ſcapo polyſtachyo, ſpathis ſcarioſis. (L. l. c.) Flores videntur pedunculati, ſed rami vniflori.

13. *I. ſetacea*, fol. lin. ſcapo flexuoſo glabro. Hab. in collibus circum vrbem Cap. Variat flore vireſcente et luteo, ſcapo vnifloro et multifloro, hocque ſimplici et ramoſo. Limbi baſi fuſca ſimilis *I. maculatae*, ſed diſtincta, quod multoties minor, ramoſa et foliis lineari-anguſtis.

14. *I. ſcillaris*, fol. lin. floribus ſecundis, rachide flexuoſa. Hab. in collibus Cap. b. ſp.

15. *I. ariſtata*, fol. lin. ſpathis ariſtato-dentatis. Hab. cum. 12.

16. *I. pendula*, fol. lineari-enſiformibus, ſcapo polyſtachyo, ſpicis pendulis (LIN. *ſuppl.*) Omnium Ixiarum altiſſima, ſpecioſa corollis magnis, cernuis.

17. *I. bulbifera* LINN. (Ixia *monanthos* DE LA ROCHE.) Variat flore purpureo, rubro alboque variega-

variegato, flauo, ſcapo breuiſſimo ſimplici, altiori ramoſo, bulbifero.

18. *I. erecta*, fol. enſiformibus, ſcapo polyſtachyo, floribus alternis immaculatis. (Ix. *polyſtachya* LINN. *ſp. plant.* Ix. *erecta* BERG. *plant. Cap.* Ix. *thyrſiflora* DE LA ROCHE) Variat corollis luteis et violaceis vnicoloribus.

19. *I. maculata* LINN. Simillima Ix. *erectae*, vix praeter maculam corollae diuerſa, variat corolla albida, flaua, apicibus purpureis, albo-coeruleſcente, coerulea, purpurea macula pallida rariſſime, et viridi, quae vltima pulcherrima, ſpicis ſaepe pedalibus.

20. *I. crocata*, (Ix. *Milleri* BERG. *pl. Cap.*) Omnium Ixiarum facile pulcherrima, vti caeterae culta, magis ramoſa et ſpecioſa euadit. Variat ſcapo ſimplici breui paucifloro et macula atra ſupra feneſtram, ſcapo alto polyſtachyo multifloro et altiori, corollis rubicundis.

21. *I. lancea*, fol. enſiform. floribus ſecundis, ſcapo ſimplici flexuoſo. Hab. in C. b. ſp. infra Pickelberg.

22. *I. pentandra*, fol. enſiform. floribus pentandris. (LIN. *ſuppl.* id. nomen. Ixia *ſcillaris?* LIN. *ſp. Pl. ſyſt. nat.*) Hab. in C. b. ſp. extra vrbem Cap, in collibus, prope Groene Kloos. Variat floribus triandris ſtigmatibus 3; tetrandris ſtigm. 4; et pentandris ſtigm. 5.

23. *I. falcata*, fol. enſiform. reflexo-falcatis. (LIN. *ſuppl.*) Variat ſcapo ſimplici et ramoſo, palmari et ſpithamaeo; floribus alternis et ſecundis, rachide vix flexuoſa et valde flexuoſa.

24. *I. excisa*, fol. ouatis, floribus ſecundis, ſcapo flexuoſo. (LIN. l. c.) Rariſſime caulis medio cauliculum edit, vniflorum.

Edules

Edules quidem aliquot ſunt ſpecies, inprimis animalibus fodientibus, nullae tamen vel Hottentottis vel Europaeis valde expetitae. Ob flores in hortos introductae coluntur ibique ſpecioſiſſimae euadunt. Odorem noctu et veſpera ſuauem ſpargunt *cinnamomea*, *piloſa* et *falcata*, circa horam quartam veſpertinam flores aperientes, adeo accurate, vt horam inde concludere liceat, niſi inſtet pluuia, quam tum floribus clauſis praeſagit.

Annexarum Tabularum prima *minutae*, *falcatae frutricoſae* et *exciſae* exhibet, altera *cinnamomeae*, *capillaris* et *criſpae* icones elegantes.

V.

Botaniſche Beobachtungen, auf das Jahr 1782. *von* FR. KAS. MEDIKVS, *mit einer Kupfertafel, einem ſexuellen und einem alphabetiſchen Regiſter. Mannheim, in der neuen Hof- und academiſchen Buchhandlung.* 1783. 419. *S.* 8.

i. e.

F. K. MEDICI obſeruationes botanicae, aeſtate anni 1782 inſtitutae, cum icone aenea et indice ſexuali et alphabetico.

Inter induſtrios vitiorum Linneanorum emendatores non vltimum profecto locum mereri videtur, cuius obſeruationes botanicas iam commendabimus, Cl. Auctor; qui iam a longo tempore quamlibet fere plantarum familiam ſumma animi intentione, ſummoque oculorum acumine ita eſt contemplatus, vt de indefeſſo Ipſius certiora de plantis obſeruandi ſtudio non poſſint non ſumma exſpectare commoda, quos obſeruationum eius fidem experiri non poenitebit. Maiorem vero laboribus

boribus eius, niſi nos omnia fallunt, famam conciliaret, ſi minus ſeuerus, tantam erga LINNEVM indignationem fugere, ſuorumque aemulorum, RETZII inquam, aliorumue in corrigendo modeſtiam, ſequi vellet. Etſi enim nos neutiquam ſimus coeci Linneanarum opinionum aſſeclae, tamen Cl. MEDICI erga LINNEVM aegre tulimus vehementiam, qua omnem fere eius laborum famam in contemtum adducere ſtuduit. Dubii enim adhuc ſumus, vtrum tot tantasque obiectiones LINNEVS mereatur, quantas eidem a Cl. Auctore obiectas eſſe vidimus; quamuis enim negare neutiquam poſſimus, plurimis abundare ordinem Linneanum erroribus, eumque in determinandis partibus ſaepius a vera earundem natura aberraſſe, minus tamen ideo vituperandus nobis videtur: etenim innumeras plantarum familias certis iisque nouis adſcribere regulis, adeo arduum eſſe videtur, vt in opere hoc perficiendo vnius hominis labor vix ſufficere queat. Neque ſua ſemper peccaſſe culpa LINNEVM, quilibet facile comperiet, cui anteceſſorum aequaliumque eius libros euoluere volupe fuerit. Hi enim ipſi, ſi illorum deſcriptiones rite ſumus contemplati, LINNEVM obſeruationibus ſuis naturae minus fidelibus a veritate ſaepius ſeduxiſſe videntur. Nec tanta inſolentia praeditus fuit, quantam a Cl. Auctore eidem tributam vidimus: ipſum enim errorum expertem ſe neutiquam habuiſſe, iteratae a ſemet ipſo factae in ſyſtemate ſuo nobis probare videntur emendationes, quas ab aliis eidem obiectas eſſe recordamur. Ne vero quis, cum haec legit, exiſtimet, nos, antiquorum ſplendore captos, recentiorum virtutes non animaduertere, omiſſis omnibus, quibus defendi LINNEVS poſſit, argumentis, ad rerum ipſarum enumerationem nos conuertimus, certo confiſi, nos

his,

his, quae modo diximus, neque Cl[i] MEDICI, neque Lectorum noſtrorum gratiam amiſiſſe.

Reperiuntur in primo faſciculo *contortarum quarundam plantarum deſcriptiones.* Quilibet, vel nobis non hortantibus, obſeruationes has procul dubio ſtudioſiſſime leget, qui non accurate definitae nimiumque implicitae florum ſtructurae, in qua definienda /explicandaue iam ROTTBOELLIVS, KOELREVTERVS atque IACQVINVS diu multumque laborarunt, recordatur, neque ſtudii in hanc rem collocati eundem poenitebit. Etiamſi enim ſolas partium deſcriptiones exhibuerit Cl. Auctor, iconibus, quae magno iisdem ornamento fuiſſent, omnino deſtitutas; aptiſſimas tamen easdem, non modo ad diſſecandum, diſſectionisque ipſius methodum comperiet lector, ſed ſtructuram quoque partium, quae florem conſtituunt, foecundationisque ipſius modum magis illuſtratum reperiet, quam adhuc factum erat. Hanc vero floris ſtructuram magis explanauit, *Cynanchi acuti* potiſſimum, *Aſclepiadis Vincetoxici, fruticoſae* atque *incarnatae* diſſectione, quae aptiſſimae Auctori noſtro ad conamina haec rite inſtituenda videntur plantae. Commiſit vero flores de pedunculo auulſos, priusquam microſcopio eorundem fabricam luſtraret, ſolis ardori, quo copioſus, qui corpus truncatum LINNEI circumdat, humor paululum abſorberetur, eamque normam omnibus, qui obſeruationum ſuarum veritatem experiri volunt, commendat. Praeripuit vero Noſter IACQVINO palmam in eo, quod receptaculi ſtaminum ſtructuram, antherarum numerum, ſtigmatum figuram et liquidi foecundantis ad germina vſque viam melius explanauerit. Quod ad antherarum numerum pertinet, quilibet nouit, IACQVINVM contortas omnes decandrarum claſſi adſcripſiſſe, eamque vel *Periplocam graecam* contra

ROTT-

ROTTBOELLII atque KOELREVTERI opinionem huic plantarum tribui adnumeraſſe. Noſter vero fideli plantarum inſpectione probauit, pentandras vtique inter contortas reperiri plantarum ſpecies, ipſamque *Periplocam* ad has pertinere. Sunt nimirum in quolibet huius plantae filamento antherae duae, quae in inferiori apice diuergentes, ſuperius in vnum corpus coëunt, adeoque vnicam tantummodo antheram conſtituunt, quae cum rima in ſtigmate reperiunda tam arcte coniungitur, vt ab eodem non niſi vi adhibita remoueri poſſit. Cognita vero ſunt, quae Cl. Auctor nos de flore *Periplocae* docuit, cum eadem, quae in faſciculo hoc reperiuntur, iam olim *) exhibuerit. Praeter hunc *Neria Oleander* atque *Sibiricum*, quod a IACQVINO deſcriptum ad *Apocyna* referebatur, et *Koelreuteria procumbens*, quam olim pro *Cynanchi* ſpecie habuit eandemque alibi iam deſcripſit, **) ad contortarum pentandrarum cenſum pertinent. In *Nerii* genere fila quinque albida detexit, quae margini ſtigmatis altera extremitate adnata, in minimum oſtiolum prope extremitatem inferiorem antherae ita inſinuantur, vt antheras ipſas et firmiſſime et proxime ſtigmati alligent. Haec genericas *Nerii* notas efficere eaque propter vtramque hanc plantam arctiſſime coniungere Auctori noſtro videntur. Cavendum vero eſt, ne rudi florum contrectatione filamentula diſrumpantur, quo papillarum minimarum formam induunt, quod idem IACQVINO factum eſſe videtur. *Koelreuteria procumbens*, quae vltima ex pentandris eſt, tranſitum ab his ad decandrias conſtituit, cum non ſolum filamenta quinque antherifera, vti praecedentes, offerat, (quae lata erecta ſunt, quorumue quodlibet in interno latere anthe-

*) vid. Acta Soc. elect. oecon.

**) ibid. Vol. VII. 1774. p. 179.

antheras duas inferiori apice in vnum corpus connatas gerit,) verum quoque filamentis quinque ſterilibus gaudeat, (quae corpuſculis ſtaminiferis et colore et fabrica analoga ſunt, in corpuſculo quodam in floris centro collocato, quod truncatum nunc dicere liceat, cuiusue vberiorem deſcriptionem mox ſumus exhibituri, et antheras quidem in aſclepiadarum modum, ſteriles vero continent) et flore magis compoſito, ad aſclepiadarum claſſem propius accedat. Reperitur nempe in centro floris corpuſculum, quod piſtilli formam refert, ſed ex duabus partibus ſibi inuicem impoſitis conſtat, quorum alterum germina tegit, alterum filamentorum adhaeſioni eſt deſtinatum. Illud tubum appellauit, et cylindracea figura, a ſuperiacente dignoſcitur, praeterea quoque cum corolla coniungitur, in ſinu ſuo germina abſcondit, et antheras in foueis ſingularibus continet, ſuperius fornicatum eſt, fornice minimo oſtiolo pertuſa, in quod inferior pars ſuperioris corpuſculi, quod *conum* nominauit, axis inſtar detornata recipitur. Conus vero, cui filamenta adhaerent, ſuperiori ſua extremitate, cum ſtigmatis figura vtplurimum adeo convenit, vt pro eodem haberi facile poſſit. In *Koelreuteria* bifidus eſt atque hiulcus. Antherae foecundae iuniores pellucidae ſunt, ſenſim in capſulas vacuas celluloſa tela repletas mutantur, ex qua earum ſtructura non immerito ad oleoſam pollinis naturam concluditur. Infoefoecundas antheras rarius detexit Cl. Auctor, adeoque exiſtimat, ſaepius deeſſe, quod vero propter naturae regulas, quas in hac plantarum familia raro violatas videmus, vix exiſtimamus. Stigmata plana apici germinum impoſita, eam coni partem attingunt, qua cum tubi oſtiolo vnitur. Et per hanc ipſam procul dubio viam foecundans antherarum

rarum materia ad germinum fertur receſſus. Vberiores fuimus in *Koelreuteriae* deſcriptione exponenda, quoniam haec ipſa cum omnibus aſclepiadearum plantarum ſpeciebus proxime conuenit. In altera ſectione aſclepiadeas decantheras quasdam deſcripſit, nimirum *Cynanchum acutum*, *Aſclepiadem ſyriacam*, *incarnatam*, *fruticoſam*, *Vincetoxicum*, et in appendice ad hanc ipſam *Stapeliam hirſutam*. Nectarium *Cynanchi* nomen hoc, vti aliae plures a LINNEO ſic dictae productiones, neutiquam meretur, cum nihil aliud ſit, quam interior corolla. Vagina IACQVINI, illud ipſum eſt, quod in *Koelreuteria* tubum atque conum nominauimus, horum anatome accurate a Noſtro tradita digna profecto eſt, quae ab omnibus et diligenter legatur et in natura inquiratur. Patet enim ex hac foecundationis methodus adeo luculenter, vt naturae ſolertiam mirari ſatis non poſſimus. Illud enim, quod a Cl. IACQVINO pro ſtigmate habebatur, quod in genere de omnibus Aſclepiadeis dictum eſto, nihil aliud eſt, quam ſuperior pentagona corporis conici lamina, cuius margini ex parte tubercula ſtaminifera ſunt adnata, ſtigmata vero ipſa inferiori ſuperficiei huius corpuſculi ita admouentur, vt flore marceſcente ab eodem ſeiungi facile poſſint. Antherae vero in ſacculis, qui partim ex corporis conici, partim ex tubi productionibus ita efficiuntur, vt rimulae ex iisdem ad interiorem tubi cauitatem, in qua ſtigmata requieſcunt, penetrent, abſconduntur. *Aſclepias Syriaca* dignoſcitur rimis perpendicularibus quinque in conico corpore reperiundis, quarum quaelibet productione ſquamarum tubi longitudinali, in duo caua dirimitur. Membranae albidae ad latera cuiuslibet ſquamae exſtantes in easdem rimas ita inſinuantur, vt a corpore conico aegrius remoueri poſſint. In foueis hiſce modo deſcriptis antherae reperiuntur, de quarum polline animalcula minima ſaginantur. Fi-

p. 31.
p. 34.

lamenta eiusdem ſunt elaſtica. In *Aſclepiade incarnata* ſtructura partium floris omnium facillime obſeruari poteſt, namque facillimus obſeruatur corporis conici a tubo ſeceſſus. Conuenit vero eadem cum antecedentis ſpeciei forma, ſi a rimis quinque perpendicularibus in cono et productionibus ſquamarum huc inſertis receſſeris. Difficilius vero in *Aſclepiade fruticoſa* conus a tubo ſeparari poteſt, cum arctius inter ſe ſint complicata. Deeſt porro in eadem ſquamae productio ſtigmati in caeteris ſpeciebus incumbens, tubum cum cono vniens, eoque loco quindecim dentibus inſtruitur. Staminum vero ſitus in hac facillimo negotio detegitur. *Aſclepiadis Vincetoxici* non ſunt pendulae ſeſſilesue antherae, vti a IACQVINO traditae ſunt, ſed filamentis minimis obliquis inſident, vti in *Cynancho acuto*, quocum noſtra planta multum ſimilitudinis alit. Ex figura nectarii Linneani ad vnionis modum, qui tubum conumue intercedit, colligi poſſe Noſter autumat. Quando nimirum cornicula nectarii, vti in *Aſc. incarnata* reperiuntur, tunc brachia ſquamarum ſtigmati impoſita hanc vtramque partem coniungunt, quando vero eadem, vti in *A. fruticoſa*, deficiunt, tunc denticulis ex cono in tubi ſquamas profectis alligantur. Florem *Stapeliae hirſutae*, quem ſemel modo diſſecauit, a reliquo aſclepiadearum genere adeo diſcrepantem detexit, vt foecundationis norma explicari adhuc nequeat. Non modo enim antherae, longo filamento inſidentes, verſus ſuperiora diriguntur, quod iam a IACQVINO notatum eſt, ſed conicum quoque corpus, per quod in antecedentibus pollinis via ferebatur, omnino deeſt, cuius loco lamina quinquangularis admodum craſſa data eſſe videtur, cui inferius ſtigmata germinum apponuntur. Tubo adſident corollae interiores appendices, eiusque ſuperior

modo

modo pars, quae ex laminis quinque cordatis conſtat, generationis partibus fauet, et ſquamis interiori earum ſuperficiei adnatis polline ſemper madentibus antheras tegunt. Laminae hae cordatae inferius apertura obliqua in tubum, in quo germina latitant, hiare ſolent. Exterius vero quaelibet lamina cum adiacente per eminentiam lateralem coniungitur, cui corpuſcula ſtaminifera ſunt adnata.

In tertia ſectione characteres plantarum modo p. 56.
recenſitarum collegit, eosque animaduerſionibus quibusdam illuſtrauit. Quo vberiores nos in recenſenda antecedente ſectione fuimus, eo breuius huius capitis ſummam repetemus. Quae enim in illo fuſius expoſuerat, haec nunc ſummatim collegit, vt eo luculentius harum plantarum et generales et ſpecificae notae innoteſcant. Promeruit vero hac notarum characteriſticarum expoſitione lectorum ſuorum gratiam Cl. Auctor, cum eadem ad obſeruationes ipſas facilius intelligendas non parum conferat. Conueniunt nimirum aſclepiadeae decantherae, de pentandris, quarum flores minus compoſiti ſunt, nihil amplius dicamus, quinque filamentorum paribus, quorum quodlibet per corpuſcula ſtaminifera inciſuris marginalibus laminae ſuperioris corporis conici adſidenti alligatur, tubo inferius integro, ſuperius in quinque ſquamas diſſecto, quarum quaelibet duos efficit ſaccos, ſacculi hi, qui ſuperius lamina alba ſtigmati Iacquiniano impoſita clauduntur, ex parte quoque a corpore conico formantur. In quolibet horum ſaccorum anthera iacet. Corpus conicum in tubi foramen ita inſinuatur, vt pollini viam ad germina muniat. Stigmata vero, quae laminae rotundae pilis obſitae formam gerunt, inferiori coni apici ita applicantur, vt pro vno corpore haberi facile poſſint. Orificium inter tubum et conum ab humore quodam madeſit, qui pro-

cul dubio pollini admiſcetur. — Denique florem *Vincae roſeae* deſcripſit, ex qua deſcriptione hoc notamus, ſtylum ex duobus componi canalibus, qui inter germina a ſe diuergant et in ſuperioribus eorum apicibus inſerantur, ſtigma capitatum circulo excauato circumdari, et ab inferiori eius parte membranam, quae tubum corollae claudat, deſcendere, et corpuſcula albida oblonga prope germina ſita eadem in ſitu ſuo firmare.

p. 95. In altero faſciculo *obſeruationes ſuper plantarum generibus male a* LINNEO *diſpoſitis* in duabus ſectionibus tradidit. In priori ſectione earum plantarum, quas LINNEUS gynandras dixit, quasdam accuratius deſcripſit. Putat nimirum, plures harum plantarum immerito inter plantas gynandras referri, cum neque ſtylo neque receptaculo elongato ſtamina adhaereant, ſed pedunculi productioni, quam pedunculum fructus (*Fruchtſtiel*) appellauit. Gerit pedunculus hic vel germina ſola, vti in *Euphorbia Dictamno* et *Capparide*, vel corollam atque ſtamina ipſa ſimul recipit. Plurimas earum plantarum, quae huc pertinent, ad gynandriae claſſem LINNEVS retulit, neque tamen omnes. Sic enim *Silenes* atque *Cucubali*, quae duo genera coniungenda eſſe affirmat, ſpecies eodem iure gynandris annumerandas eſſe exiſtimat, quam alia plura plantarum genera huc collata. Filamenta enim inferius in tubum connata, receptaculo elongato adeo firmiter adhaerent, vt non niſi flore marceſcente ſeiungi ab eodem poſſint. Hanc pedunculi productionem cum LINNEO receptaculum elongatum appellari poſſe, omnino negat, quam tamen denominationem vix quisquam LINNEO vitio vertet, qui omne receptaculum nihil aliud quam ſupremam pedunculi partem eſſe, in qua fructificationis

partes

partes reſideant, intellexit. Ad plantas, quae ex gynandriae claſſi remouendae videntur Cl. Auctori, *Ayenia inermis* pertinet. Praecipua, quae in huius plantae deſcriptione mutauit, eo redeunt, quod corollam in duplicem petalorum ſeriem diſtribuerit, in tubum, quem LINNEVS pro nectario cylindraceo habuit, et in petala quinque manubriis ſimilia, quod praeterea ſtaminum numerum ad denarium attulerit, quorum quinque fertilia a LINNEO deſcripta, quinque ſterilia, laminae cordatae petalorum inſident; et quod receptaculum elongatum piſtilli partes gerens, in corollae tubo libere latitans deſcripſerit. Refert eapropter *Ayeniam* ad decandras. Si quis forſan Lectorum noſtrorum ſit, quem Cl. MEDICI Linneana vitia taxandi methodus fugiat, eum hortamur, vt hanc *Ayeniae* deſcriptionem conſulere velit. Tanta enim fuit Cl. Auctoris in emendando huius plantae charactere ſeueritas, quanta in alio loco vix vllo. Hic ipſe quoque iudicandi rigor Cl. Auctorem hinc inde a veritate ſeduxiſſe videtur. Sic enim non in Reichardiana demum generum editione, ſed in VI. iam *Ayeniae* characterem emendare ſtuduit; neque faucem campanulatam corollae cylindricae neglexit LINNEVS, dicens *nectarium cylindraceum campanulatum;* quod filamenta breuiſſima dixerit, illud quodam modo concedi poteſt, cum ſuper duas tertias ſuae longitudinis partes cum tubo connata ſint; ſterilia tandem ſtamina, pollinis vix quidquam ſecernentia, non magis ſtaminum mereri videntur nomen, quam tubus corollae nectarii denominationem; nihil eapropter impedire videtur, quominus eadem cum LINNEO *mucrones* appellemus. — *Grewiam occidentalem* ad polyandras retulit; *Helicteres* in ſtaminum numero perquam varias ad decandriam. *Paſſiflorae* filamenta circa receptaculum in tubum

connata plantam hanc monadelphis adſociant. Plura de receptaculo elongato, quod ſecundum editiones generum nouiſſimas ad gynandriae charactéres pertinet, diſſeruit. Habuit quidem hoc, dum conderet ſyſtema ſuum LINNEVS, pro ſtylo, vituperari tamen eapropter non amplius poteſt, cum grauiſſimum huncce errorem ipſe dein et intellexerit et emendauerit *Gluta Benghas*, *Piſtia ſtratiotes* ad monadelphiam, *Kleinhoſia hoſpita* ad *Helicteres* ſunt relatae. *Zoſteram oceanicam* vero, ex gynandra remouendam, et ſecundum numerum ſtaminum in alium locum collocandam eſſe ratur. *Xylopia*, cuius antherae ſecundum LINNEVM germini adſident, vel polyandris adſcribenda, vel *Uvaria* aliaeve plantae plures, in quibus idem reperitur, prope eandem in gynandriam ſunt collocandae. Auctori noſtro prius probatur. *)

p. 151. In altera ſectione *monadelphias a* LINNEO *male diſperſas collegit*. Confudit vero vtplurimum filamentorum tubum cum nectario. Huc pertinere videntur, *Gomphrena globoſa*, *Celoſiae* omnes, *Achyranthes lappacea*, quae ob filamenta in vnum tubum connata ad *Celoſias* pertinere videntur. *Tamarix germanica*, cuius filamenta decem in tubum connata ſunt, offert in capſulae ſeminalis valuis lineas prominentes, quae procul dubio ſtyli ſunt. *Amorpha fruticoſa* neutiquam papilionacea. *Cytiſus capitatus* et *auſtriacus* et huius generis ſpecies plures. *Geniſta Sibirica* IACQUINI. *Spartium iunceum* antheris irritabilibus. *Ononis fruticoſa*. *Ono-*
p. 179. *nis rotundifolia* vero eſt diadelpha. Aliae plantae filamenta et antheras ſimul connatas offerunt, quas

Mo-

*) Conſentit igitur Cl. Auctor in eo cum THVNBERGIO, qui ſimili ratione omnem Gynandrarum claſſem ſuperfluam plantasque aliis inſerendas eſſe in Flora Iaponica (vid. ſupra p. 216.) propoſuit.

Monadelphias Syngeneſias appellauit. Huc pertinent *Impatiens balſamine*, cuius filamenta in medio ita coaleſcunt, vt, poſterioribus ſuper anteriora flexis, galeam referant. Tubo huic anthera tubuloſa ſtigma abſcondens eſt impoſita. Foecundatur procul dubio piſtillum ex alio flore, ſtigma enim florentis ſemper acutum Cl. Auctor vidit, marceſcentis vero floris amplum et madidum; anthera praeterea, non in interiori, ſed in exteriori ſuperficie pollinifera, officium, cuius cauſa data eſt, in ſuo flore perficere nequit. *Ruſcum racemoſum* ad eundem ordinem retulit. Idem quoque de *Violae* genere valere Auctor arbitratur. *Obſeruatio de floribus maſculis et femineis diuerſo tempore in eadem planta prouenientibus*, quam in *Iatropha Papaya* inſtituit. Plantam hanc foliis palmatis lobis omnibus pinnatifidis glandula cordiformi in apicis pedunculi parte oppoſita deſcripſit. Flores maſculi prius floruerunt, et ſtylos ſine germinibus et ſtigmatibus obtulerunt, quibus poſt ſex ſeptimanas feminei ſtaminibus anandris ex eodem loco ſucceſſerunt. Annon potius polygama? p. 191.

Accedimus ad tertium huius opuſculi faſciculum, prioribus certe aequiparandum. Egit in eodem primo *de Fraxini flore*, et monuit, omnes Fraxini ſpecies, in tres quaſi dirimi poſſe familias, communes nimirum, italicas et americanas, quarum illa neque peranthium, neque corollam, italicae vero vtrumque gerant, quorumue prius modo in americanis reperiatur. Ad priores *F. Steidelii* pertinet, antheris ſeſſilibus, et cuiusuis generis floribus in quauis arbore conſpicuis, a *F. excelſiore* diuerſa. *F. nouae angliae*, et *caroliniana* ſolo foliorum colore diſtinguuntur, dioicae eſſe videntur, et americanarum characteres offerunt; prioris perianthium adeo paruum eſt, vt lente modo innoteſcat. *F. orni*, p. 201.

 quae

quae italicae ſpecies eſt, piſtillum adeo paruum
p. 208. eſt, vt oculorum aciem facile ſubterfugiat. *Ilex quadripetala* foliis ouatis planis integerrimis. Vngues petalorum ne minimum quidem coaliti ſunt, (quod vel in *I. aquifolia* ſaepe vidimus) filamenta cochleariformia ſterilia margine luteo larali, in apice ſuo cinguntur, quare exiſtimat hanc plantarum familiam ad polygamiam LINNEI eſſe
p. 211. referendam. *Tetragoniam fruticoſam*, quae certe
p. 214. polygama eſt, huic claſſi reſtituit. Dein *de plantis quibusdam dioicis diſſeruit, quae hermaphroditarum formam gerant.* Vidit nimirum frutices quosdam, quorum genitalia in diuerſis floribus magnitudine diſcrepabant, et re accuratius penſitata perſpexit, eos ſolummodo matura ferre ſemina, in quibus piſtilli partes florem magnitudine excedebant. Putauit eapropter, hoſce flores feminarum officio proſpicere, et ſtamina, quae vtplurimum ſterilia ſunt, potius ornamenti, quam foecundationis, cauſa data eſſe. Quae ſententia ex eo procul dubio multum corroboratur, quod earum arborum ſemina non matureſcant, niſi ſtaminei frutices in propinquo floreant. Cauendum vero eſt, ne infoecunda ſemina pro foecundis habeantur; accreſcunt enim ſaepius ſine maſculo polline ſemina ita, vt eadem exteriorem maturorum ſeminum formam omnino exprimant. Plantae vero, in quibus hanc florum ſtructuram obſeruauit, ſunt *Ptelea trifoliata*, *Celaſtrus ſcandens*, cuius maſculum florem, niſi nos omnia fallunt, LINNEVS modo deſcripſit, *Rhus glabrum, vernix, copallinum, radicans, Cotinus* et *typhinum*, *Gleditſchia triacanthos*, cuius perianthium ſexfidum in maſculo flore corollam continet nullam, in feminino vero corollam hexapetalam. *Dioſpyros virginiana* ſtamina XVI in duobus circulis ſita obtulit, femina vero ſtamina octo infecunda. *Meniſpermum canadenſe*,

huius

huius perianthium deficit, reliquae partes cum Linneana deſcriptione conueniunt. Ex plantarum harum fabrica apparere exiſtimat, monoeciae et polygamiae claſſes, certis regulis non diuerſas, easque ex ordine prorſus remouendas eſſe. Arbores p. 249. foliis variegatis ſemina matura non ferre exemplo *Aceris pſeudoplatani*, quod monoicum reperit, corroborare ſtuduit. Quod quidem dixit contra MILLERVM, qui ex ſeminibus huius arboris iuniores plantulas parentibus analogas produxiſſe affirmauit. Herbas variegatas ſemina matura ferre, experientia nos docuit. *Structuram filamentorum cucurbitaceárum plantarum* a LINNEO minus accurate eſſe p. 253. expreſſam quilibet nouit, qui genericas harum notas in generibus eiusdem conſuluit. Superiorem enim filamentorum partem in plurimis connatam, in aliis, vti Cl. MEDICVS nos docuit, modo firmius adglutinatam, in *Trichoſante* et *Momordica* male pro anthera connata habuit, adeoque omnem familiam, quae ad monoeciam monadelphiam numeranda fuiſſet, ad monoeciam ſyngeneſiam retulit. Reperit vero in *Momordica Elaterio*, *Cucurbita lagenaria*, *Melopepone*, et *Bryonia africana* filamenta vſque ad apicem ſeparata, adeoque has plantas in triandriam claſſem collocandas eſſe autumat. Cum tamen in cucurbitaceis omnibus apices filamentorum vel membranis vel glutine interiacente vniantur, magis nobis eorum arridet ſententia, qui eorum generum nullum ſeiungere audent.

Quaedam de nectariis LINNEI: inſcriptus ita p. 271. eſt tractatus, in quo partim generalem nectarii notionem ſtabilire ſtuduit, (ſub quo nihil aliud quam glandulam nectariferam intelligendam eſſe ratur, cui tamen ſententiae *Aconiti* et *Geranii* diuerſae ſpecies aliaeue plantae plures repugnant) partim quorundam florum, inprimisque *Delphinii* atque

Tropaeoli, fabricam accuratius determinauit. Nectaria enim *Delphinii* in corollam refingit, et LINNEI petala ob lineas virides in exteriori pagina conſpicuas in calycem transmutat. *Tropaeolo* vero perianthium denegat.

p. 284. Inſequens huius faſciculi ſectio *accuratiori quorundam Conuoluulorum deſcriptioni* eſt deſtinata. Reperiuntur in eadem *Conuoluulus farinoſus*, *Ipomaea coccinea*, et *Ipomaeae* ſpecies noua. Prioris plantae deſcriptio, a Iacquiniana paulum diuerſa, cum noſtra planta omnino conuenit. Noſtra quoque perennis, primo tamen ſuae vitae anno copioſis et floribus et fructibus nos delectauit. *Ipomaeae coccineae* quam nos vidimus, corolla laciniis quinque cordatis, ſtaminibus inaequalibus albis, ſtigmate ſubrotundo albo gaudebat, et cum Cl. MEDICI planta prorſus conueniebat. *Ipomaeae* noua ſpecies, quam modo ſub *I. carneae*, modo ſub *Conuoluuli caroliniani* nomine ab amicis accepimus, omni habitu ſuo *C. purpureum* exprimit, ſolo ſtigmate orbiculato ad *Ipomaeas* accedit. Quod, niſi paucae *Conuoluuli* ſpecies, quas diſquirere nobis licuit, nos fallunt, minus firmos inter vtrumque genus conſtituit fines.

p. 297. In vltima tandem huius voluminis parte *ſuper floris ſtructuram in diuerſis arboribus atque herbis obſeruationes* collegit. Deſcripſit nimirum variorum florum fabricam ita, vt non ſolum ad ſtaminum numerum et nexum reſpiceret, et, vtrum a LINNEO recte ordinata ſint, iudicaret, ſed etiam euolutionis rationem ſimul attenderet, quae ab omnibus fere adhuc neglecta eſt botanicis. Linneanum in obſeruationibus his exponendis ordinem eſt ſecutus, et ab altera Linneani ſyſtematis claſſe, vſque ad polyadelphiam eſt progreſſus. Omnes ac ſingulas obſeruationes, quae lectorum attentionem merentur, enumerare quidem non poſſumus,

mus, quasdam tamen exempli cauſa more noſtro adiungere conſtituimus, quo Lectores noſtri, qui Cl. MEDICI faſciculos in poteſtate non habent, de aſſiduitate Ipſius perenni atque indefeſſa iudicare valeant. *Iasminum grandiflorum* ſaepe triandrum, ſtylos duos, quin imo tres ſaepius gerit, ſtigmate bifido, peranthio et corollis multifidis, quae ſaepius octofida ſunt, ad Nyctanthem accedit. Exterior vero plantae vtriusque habitus aeque atque laciniarum calycis atque corollae numerus inconſtans earundem coniunctioni repugnat. *Iaſminum odoratiſſimum* ſub dio cultum in *I. humile* tranſire affirmatur. Etſi vero lubenter conceſſerim intimam eſſe vtriusque plantae affinitatem, vix tamen putauerim, prorſus eandem eſſe, cum partim transmutationis huius exemplum nunquam viderim, partim in modo florendi, foliis floralibus ſimplicibus, cauliumue ipſorum ſuperficie, ſigna plura reperiantur cuilibet ſpeciei propria, quae adeo conſtantia mihi eſſe videntur, vt characteriſtica eadem habere non dubitem. *Cornus Amomum* SOLANDR. accuratius deſcripta, ne tantillum enim cum Cl. DUROY definitione conuenit; eius ſtamina ante effloreſcentiam inflexa. *Cornus longifolia* et *ſericea* neutra cum *C. ſericea* LINNEI ita conuenit, vt pro eadem haberi facile poſſit. *Euonymus europaeus* (*vulgaris* a Cl. MEDICO dictus) tetrandros atque pentandros flores pari numero gerit, tetrandrorum vero florum ſemina modo matureſcunt. *Euon. latifolius*, qui LINNEO eſt *europaei var. β* ſpecie diſtinctus eſſe videtur a vulgari; eius enim filamenta breuia craſſaque ſunt, et antheras fertiles quidem, vix tamen conſpicuas, proferunt, neque foliorum figura conueniunt. *Euon. longifolius* nullibi deſcriptus, ſemper tetrandrus eſt, petalis gaudet rotundiuſculis planis violaceis. *Euon. verrucoſus* pentapetalus quidem ſaepius cernitur,

nitur, quaternum vero numerum ſtamina nunquam excedunt. *Vitex intgra*, quam LINNEVS pro varietate *Vit. agni caſti* habuit, et *Vitex ſinuata*, quae cum *V. Negundo* vulgo confunditur, ad tetrandriam pertinent, ſtamina filamentis aequalibus offerentes, et ſpecificis notis veris praeditae eſſe videntur. *Rhamnus* LINNEI praeter naturam conſtructum genus eſt, in plura adeoque dirimendum, cuius aſſerti periculum a Cl. Auctore factum eſt. Diuiſit nimirum in *Rhamnum*, quem ad tetrandriam retulit, in *Frangulam*, *Paliurum* et *Zizyphum*, quos pentandros detexit. Negari omnino nequit, diuerſas *Rhamno* ſubiectas ſpecies, et flore et fructu multum differre, adeoque Noſtrum has diuidentem reprehendere non audemus. Tetrandrae ſunt *R. ſaxatilis*, *catharticus*, et *infectorius*, qui hermaphroditos flores ſaepius gerunt. *Bignonia Catalpa* vere pentandra eſt, antherae in duobus filamentis fertilibus quatuor, quae leuiter altero apice cohaerentes, altero diuergunt. Vna harum antherarum, dum flos aperitur, aſſurgit, ita vt filamento ex aduerſo poſita ſit. Ad hanc claſſem quoque *B. radicans* pertinet. In *Salſola fruticoſa* deeſt ſtylus, ſtigma infundibuliforme criſpum trifidum, germen cylindraceum. *Frangula alnus* calycem quinquefidum, petala quinque habet, quae inter calycis lacinias vnguibus minimis inſerta ſunt, et a LINNEO *ſquamulae* nominantur. Filamenta in ſulcum petali recipiuntur. *Ribes Dillenii* in DILLENII hort. Elt. tab. 244. deſcriptum, denuo definitur. *Paliurus clypeiformis*, qui *Rhamnus Paliurus* LINNEI eſt, petala offert patiniformia manubrio excauato, in quo filamenta latitant. Effloreſcentiae modum ab Auctore Cl. notatum ſilentio praeterire non poſſumus. — Diſſiliunt, inquit, perianthii laciniae, eaeque, vbi hori-

zon-

zontalem ſitum acceperunt, quieſcunt, dein petala cum adiacentibus ſtaminibus, quae interea aſcenderant, per perianthii lacinias reclinantur, et pedunculo apponuntur. Dum haec a natura peraguntur, accreſcunt piſtilli partes, et dein aſſurgunt denuo ſtamina, circa piſtillum incuruantur, et ſuper ſtigma pollinem plorant. Fecundatione peracta rurſus declinantur, voluptatis ſuae poenas marceſcendo luentes. Diclini flores interdum deteguntur. Stamina *Ceanothi americani* in petalorum concauitate requieſcunt, donec haec verſus pedunculum reclinantur; tunc enim aſſurgunt, et verſus ſtigma ſeſe inclinant. *Tamarix gallica* vnico ſtylo gaudet, ſuperne trifido. *Zizyphus officinarum* germine ex rotundo plano, ſtylis duobus, quorum quilibet ſtigmata duo recuruata gerit, a *Paliuro* dignoſcitur. *Ceanothus americanus* cum his *Rhamni* ſpeciebus nobis vix coniungendus videtur. *Celtis auſtralis* et *occidentalis* pentandrae quidem ſunt, etſi in flore omnino euoluto ſtamina omnia reperiri vix vnquam queant. Haec enim verſus interiora inclinata, antherarum ſuarum apicem in foraminula circa germen diſpoſita recondunt, ſimulque non diſſiliunt, ſed ſenſim ſenſimque et eriguntur et ad debitam accreſcunt magnitudinem; et in eo quidem has ſequuntur regulas: vnum modo erigitur, pollinem pluit, marceſcit, defluit, nunc priori ſuccreſcit alterum, alteri tertium, et ſic porro; inde fit, vt, ſi vltimum in actione, cuius cauſa datum eſt, conſpiciatur, priores iam euanuerint. In *Caſſia marylandica* ſtamina tria ſuperiora ſterilia ſunt, infimum ſaepe deficit. Hoc in *Caſſia occidentali* quoque infecundum. *Hydrangea arboreſcens* decandra, filamenta maiora in flore inaperto inclinata, breuiora ſemper erecta ſunt, ſtylis deſtituitur; id enim, quod vulgo pro ſtylis

adſumi-

adſumitur, apices germinum ſunt. Cum *Zizypho* et *Ceanotho* coniungi vix poteſt. *Crataegi* plures decandrae ſunt, nimirum *viridis*, *crusgalli* et *ſalicifolia*, aliae icoſandrae, vti *coccinea*, et *villoſa*. Genus hoc a *Sorbo* et *Meſpilo* ſeiungi vix poteſt, cum ſtylorum numerus nimium inconſtans ad quem LINNEUS fere vnice reſpexit, huic ſeparationi repugnet. In *Pruno virginiana* ſtylus germini a latere adnatus conſpicitur. *Iuglans regia*, *nigra?* et *cinerea* icoſandrae ſunt; claſſes enim, in quibus ad flores diclinos reſpicitur, reiiciendos eſſe exiſtimat. Priori ſtylos, qui minimi modo nobis apparuerunt, deficere dicitur, *nigra* vero atque *cinerea* ſtylos offerunt, magnitudine vero diuerſos; in priori enim longiſſimus eſt. In poſteriori mares nullos detexit. Non omnes *Hyperici* ſpecies polyadelphae ſunt; in aliis enim, vti in *hircino* et *canarienſi*, filamenta omnia diſtincta ſunt, quae ad polyandriam Cl. Auctor retulit, in aliis, *olympico* nimirum atque *perforato*, in vnum tubum ſunt coalita, in *androſaemo* vero et *calycino* plures reperiuntur filamentorum faſciculi. Diſtribuit eapropter has in polyandriae monadelphiae et polyadelphiae claſſem. In *H. hircino* filamentorum magnitudo variat, piſtillorum numerus ſaepius ad quinarium aſcendit. *H. perforatum* petalis altero margine dentatis nigropunctatis ab *olympico* differt. *Calycinum* calyce minore, ſtaminum faſciculis quinque, germine oblongo, floribus ſolitariis, ab *androſaemo* dignoſcitur. *Coluteae* filamenta elaſtica, ſtigmata acuta, in apice ſtyli, non barbata in latere eiusdem offerunt. *C. arboreſcens*, ſolo colore et partium magnitudine a *C. rubra* differt, harum legumina nullibi hiant, *C. orientalis* legumina ſuperne hiantia profert, in *C. fruticoſa* vero idem hiatus inferne reperitur. In *Robiniis* calyx ſtrumoſus quinquedentatus ſemper detegitur.

gitur. Hae praecipuae ſunt obſeruationum in hoc fasciculo traditarum. Rigorem, quo errores LINNEI taxauit, ad calcem libri emendare ſtuduit, ſimulque antea prolatam de aſclepiadeis decandris ſententiam mutauit; tubercula enim ſtaminifera, quorum ſingulo duae adhaerent antherae, omnes ad pentandriam reiicere videntur. Explicatio tabulae aeneae, in qua quinquaginta ſex figuris, fabricam partium floris antea traditam explicare eſt annifus, ſcopo, cuius cauſa addita eſt, ſatisfacere nobis videtur. p. 369. p. 378.

Index plantarum ſexualis, in hoc opere obſeruationibus nouis, rigoroſiſſime inſtitutis, illuſtratarum, et alius alphabetico ordine concinnatus, cui vel terminorum variorum explicationes ſunt adiectae, operis huius egregii vtilitatem augent. p. 386. p. 392.

VI.

ALBRECHT WILHELM ROTH, *der Arzn. Doktor, Landphyſ. im Herzogth. Bremen, und Ehrenmitglied der deutſch. Geſellſch. in Bremen, Beyträge zur Botanik*, 1 *Theil*, *Bremen* 1782. 8. 132 *S.* eiusd. 2 *Theil*, ibid. 1783. 190 *S.*

i. e.

A. W. ROTHII aduerſaria botanica Faſc. I. II.

Collegit Cl. Auctor in opuſculo hoc diuerſos botanici argumenti tractatus, quibus vel accuratior partium plantarum expoſitio traditur, vel varia phyſices vegetabilis themata explicantur, vel rei herbariae diſcendae neceſſitas atque modus illuſtratur. Plures eorum a Cl° ROTHIO ipſo ſunt elaborati, neque tamen deſunt aliorum collecti labores, eosque, ſi qui Auctori in poſterum mittentur, lubentiſſime ſemper ſuis immiſcebit. Optan-

Optandum quidem eſſet, vt viri adeo ſolertis induſtria in obſeruando perennes agere radices, et vt alii, quibus ſcribendi opportunitas non eſt conceſſa, conamina ſua eidem transmittere vellent.

Tom. I. p. 1. Continentur in prima parte decem varii argumenti diſſertatiunculae: *Spontaneas quasdam plantas ducatus Oldenburgici* prima earum enumerat ita, vt rariores modo indicet, vulgaribus omnibus omiſſis. Continet hicce catalogus ſexaginta et vnam plantarum ſpecies, Linneana methodo diſpoſitas, eiusdem definitionibus ſpecificis determinatas, et propriis vel deſcriptionibus vel obſeruationibus magis illuſtratas. Ex his, quae nobis praecipua videntur, Lectoribus noſtris, quibus earum rerum notitia, vti certo ſperamus, curae cordique eſt, enumerabimus, vt iisdem et rerum contentarum praeſtantia, et Auctoris Cl[i] in obſeruando ſagacitas innoteſcat. —

Salicornia herbacea in regionibus maritimis articulos cylindricos ſaepius profert. *Callitriche autumnalis* androgyna eſt; folia apice bifida, vel in *C. verna* vidimus. *Veronica maritima* fructificationis partibus duplo minoribus a *V. longifolia* diſtinguitur, huius laciniae breuiores bifidae, calycem ſexfidum fere reddunt. In *Pinguiculae vulgaris* generica deſcriptione, error LINNEI labium ſtigmatis ſuperius cum inferiori confundens emendatur. *Scirpi maritimi* nota eſſentialis ſquamae ſpicularum trifidae eſſe videntur; flores enim modo in vmbellam, modo in paniculam congeſtos vidit. *Scirpus triqueter*: conuenit planta haec cum deſcriptione et icone Bauhiniana a LINNEO in Specierum Plantarum enumeratione ſub *Scirpi mucronati* nomine citata, pro quo haberi nequit, quia tres caulium carinae in illo deficiant, et mucro rectus panicula multo

to longior ſit. *Poam maritimam* a LINNEO prorſus omiſſam, ab HUDSONO, OEDERO aliisque deſcriptam atque depictam, et a LIGHTFOOD male cum *Feſtuca fluitante* commixtam, aliquantulum fuſius deſcripſit, eamque ad *Poae* genus vtique pertinere corroborauit. Cum *Plantagine maritima* vulgo alia eiusdem ſpecies confunditur, quae maioribus foliis ad *P. Loeflingii* accedit et pro *P. ſalſa* PALL. vel *incuruata* JUSS. a Noſtro habetur. *Corni ſuecicae* deſcriptio amplior. *Iſnardia paluſtris*, *pepli* ſimillima, ſed maior, ſub aqua repens et demum natans. *Ilex aquifolium* conſtanter polygama dioecia. *Menyanthes nymphoides*, foliis ad *Hydrocharem* vel *Nympheam* accedit, quadruplo maiora ſunt illius et quadruplo minora huius foliis; ad baſin germinis glandulae nectariferae quinque reperiuntur, *M. trifoliatae* quoque propriae. *Lyſimachia nemorum* ſola capſula ſeminali ab *Anagallide* differt. *Phyteumae ſpicatae* flores apud nos ſemper albi conſpiciuntur. *Gentiana tetragona* OEDERI male a LINNEO pro varietate *Gentianae campeſtris* habebatur. *Gentiana filiformis* tetrandra eſt. *Tordylium nodoſum*, dum in horto colitur, vmbellas pedunculatas gerit, eius ſemina exteriora hiſpida, interiora ſcabra, eandem ob cauſam cum *Scandice infeſta* proprium genus conſtituere poſſet, vel ob ſemina omnia hiſpida ad *Caucalidem* referri deberet. *Antherici oſſifragi* capſula hexagona ſexſulca eſt. In *Triglochine maritimo* et calyx et filamenta deficiunt; tria enim petala, quae LINNEVS pro calyce aſſumſit, certe ad corollam pertinent, antherae vero non filamentis, ſed vnguibus inflexis petalorum inſident. *Ericae tetralicis* flores tribracteati, harumue bractearum duae calyci appreſſae ſunt tam arcte, vt cum eodem commiſceri facile queant. *Elatine hydropiper*, ſtylis deſtituitur. *Spergulae ſa-*

ginoidis germen glabrum ſtyli hirſutiſſimi. *Stratiotes aloides* ad dioecias polyandras pertinet; corpora enim, quae pro rudimentis ſtaminum vulgo habentur, certe nectaria ſunt. *Ranunculo hederaceo* petala alba, filamenta plerumque decem tribuit. *Lamii maculati* character in tubo corollae hirſuto, faucis dente vno tantum ſetaceo inflexo cet. Mirum profecto eſt, quod a LINNEO *Bunias* ad ſiliquoſas ſit relata, cum tamen ipſe et in generica et in ſpecifica huic generi ſubordinatarum plantarum deſcriptione, has ipſas ſeminum capſulas, ſecundum naturae regulas in ſiliculas reformauerit. *Fumaria claviculata:* haec papilionacea eſt, (petalis inter ſe connatis) filamentum ſuperius vexillo, inferius receptaculo affigitur, quod fere in omnibus ſpeciebus, quas vidimus, obſeruauimus. *Geniſta anglica* glabritie, ſpinis ſimplicibus et foliis ouato lanceolatis petiolatis a *G. germanica* differt.

p. 40. *Obſeruationes quaedam botanicae* ſex plantarum rariorum prolixiores deſcriptiones continent. *Hedyſarum caput galli* magnitudine paulo maiore, leguminibus aculeatis, ſpinis integris, leguminibus monoſpermis, ab *H. criſta galli*, cui ſimillimum eſt, dignoſcitur; hoc enim paululum minus eſt, ſpinas latas compreſſas inaequales dentato ſpinoſas, et legumina diſperma gerit. Cum *Vicia narbonenſi*, alia Viciae ſpecies multum conuenit, quae caule ſolido, ſtipulis apice integris, vexillo ex albo violaceo, alis nigricantibus, legumine compreſſo ſcaberrimo ſeminibusue duplo minoribus ab eadem differt. *Hibiſcus Trionum var.* β. LINNEI pro ſingulari ſpecie ab Auctore habetur et cum MILLERO *africanus* cognominatur. Foliis radicalibus cordato ſubrotundis, ſuperioribus omnibus tripartitis, foliorum lobis atque petalis anguſtioribus, ſeminibusve nigris ab *H. Triono* differt.

p. 45. *De diſcrimine ſpecierum ac varietatum regulae.* Cum

Cum quotidie fere magnus nouarum plantarum detegatur numerus, quae pro cuiuslibet lubitu, modo pro ſingularibus ſpeciebus, modo pro aliarum plantarum varietatibus aſſumuntur, perquam laetamur, Cl^{um} Auctorem regulas collegiſſe, quas obſeruatores botanici in determinanda plantarum origine ſequi debeant. Eoque magis laetamur, quo magis iam a longo tempore ſumus mirati, regulas has,non nouas quidem,ſed paſſim iam commendatas, obliuioni prorſus dari, vel certe negligi, pluresue diſtinctas quidem, ſed perquam affines plantarum ſpecies, ſecum commiſceri, et pro eadem planta ſaepius haberi. Nocet error hic vegetabilis ſcientiae incremento tantopere, quantopere vix vllus, eo ipſo enim a naturali plantarum ordinandarum ſerie magis magisque remouemur. Transmutant vero plantarum exteriorem faciem, radiorum ſolarium, aëris terraeue, (nonne etiam aquarum ſugendarum?) varietas, adeoque harum ipſarum rerum permutatione, ea ipſa ad rectam viam optime reducitur. Quodſi vero transplantari planta nequit, quam pro alius varietate quis habet, hortatur Auctor obſeruatorem, vt ad florendi tempus attendere velit; quodſi in eo inſignis eaque conſtans reperitur diſcrepantia, tunc vel minimae in exteriori habitu diſcrepantiae ad ſeparandas easdem ſufficiunt. Eamque ipſam ob cauſam duas *croci* varietates, *officinalem* nempe atque *vernum*, quorum ille in autumno florens foliis anguſtioribus ſubulatis margine reuolutis (quod quoque de *verno* valet) ſtriatis, ſtylo longiſſimo profunde triſido, ſtigmatibus trifidis odoratis dignoſcitur, a poſteriori prorſus ſeiunxit. Diuerſitas quoque in fructificationis partium ſtructura, ad plantas ſpecie ſeparandas Auctori Cl° ſufficere videtur, cum hae ipſae partes transmutationi rariſſime modo ſint ſubiectae. Contra hanc regulam ſaepius peccaſſe nobis videtur

LINNEUS, *Valerianas*, *Medicagines* aliasue plures plantas ſemine perquam diſcrepantes vniens.

p. 60. In quarto tractatu *de irritabilitate foliorum Droſerae rotundifoliae* et *longifoliae* agit. Cum enim folia quaedam harum plantarum conuoluta accuratius conſideraret, reperit animalcula demortua pilis in foliorum margine ſitis verſus interiora flexis circumdata. Inflectuntur vero non ſolum pili hi, ſed ipſa quoque folia ab apice ipſorum verſus baſin incuruantur, ſi animalculo viuo ſuper iisdem prorepente vexantur. Poſſent vero animalcula facile aufugere, cum perquam lente abſoluta foliorum conuolutio eueniat; ſex horarum enim ſpatio ea demum abſoluitur; niſi vnguinoſus, quem ſuper pilis reperiundae glandulae ſecernunt, liquor eorum pedes foliis ipſis firmiſſime adglutinaret eademque mox interimeret. Inflectuntur vero prius pili minores in foliorum diſco ſiti, dein maiores illi marginales incuruantur, et tandem folia ipſa ab apice ſuo ad baſin conuoluuntur. In ſtatu hoc tam diu manent, quam diu quaedam ab animalculo irretito ſentitur irritatio. Conuolutio ipſa in *D. longifolia* calidisue diebus paulo celerius abſoluitur. Si ab inſectulis minoribus lateralis ſolummodo margo irritatur, tunc vexata ſolummodo folii pars inflectitur. Proprietatem hanc, quae ſenſibilitatis nomen neutiquam mereri Noſtro videtur, ad nutritionem plantae aliquid conferre, contra Cl. SCHREBERVM, ſtatuitur, quod tamen *Sphagni* ſurculi, quos *Droſerae* pilis ſaepius irretitos vidimus, concedere vix videntur. Lectis his, ſaepius animalcula *Droſerae* foliis ſuperimpoſuimus, ea tamen humore paululum abſorpto, ſemper auolarunt.

p. 76. In quinta ſectione *de rarioribus tractus Oldenburgici plantis* diſſerere pergit. *Orobus tenuifolius*, *O. tuberoſo* ſimillimus, caule inferne quadran-

drangulo ramoſo ſuperne alato, foliolis linearibus, longioribus, ſtipulis ſemiſagittatis vnidentatis, ab eodem differt. *Trifolium alpeſtre* contra Cl. POLLICH diadelphum deſcribitur: de *Trifolio fragifero* dicendum eſſet labio ſuperiore calycis inflato bidentato; non enim totus calyx in flore deflorato inflatur, neque bidentatus dici recte poteſt. *Hyperico quadrangulari* contra LINNEVM pori foliorum pellucidi tribuuntur. In *Scorzonera humili* folia lineari lanceolata ſemper detexit. *Zanichelliae paluſtri* pericarpia monoſperma non dehiſcentia conceſſit, quae in Linneana definitione corticem ſeminum conſtituunt. In *Littorella lacuſtri* flores maſculi pedunculati, feminei ad radicem ſeſſiles ſunt. Flores maſculi *Myricae Gales* glandulis nectariferis pellucidis ex aureo ſplendentibus gaudent. *Atriplicis littoralis* folia integerrima nunquam vidit; *pedunculatae* vero calyces feminei bicornes ſunt.

Sexto *epitomen epiſtolae* I. C. OEDERI *de flora Germanica cogitata continentis* tradidit. Optat nimirum Cl. OEDERVS collectionem omnium in Germania naſcentium plantarum cum definitione earum characteriſtica et iconibus, iis tamen omiſſis, quae in flora Danica et Auſtriaca iam reperiuntur. Huius ipſius elaboratione, omnes florae ſpeciales ſuperfluae forent, quarum inſignis numerus botanicorum taedium facile moueret. *Catalogi plantarum Oldenburgicarum* continuatio. *Prunus Padus* flores maſculos plures gerit. *Sinapis aruenſis* a *S. orientali*, ſolo germine et ſiliqua laeui, quae partes in orientali retrorſum hiſpidae ſunt, differt. Octavo *ſuper neceſſitate herbarium viuum colligendi et de ordinandi modo diſſeruit.* Non eſt, vt huius tractatus ſummam Lectoribus noſtris referamus; nouimus enim iisdem Linneana de hac re praecepta dudum cognita eſſe, eumque ipſum tironibus modo botanices ſcientiae perquam proficuum exiſtimamus.

p. 93. p. 103. p. 110.

p. 120. *Plantarum quarundam a* LINNEO *non deſcriptarum adumbrationes. Scorzonera taraxaci* exteriori habitu *Leont. Taraxaco* ſimillima, calycis ſquamis omnibus erectis oualibus magnitudine inaequalibus, ſemine longius in ſtipitem producto, et magis compreſſo, ab eodem differt. Folia anguſtiora runcinato dentata. *Conuoluulus proſtratus* foliis radicalibus ouatis obtuſis emarginatis longe petiolatis, pedunculis vnifloris, caulibus proſtratis a congeneribus facile dignoſcitur. *Caucalis platycarpos* foliis ad *C. leptophyllam*, flore ad *grandifloram* et ſemine ad *latifoliam* accedit. *Cuffea viſcoſiſſima*, nunc omnibus nota, ob calycem inaequalem, quaſi calcaratum, ſexdentatum, ob ſquamulam nectariferam reflexam ad baſin germinis, ob capſulam ſuperne dehiſcentem et emittentem receptaculum craſſiuſculum verſus apicem, quaſi ramoſum ſeminibus ſecundis obſeſſum, cum *Lythro* coniungi nequit.
p. 127. In vltima denique primae partis ſectione *obſeruationes quasdam plantarum*, quae accuratas vndecim rariorum plantarum deſcriptiones continent, exhibuit. Plantae hic reperiundae ſunt *Ranunculus paruiflorus*, cuius calyx reflexus, ſtamina 8 - 10, ſemina apice vncinata latere ſcabra continet. *Geranium gruinum*, cuius flores priores ſemper ſteriles ſunt. *Campanula hybrida*, *Erinus*, *Conuoluulus Nil*, *Laſerpitium Monieri*, quod *Selinum Monieri* Linneanum, *Aethuſae Cynapio* in floris partibus ſimillimum ſemine ad *Laſerpitium* accedit, iam LINNEO notante. *Mollugo verticillata*, ſtigmata in germine trigono ſeſſilia offert. *Pteleam trifoliatam* certe dioeciam eſſe confirmat. *Ipomoea pes tigridis*. *Verbena jamaicenſis* et *indica* ſpicarum craſſitie atque caulium hirſutie differentes, ad didynamias pertinere Noſtro videntur. An *Lotus corniculatus* alis et carinis minimis, corneis, e luteo nigricantibus variet?

Altero

Altero volumine eadem induſtria varia rei herbariae capita duodecim ſectionibus digeſſit. In prima earum *botanices ſtudium ab opprobriis eidem vulgo factis defendit*, et vitia in eodem tractando vulgo commiſſa recenſet. Haec ſunt nimius varietatum monſtrorumue neglectus, vel eorundem cum ſpeciebus certis ac genuinis confuſio, humilium indigenarumque plantarum contemtus, quae tamen a quouis botanico prae caeteris diſquirendae eſſent, terminorum botanicorum et copia et iteratae permutationes, nimius plantarum numerus, et earum, quae vſu medico deſtituuntur, contemtio. Dein *Obſervationes Plantarum* protulit. *Gentiana exacoides* in ſicco ſpecimine flores omnes quadrifidos tetrandros obtulit. *Xeranthemi ſpecioſiſſimi* folia ſenſim in calycem abeunt. *Polypodium auriculatum*, quod LINNEUS glabrum vidit, villoſum a Noſtro eſt detectum, a *P. vulgari* pinnis diſtinctis acutioribus falcatis, ſtipite villoſo differt. Diuellit itaque Linneana ſpecierum ſubdiuiſio naturalem diuerſorum polypodiorum ſeriem. *Hedera quinquefolia* rarius fructificat, baccam calyce non cinctam diſpermam Noſter vidit. *Vitis vinifera* vix vnquam quinqueſperma. *Aſtragalus auſtriacus* ad *Phacas* pertinet, cum legumen vniloculare reperiatur, *Hedyſarum criſta galli* e contra ad *Aſtragalos*, cum legumina bilocularia diſperma, huius generis eſſentiam conſtituant. In *Collinſonia canadenſi* antherae didymae. *Siſon ammi* inuolucris neque vniuerſalibus neque partialibus gaudet. *Fritillaria meleagris* caule bifloro variat. *Gladiolus byzantinus* MILL: ſpecie vix a *Gl. communi* Linneano diſcrepat. *Meſpili germanicae* var. aculeata, fructibus, floribus et foliis minoribus. *Solanum guineenſe* ſpecie a *S. nigro* ſeiungendum eſt, a quo racemis erectis vmbellatis,

Part. II. p. 1.

p. 14.

ſeminibus groſſis et tota ſua magnitudine conſtantiſſime differt. *Sium anguſtifolium* et *nodiflorum* ab HALLERO certe confuſa ſunt. *Orobanche maior* et *laeuis* ſimillimae ſunt, et a botanicis paſſim commixtae, cum non caulis ſuperficie, vtraque enim ſcabra eſt, ſed aliis ſignis differant. Differt nimirum *O. laeuis* a *maiore*, ſtatura proceriore, angulis in caule acutis, bractea vnica calyce maiore, calyce quadrifido, floris tubo calyce minore, antheris cohaerentibus, ſtigmate bipartito. Ad hanc HALLERI ſynonymon a LINNEO ſub *O. maiori* citatum. *O. maior* vero dignoſcitur caule obſolete anguloſo, bracteis tribus lateralibus calyce minoribus, calyce ipſo ſubquinquefido, tubo floris calyce duplo longiore, antheris non cohaerentibus, ſtigmate ſimplici. *Violae canina* et *montana* flores femineos fertiles, eosque apetalos gerunt, floribus hermaphroditis ſeriores, vnde hi foecundentur, explicatu profecto arduum eſt. *Thymi piperellae* et *alpini* notae diſtinctiuae, hic *Origanum vulgare*, ille *Mentham piperitam* odore (et ſapore) refert, easdem vires in aliis pluribus plantis, vt in *Clinopodio incano*, notauimus. *Chelidonii hybridi* folia non pinnatifida, ſed bipinnata *Anthemis Cotulae* foliis ſimillima ſunt. *Turnera* foliis eglanduloſis, floribus longe pedunculatis axillaribus et racemoſis; horum ipſorum characterum ergo *T. vlmifolia* eſſe nequit, etſi in caetero habitu cum eadem conueniat; neque pro *T. ciſtoide* haberi commode poteſt, cum et magnitudine eandem excedat, et foliis vndique crenatis rugoſis ouato lanceolatis longe petiolatis ab eadem differat. Ad vngues petalorum ſquamae ſunt, ſub quibus germen abſconditur. *Allii multibulboſi* accurata deſcriptio. *Aſperula taurina* polygama habetur, floribus maſculis ne rudimenta

quidem

quidem piſtilli gerentibus. Comparent botanici, quibus plantam viuam examinare facultas eſt, hanc deſcriptionem cum LINNEI nota, omnes nimirum flores eſſe hermaphroditos, et piſtillum ante marceſcentiam floris rarius excreſcere. *Geranium* HVDSONII a REICHARDO ad *Ger. pyrenaicum* relatum, ab eodem ob ſtamina decem perfecta, quorum quinque ſeriora, ſeiungendum. *Valantia muralis* hirſutie *hiſpidae* ſimillima dicitur, ſed minor, diffuſa et proſtrata deſcribitur, et fructum hiſpidum triroſtrem gerit, qui in *hiſpida* hiſpidus rotundatus eſt.

In tertia ſectione *regulae, quas botanophili, herbaria viua colligentes ſequi debeant*, ſunt propoſitae, ad quam legendam tirones botanicos adhortamur. p. 42.

De Geraniorum nectariis. Diuerſa horum organorum ſtructura, cuius et LINNEUS et alii plures botanicorum fecerunt mentionem, commouit Cl. Auctorem, vt omnes huius generis ſpecies in duas ſeiungeret familias. Cui quidem opinioni reliqua floris fabrica repugnare neutiquam videtur. In aliis enim calycem monophyllum detegimus, et in iisdem tubum nectariferum glandula terminatum in pedunculo reperimus; alia vero calyce pentaphyllo inſtruuntur, et glandulis nectariferis quinque, in orbem intra petalorum vngues diſpoſitis gaudent. Ad illa *africana*, vt cum LINNEO loquar, pertinent, haec vero ex *myrrhinis* et *batrachiis* componuntur. Cognita ea ſunt, niſi nos omnia fallunt, omnibus noſtrorum Lectorum, cum iam LINNEI atque BOEHMERI laboribus ſint declarata. Deſcripſit vero Auctor ſtructuram floris in XXVI. diuerſis *Geranii* ſpeciebus, adeo ſollicite, vt non ſolum ad diverſum ſitum atque figuram partium, ſed ad earundem colorem quoque attenderet. Superfluum quidem hoc multis videri poſſet, neque tamen eosdem p. 70.

 ſtudium

ſtudium poenitebit, quo obſeruatiunculas has luſtrabunt. Inſignis enim certe eſt varietas, quam Cl. Auctor in his adeo ſimplicibus partibus
p. 83. adnotauit. Si quis forſan ſit, qui *de vſu theſauri ſiccatarum herbarum* dubitet, eum rogamus, vt tractatum quintum, in quo de eadem re diſſeritur, perlegere velit.

p. 87. In ſexta ſectione iterum *obſeruationes plantarum* tradidit. Sub *Delphinii elati* nomine vulgo duae diuerſae plantae compleCtuntur, quarum altera foliis omnibus quinquefidis, pedunculis, floribus et capſulis glabris, filamentis verſus apicem externe barbatis, gaudet, quod a Cl. ROTHIO *elatum* appellatur, altera vero folia ſuperiora trifida lanceolata, pedunculos, flores capſulasue hirſutas et filamenta glabra gerit, et ab Eodem *hirſutum* cognominatur. Ob filamenta vſque ad medium in plura corpora membranacea connata, ad polyadelphas pertinent. *Caſſia nictitans* ſaepius tetrandra eſt. *Cleome pentaphylla*, *dodecandra*, *aculeata*, *violacea* et *arabica* accuratius deſcriptae ſunt. Etſi in exteriori facie multum inter ſe conueniant huius generis ſpecies, plures tamen reperiuntur in accuratiori ſcrutinio varietates, quae a characteribus genericis a LINNEO expoſitis recedunt. Vnica *pentaphylla* ex adductis gynandra eſt, et germen ſuper receptaculo elongato, ſtylo carens gerit. Miramur vero, Cl. Auctorem hoc ipſum receptaculum cum LINNEO ſtylum appellaſſe, cum varii nomine ſeducti exiſtimauerint, LINNEUM huic ipſi receptaculo, quod tamen aliis in locis in formam ſtyli elongatum appellauit, ſtyli vices tribuiſſe, et metonymiae vitium in hac ipſa denominatione ab eodem commiſſum, in ſummae ignorantiae errorem transmutauerint. *Gomphrenae* ſpecies, cuius flores in racemum interruptum diſpoſiti, cum *G. interrupta* L. con-

L. conueniunt, differt caule proſtrato debili a ſpecie citata, cui erectus adſcribitur.

Plantarum quarundam LINNEO *incognitarum deſcriptiones. Hordeum maritimum* OED. quod *H. murino* proximum eſt, ab eodem omnino ſeiungendum. *Vicia incurua* pedunculis multifloris, caule quadrangulo; angulis duobus alatis; omnibus ciliatis. Manca fruticis dodecandri deſcriptio, de ramulo ſiccato confecta. Si LINNEUS eas modo ſyſtemati ſuo ſubiunxiſſet plantas, quas ipſe viuas diſquiſiuerat, pauciores profecto in ordine ſuo forent errores. p. 97.

Plantae a LINNEO *male ordinatae.* Fere omnes obſeruationes in hac ſectione traditae ex LINNEI ſupplemento plantarum Brunſw. 1781. edito ſunt collectae, quas quidem pauciſſimis propriis auxit, quae antea a nobis ſunt allegatae. p. 101. *Continuatio catalogi plantarum Oldenburgicarum. Schoenus fuſcus* culmo triquetro deſcribitur. *Potamogeton*, quod a *natante* differt, foliis duplo longioribus, anguſtioribus, baſi attenuatis. *Potam. denſum* ſpica biflora a Noſtro eſt obſeruatum. *Impatiens noli tangere* tripetala eſt; petala enim quatuor inferiora in duo ſunt connata. *Betula alba* ramis pendulis pro ſingulari ſpecie a Noſtro habetur. p. 125. *Additamenta ad* LEYSERI *floram Halenſem*, plantas varias rariores huius regionis continet, quas Cl. Auctor ſpecificis LINNEI notis illuſtrauit. *Plantaginem ſubulatam*, quam quidam pro *P. maritimae* varietate habuerunt, foliis teretibus vidit. *Vicia caſſubica* accurate deſcripta. Foliorum et florum numerus variat. p. 135.

Obſeruationes quaedam plantarum. In *viola montana, tricolore* et *canina* antherae non ſunt connatae. *Ornithogalum minimum* foliis linearibus, caulinis alternis vmbella breuioribus, pedunculis hirſutis, floribus ſubhirſutis, ſtylo longitudine ſtaminum ab *O. luteo* differt. In *Eruo tetraſpermo* ſeminum numerus p. 144.

merus a ternario ad quinarium variat. In *E. monantho* ſemper ternarius. *Hyacinthus*, habitu et odore *H. orientalis*, ab eodem corollis campanulatis hexapetalis aliisque pluribus ſignis diuerſus. *Lupini linifolii* plantae humanae altitudinis deſcriptio.

p. 149. AVG. LVD. GVIL. HAGEMANN *Specimen Florae Bremenſis.* Nomenclatura 476. plantarum Linneano ordine confecta, cum notato loco natali, et florendi tempore. Promiſit Cl. Auctor huius operis continuationem, Eumque eapropter rogamus, vt eiusmodi catalogos, pauciſſimis botanicorum vtiles, et tractatus de rebus tritis atque dudum perſpectis, quorſum herbariae ſcientiae vtilitas, diſcendi modus, et quae de Herbariis viuis dicuntur, pertinent, omittere velit. Tam multa enim adhuc grauia ſunt atque implicita in re herbaria, vt a bis cocta crambe facile fatigemur.

VII.

AVG. IO. GEOR. CARD. BATSCH Elenchus fungorum. Accedunt icones LVII. fungorum nonnullorum agri Ienenſis ſecundum naturam ab auctore depictae; aeri inciſae et viuis coloribus fucatae a *I. S. Capieux.* Halae Magdeb. apud I. Iac. Gebauer 1783. 4. pl. 13. cum dedic. et praefat. Tab. aen. XII.

A quo vegetabilium ſcrutatores fungis denique curatiorem manum admouerent, plures praeſtantiſſimi botanici eorum coordinationem ſyſtematicam, enumerationem deſcriptionemque generum, ſpecierum, nec non varietatum tradere, et hanc cognitionem iconibus aeri inciſis, nec non recentiori more, colorum viuorum illuſtratione facilitare certioremque reddere anniſi ſunt. Inter priores eminent

ſent MICHELIUS, RAIUS, DILLENIUS, HALLERUS, STAEHELINUS; praeprimis vero Cl GLEDITSCHIUS compoſitione completioris ſyſtematis et deſcriptionibus ſpecierum varietatumque in ſingulare opus congeſtis hanc prouinciam ſuam quaſi feciſſe viſus eſt. Cl. SCHAEFFERUS vero harum ſtirpium dedit icones tribus voluminibus comprehenſas multa induſtria exaratas eleganterue viuis coloribus fucatas. Tantum tamen abeſt, vt cunctis his conaminibus cognitioni earum illa adlata ſit claritas, qua in reliquis ſtirpibus diſtinguendis nunc fruuntur botanici, vt potius, ſi tantundem a generum conſtitutione receſſeris, adhucdum in ſpecierum dignotione diſtincta et certa non minus cum tenebris colluctandum ſit ſat denſis.

Quod cum in diligenti conquiſitione et perueſtigatione vegetabilium huius ordinis bene animaduerteret Noſter, diſcutere easdem tentauit inprimis conſtitutione ſubdiuiſionum ſeu ſubordinum, inter ſpecies generi cuidam competentium. Id quod LINNEUM iſthinc neglexiſſe haud ita perperam monet. An vero Ipſe rem acu exactius tetigerit hocque opere facem lucentiorem incenderit, ex iis, quae exempli loco commemorabimus, facile intelligent Lectores.

Fungorum ordinis naturalis characterem in ſynopſi dicit: *vegetabilia genitalibus ſimpliciſſimis imperfectis, ſeminibus granulatis in ſuperficie vel cauo peculiari ſimplici aggregatiſſimis contenta* etc. quem contra, nec non diſcrepantias a variis cryptogamarum generibus inde enatas, quas ibidem refert, multa certe monenda eſſent. p. 26.

Poſtmodum ſuum proponit ſyſtema, Micheliano, vt dicit, ſimile, ſimilius tamen Gleditſchianae generum eſt exſtructioni, in Cl. huius botanici *Methodo fungorum* traditae, cuius tamen ne verbulo quidem mentionem iniecit. Loco autem vndecim GLE-

DITSCHII generum, hic nouem tantum reperiuntur, nimirum I. AGARICVS. II. BOLETVS. III. HYDNVM ſeu Eluela Gled. IV. PEZIZA. V. PHALLVS. VI. CLAVARIA. VII. CLATHRVS. VIII. LYCOPERDON. IX. MVCOR, quorſum Byſſus Gled.

Magis tamen ad Auctorem pertinent ſubordines et ſpecierum, hic relatarum, triuialia nomina: quare alienum non erit, paulo fuſius proponere lecturis, quid hoc in campo praeſtiterit.

Atque primi generis ſubordines ſunt: I. Validi, pileo nimirum farcto carnoſo ſtipite caulefcente, valido, in pileum craſſum diffuſo; lamellae validae, plerumque fragiles et rariores. Species; *lacteus* SCHAEF. ic. 39. *virgineus* ic. propr. 12. *barbatus* ic. propr. 11. *ſanguineus* SCH. 75. var. β. Id. 58. et ic. propr. 13. γ. SCH. 15. 254. *rubellus* SCHAEF. 204. 214. *maculatus* Id. 240. *ceraceus* SCHAEF. 40. *lateritius* Id. 42. 54. *delicioſus* SCH. 235. ſub quo ſex varietates e SCHAEFFERO propter habitum coniunctiſſimum ſuppoſuit; qui tamen ſane vix de omnibus valet. *delicatus* SCH. 92. β 93. γ. 94. *fuluens* SCH. 5. *hepaticus* ic. propr. 15 SCH. 259. β. SCH. 55. γ. 223. *aurantius* SCH. 219. β. 221. γ. 251. *luteus* SCH. 41. *ſericeus* SCHAEF. 24. *mollis* Ic. propr. 14. *Rudolphi* ic. propr. 23. *ſubgranulatus* SCHAEF. 3. et ic. propr. 22. *oliuaceus* SCHAEF. 218. *fuſcus* SCHAEF. 36. *fuſiformis* Id. 87. *pullus* SCHAEF. 64. β 69. γ. 14. *violaceus* SCH. 34. *ſubcyaneus* Id. 53. *ſubuiolaſcens* SCHAEF. 56.

p. 49. Subordo II. Character: pileus ſubfarctus carnoſo-membranaceus cum ſtipite coaleſcens mollis ſtipesque: hinc germanice *Weichpilze*. Species hic recenſitae ſunt: Agaricus *fritillarius* SCHAEF. 89. *velleus* SCH. 84. *luxurians* SCH. 260. *ſpadiceus* icon propria 16. *caſtaneus* SCH. 81. *ochraceus* ic. pr. 17.

Sub-

Subordo III. quorum character *ſtipes baſi vel* p. 51.
ſub pileo annulo cinctus. Quum vero aliud certe ſit, reſiduum illud a membranoſa ſubſtantia, totum fungum ante eruptionem oui ad inſtar cingens, quod volua audit, aliud plane annulus a vertice ſtipitis ad marginem pilei penes alias ſpecies deductus, atque cum iſto cohaerens, diſtinxit fungos huius ſubordinis in Agaricos ſtipite baſi voluatos et ſtipite ſuperne annulatos. Ad voluatos retulit A. *incarnatum* MICH. Gen. T. 26. f. 1. *fungites* SCH. 85. 86. var. 257. *aquamarinus* SCH. 244. *fuluens* SCH. 245. *fimbriatus* SCH. 95. *dentatus* SCH. 98. Annulatae autem ſpecies ſunt: A. *vulneratus* SCH. 18. 19. *pauperatus* SCH. 96. *antiquatus* SCH. 22. 23. *pellitus* SCH. 33. *ouum* SCH. 241. *piſtillaris* MICH. G. T. 81. f. 2. *clauatus* SCH. 247. *occultatus* SCH. 74. *modeſtus* MICH. T. 75. f. 1. 3. *laceratus* SCH. 242. Volua radicali et annulo ſtipitis praeſente, Agar. *cyprinus* SCHAEF. 258. *aureus* MICH. T. 77. f. 1. *Mappa* SCH. 20. *margaritiferus* SCH. 91. et 261. vt var. *ruderatus* SCH. 90. *ſubgracilis* MICH. T. 76. f. 3. *puella* SCH. 28. *imperialis* SCH. 27. et MICH. T. 78. f. 2.

Subordo IV. pro nota characteriſtica lamellas p. 59.
habet, maturitate diffluentes; abſque tamen reſpectu ad voluam aut annulum nonnullis ſpeciebus datis: Species hic recenſitae ſunt; A. *palleſcens* SCH. 237. *ſuccineus* SCH. 6. *aqueus* SCH. 17. *tortus* SCH. 201. *digitalis* ic. propr. *radians* SCH. 100 et 216. *balanus* SCH. 66. *plicatus* SCH. 67. (nequaquam 78) *chamaeleo* SCH. 46. 47. *mitella* (an potius *mitrella*?) SCH. 7. 8. *ſtellatus* MICH. T. 79. f. 6. *ſubulatus* MICH. T. 80. f. 2. *roſtratus* MICH. T. 80. f. 5.

Subordo V. *clypeatos*, i. e. ſubdiaphanos com- p. 65.
prehendit fungos, quorum ſubſtantia et figura varia; lamellae rariores nec in atramentum defluen-

tes.

tes. Subdiuiſio *α*. pileo ſtriato, ſubcorneo, ſubnitente; lamellis ſubconcoloribus. A. *ſulphuratus* SCH. 31. *aduſtus* SCH. 32. *piloſus* ic. pr. 2. *tintinabulum* ic. pr. 3. *variabilis* SCH. 43. *criſpus* SCH. 52. *cinctus* MICH. T. 79. f. 7. *β*. pileo conico, opaco, lamellis colore diuerſo. *ſtriatus* SCH. 211. *carbonarius* ic. propr. SCH. 202. var. 210. *furnus* SCH. 70. var. 229. *fuliginarius* ic. pr. 40. *aethiops* SCH. 250. *crocatus* SCH. 253. Sed vterque horum vltimorum nequaquam ſpecie ab inuicem diſtare videntur. *γ*.
p. 69. pileo conuexo, integriore membranaceo, opaco. *Fibrilloſus* SCH. 59 et 236. *crenulatus* SCH. 226. *ſubcoriaceus* SCHAEF. 203. *aſperſus* SCH. 234. *miniatus* SCH. 222. *angulatus* MICH. T. 74. f. 4. *abietis* SCH. 99 et ic. propria 10. quae vero a Schaefferiana perquam abludit. *pineti* SCH. 239. *β*. ic. pr. 9. *campanella* SCH. 230. *flauens* SCH. 45. *caryophyllatus* SCH. 77. *niueo-flauus* SCH. 51. cui annulus; *lacrimalis* ic. propr. 7. *auricomus* ic. pr. 21. *dealbatus* SCH. 205. *niueo-bruneus* SCH. 217. *tubiformis* SCH. 207 et 232. *fuſceſcens* SCH. 60. *pratenſis*
p. 77. SCH. 220. et ic. pr. 5. *δ*. pileo corneo, ſubcarnoſo, abſque nitore, niſi viſcido. *Vmbraculum* ic. pr. 4. *pluteus* SCH. 10. *placenta* ic. propr. 18. *murinus* ic. propr. 19. *Jantinus* SCH. 13. et ic. propr. 20.
p. 79. *ε*. opaci abſque nitore, pileo aſperato: *granoſus* ic. propr. 24. *hiſpidus* ic. propria. 25. *ζ*. opaci abſque nitore, pileo furfuraceo ſquamoſo: *fuliginatus* ic. propr. 26. *atro-ſquamoſus* ic. propr. 27.

p. 81. Subordo VI. Vnctuoſi, ad tactum nimirum in ſuperficie pilei ſuperiore ſolidioris. Subdiv. *α*. pileo ſtipiteque corneo, fibroſo: *hyacinthus* SCHAEF. 2. 26. et ic. propr. 28. quae vero vix quadrat Schaefferianis; *chryſolithus* SCH. 48. *β*. pileo ſtipiteque opaco ſaepe ſquamuloſo et maculato: *beryllus* SCH. 1. cum annulo: *ienenſis* ic. propr. 29. annulus arachnoideus; *vnctus* SCH. 35. *ſubcorneus*

SCHAEF.

SCHAEF. 4; *carneolus* SCH. 49; *vitellinus* SCH. 79. *rufo-lineſcens* SCH. 21 et 25. *patella* SCH. 38. *impuber* SCH. 62. *ferrugineus* SCHAEF. 37. *ſimulans* SCH. 9. *ſquarroſus* SCH. 61. ic. propr. 31. *flammans* SCH. 209 et ic. propr. 30.

Subordo VII. obliqui; quorum nimirum pileus inaequaliter ſtipiti adſidet, plerumque margine ſurſum vergente. Lamellae ſubrarae ſubinquales. Species: *flocoſus* SCH. 29. *ſubmaculatus* SCH. 225. var. eiusdem 233. *ventricoſus* SCH. 71. *ſerpentiformis* SCH. 248. 249. *atrotomentoſus* ic. propr. 32. *carneo-tomentoſus* ic. propr. 33. *pſeudo-delicioſus* SCH. 243. *meſentericus* SCH. 43. 44. var. 208. 224. p. 87.

Subord. VIII. venoſi. Huic characterem adſcripſit; pileus carnoſus, ramulis teretiuſculo elatis, venaeformibus, ramoſis ſaepe. Species: *pruinatus* ic. propr. 35. *cinereus* SCH. 165. 166. de quibus tamen vere dubitamus, an recte ad hoc genus relati. Tab. vero 275 eandem ad hanc ſpeciem citata, euidentiſſime ſpecies ſubordinis praecedentis eſt, propter floccoſitatem; *aurora* SCH. 157. et ic. propr. 36. vt varietas: *purpuraſcens* SCHAEF. 164. 276. *pſeudo-vnctuoſus* ic. propr. 37. *cantarellus* ic. propr. 34. Potius ad ſubordinem ſequentem transferenda ſpecies. p. 91.

Subordo IX. huius character; pileus lateraliter ſeſſilis absque ſtipite. Species: *caneſcens* SCH. 213. et ic. propr. 38. *bicolor* SCH. 246. *violaceo-fulvus* ic. propr. 39. *quercinus* SCH. 57. *alneus*; — *aſſerculorum* SCH. 76. p. 95.

II. BOLETVS. Subordo I. fauoginei, qui tubos latos, forma cellularum pro charactere habent. Species: *ſuaueolens* SCH. 124. *fauus-ſubſquamoſus* SCH. 101. 102. nec non ic. propr. 41. *infundibuli-* p. 97.

formis. MICH. T. 70. f. 4. 8. 10. *arcularius* Id. ibid. f. 5. *hirſutus* Id. T. 71. f. 2.

p. 99. Subordo II. Suilli, quorum character ſecundum Auctorem; pileus carnoſus, ſtipitatus, ſtipite valido, tubi latiuſculi, alti, carnoſi. Species: *luteus* SCHAEF. 115. *voluatus* 114. annulatus potius, quam voluatus, ſecundum Auctorem; *bouinus* SCHAEF. 123. 126. *mutabilis* SCHAEF. 107. var. 105. 112. 133. 134. 135. aſt vix huius ſpeciei. *canus* SCHAEF. 103. var. 104.

Subordo III. Millepori; adſcriptus huic character eſt; pileus ſtipitatus varius, tubi anguſtiſſimi, confertiſſimi. Species: *lacteus*, ic. propr. 42. var. SCHAEF. 111. 265. 266. MICH. T. 71. f. 1. SCHAEF. 127–129. *perennis* — *criſpus* SCHAEF. 121. 122. *zonatus* SCHAEF. 125. var. MICH. T. 20. f. 6. *membrana* SCHAEF. 281. var. 279. vix. *Eluela* SCHAEF. 149. *coriaceus* SCHAEF. 277. *floribundus?* SCH. 278.

p. 107. Subordo IV. Reteporei. Character eorum: pileus ſeſſilis, acaulis; tubi punctiformes confertiſſimi. Species: *verſicolor* SCHAEF. 267–269. vt var. ad quas quoque cum ſigno interrogationis refert MICH. T. 66. f. 4. *ſuberoſus* SCHAEF. 136. *nitens* SCHAEF. 131. 132. var. β. SCHAEF. 109. 110. MICH. T. 61. f. 2. γ. SCHAEF. 116–120. MICH. t. 60. δ. SCHAEF. 270. ε. SCHAEF. 264. *igniarius* ibid. 262. var. β. id. 137. γ. 138. δ. 106. *officinalis* MICH. T. 61. f. 1.

p. 111. III. HYDNVM. Subordo I. ſtipitata: Horum character pileus dilatatus peltatus. Species: *zonatum* SCHAEF. 139. 272. *ſubſquamoſum* Id. 140. var. ic. propr. 43. *carnoſum* SCHAEF. 141. 273. *auriſcalpium* id. 143.

p. 114. Subordo II. Deformia. Character: ſtipes inverſe conicus, lateribus ſpinoſis, ſuperne truncato-pileatus.

pileatus. Species: *clandeſtinus* SCHAEF. 144. 145. et ic. propr. 44. *ſuberoſus* SCHAEF. 146. 147. ic. pr. 45.

Subordo III. Lateralia. Character; pileus ſeſſilis membranaceus. Species: *occarium* MICH. T. 64. f. 3. *pectiniforme* id. ibid. f. 4. 5.

Subordo IV. Difformia. Character; pileo dilatato nullo manifeſto. Species: *hyſtricium* MICH. T. 64. f. 1. *coralloideum* id. ibid. f. 2. SCHAEF. 142.

IV. PEZIZA. Subordo I. Ceraceae. Character; ſuperficies externa et interna aequalis abſque pilis et puluere furfuraceo, ſeminibus minutiſſimis in cauo ſupero diſperſis. Species: *niuea* ic. propr. 56. *griſea* ic. propr. 55. *ſeminulum* — *cochleata* SCH. 148. var. β. 150. γ. 274. *auricula* SCHAEF. 155. *leporina* SCHAEF. 156. *antiquata* — *ſepulcralis* SCHAEF. 280. *diadema* MICH. T. 86. f. 18. *coronata* id. ibid. f. 2. *crucibulum* id. ibid. f. 1. *cupreſſi* id. ibid. f. 20. *hians* id. ibid. f. 6. *infundibuliformis* SCHAEF. 152. *tuba* MICH. T. 86. f. 10. *conuiualis* id. ibid. f. 14. *nutans* id. ibid. f. 12. 13. *ſulphurea* — *calyculus* MICH. T. 86. f. 5. 11. et ic. propr. 57. *ſceptrum* MICH. T. 86. f. 3. p. 115.

Subordo II. Piloſae. Character; externe pilis ſparſis hirſutae. Species: *Ienenſis* — *ſcutellata* SCHAEF. 284. MICH. T. 86. f. 17. 19 et ic. propr. 54. (Hanc microſcopice diſquiſiuimus, eiusque ſeminula intra filiculas concluſa, interſperſis his filis numeroſiſſimis intra cauum fungilli, plane eodem modo ac in Lichene *carpineo* LINN. deprehendimus:) vt varietates proponit Auctor β. SCHAEF. 151. MICH. l. c. f. 4. γ. tota fuſca. *crater* SCHAEF. 167. *virginea* MICH. l. c. f. 15. *eruciformis* id. ibid. f. 16. p. 123.

Subordo III. Furfuroſae. Character; ſuperficies externa puluere denſo furfuraceo obducta. p. 125.

Species: *brunnea* ic. propr. 50. SCHAEF. 158. *Schenckii* ic. propr. 52. *porphyrea* ic. propr. 53 *oliuacea* ic. propr. 51.

p. 127. Subordo IV. Lentiferae. Character; cauum vel totum, vel fundus tantum corpuſculis compreſſis refertus, ſingulis filo proprio pedicellato ſemina in ſubſtantia interna continente. Species: *cupula* MICH. T. 102. f. 4. *olla* ibid. f. 1. SCHAEF. 180. β. 181. *hirſuta* SCHAEF. 278. (verum iſte SCHAEFFERI fungus erat Boletus *floribundus* p. 107.) MICH. T. 102. f. 2. *pyxis* SCHAEF. 179.

p. 129. V. PHALLVS. Subordo I. Acaules. Species: *acaulis* SCHAEF. 153.

Subordo II. Lobati. Character; ſtipitati, pileo plicato lobato, lobis ventricoſo-coniugatis, apicibus ſubrecuruatis. Species: *brunneus* SCHAEF. 159. 160. 161. 238. (ſed vltimus numerus Agarici ſpeciem repraeſentat) *fungoides* MICH. T. 86. f. 9. *coſtatus* SCHAEF. 154. β. 162. γ. 282.

p. 131. Subordo III. Reticulati. Character; ſtipitati, pileo externe pilis diſtinctis varie connexis in ſuperficie celluloſo-reticulata. Species: *vndoſus* MICH. T. 84. f. 2. *gigas* id. ibid. f. 1. *rete* id. ibid. f. 3. *anaſtomoſis* id. t. 85. f. 3. *acuminatus* SCHAEF. 199. 298–300. MICH. T. 85. f. 1. *voluatus* SCH. 196–198. MICH. 83.

p. 133. VI. CLAVARIA. Subordo I. Clauaeformes. Character; farctae plerumque, ſimplices, indiuiſae apice ſaepe latiore, ſeminibus in ſuperficie cutis mollioris contiguae. Species: *piſtillaris* MICH. T. 87. f. 1. et ic. propr. 46. β. SCHAEF. 169. γ. MICH. l. c. f. 3. *atropurpurea* MICH. T. 86. f. 2. ic. propr. 47. *militaris* SCHAEF. 90. (falſiſſimus numerus) *ophiogloſſoides* MICH. T. 87. f. 4. var. β. id. ib. f. 5. γ. f. 7.

γ. f. 7. *δ.* f. 6. 9. *ε.* SCHAEF. 171. *pedunculata* MICH. T. 87. f. 8. *lumbricalis* id. ibid. f. 10. 11. *vermicularis* id. ibid. f. 12. 13.

Subordo II. Ramoſae. Character; corpus varie- diuiſum, ſubſtantia et forma priorum. Species: *Cornu-Alces* SCHAEF. 291. MICH. T. 88. f. 6. *cornu-cerui* SCHAEF. 289. *fruticuloſa* SCHAEF. 173. *faſtigiata* SCHAEF. 70. 72. 134. *β.* id. 75. et ic. propr. 48. *γ.* SCHAEF. 285. 286 cet. p. 135.

Subordo III. Cruſtaceae. Character; tecta cruſta dura, fragili, perforata, foraminulis cellularum cauarum ſubcutanearum, protuberantium. Species: *digitata* MICH. T. 55. f. 2. *hypoxylon* MICH. ibid. f. 1. *Michelii* id. T. 54. f. 5. p. 137.

Subordo IV. Gelatinoſae. Species: *cornea*— *reſinoſorum* MICH. T. 92. f. 1. *puccinia* id. ibid. f. 2. et ic. propr. 49. p. 139.

VII. CLATHRI genus quod attinet, breuiſſimis ſeſe expediuit Auctor, atque ſub carnoſis vnicam tantum ſpeciem, *cancellatum* nimirum MICH. T. 93. habet, atque inter ſiccos *adnatum* MICH. 94. *pedunculatum* Tab. eadem et *clathroidaſtrum* eiusdem ibid. enumerat. Deſiderantur igitur hic plane elegantiſſimae illae SCHMIDELII duae ſpecies, reticulo perſiſtente et deciduo. p. 141.

VIII. LYCOPERDON. Subordo I. Subterranea. Quibus adnumerat *ceruinum* MICHEL. T. 49. f. 4. et *Tuber* MICH. 102. p. 143.

Subordo II. *Incraſſata*, quod Auctori eſt, *ſupra terram naſcentia*, pedunculo nullo vel craſſiore; volva nulla, (ſolummodo recte, ſi non manifeſtam ſubintelligit.) Species: *Echinus* MICH. T. 92. f. 5. *muricatum* SCHAEF. 184. *circumſciſſum* SCH. 186. *β.* 191. *γ.* 189. *δ.* 190. *ſtellatum* MICH. T. 97. f. 3.

lacerum SCHAEF. 292. 294. *furfuraceum* MICH. T. 97. f. 6. *hirtum* id. ibid. f. 4. *cepaeforme* id. T. 99. f. 1. *polyrrhizon* id. ibid. f. 2. *pyriforme* SCHAEF. 187. *diſpar* SCH. 188. *gemmatum* MICH. 97. f. 1. *lanatum* id. ibid. f. 2. *capitatum* id. ib. f. 1. *admorſum* SCH. 187. *boletiforme* SCHAEF. 292. 295.

p. 149. Subordo III. *Pedunculata.* Species: *pedunculatum* Inſtit. Rei Herb. T. 331. E. *palmiforme* MICH. T. 97. f. 7.

Subordo IV. *ſtellata.* Character; volua radicalis multifido dehiſcens. Species: *radiatum* SCHAEF. 182. MICH. T. 100. f. 4. 6. *geaſter* MICH. t. 100. f. 1. *corallinum* id. ibid. f. 3. *multifidum* id. ibid. f. 5. *pedicellatum* ibid. f. 2. *feneſtratum* SCHAEF. 183. *carpobolus* MICH. 101.

p. 153. Subordo V. *Seſſilia.* Character; ſtipite orbata, paraſitica vel putredini innaſcentia; vix ore, ſed lateribus diffractis ſemen emittentia. Species: *bombacinum* – *pineum* – *corticale* – *chalybeum* SCHAEF. 193. 195. *luteum* ibid. 192. *verrucoſum* – *cinereum* –

IX. MVCOR, cuius ſpecies ſunt, *mucedo* e LEDERMÜLLERI microſcopicis, *ſphaerocephalus* autem, *furfuraceus ater* et *glaucus* e propria obſervatione.

Ex his patet, quantum laboris conſumſerit indefeſſus Auctor in conquiſitione, atque facilitatione indicationis ſpecierum per addita triuialia. Quod in taedii plenam illam incertamue cateruam ſynonymorum ſeſe non immergeret, nulli miramur; fatemur tamen, perquam optabile fuiſſe, ſi praeſtantiores quosdam botanicos, qui diſtincte ſatis de iis ſpeciebus dixere, quas in ſcenam produxerat, non ſicco plane pede tranſiiſſet, quin vel digito tantum certioribus in locis LINNEVM, HALLERVM,

LERVM, GLEDITSCHIVM, et diſertiſſimum perſpicaciſſimumque SCHMIEDELIVM indicaſſet. Ex altera parte lubentes fatemur intimum deſiderium, vt Auctor lucentiorem facem tenebris illis penes dignotionem fungorum incendiſſet in momento diuidendi hanc vegetabilem tribum in ſua genera, vnde ad minimum improportionata nimisque vaſta illa Agaricorum Boletorumque, clariorem, et perſpicacitati, imo ipſius naturae, aptiorem lucem erant indeptura. Sed veniet forſan etiam iſta dies.

VIII.

Philoſophical Tranſactions of the royal Society of London, Vol. LXVIII. for the Year 1778. Part. I. II. 1779. 4. pagg. 1099. c. ind. et Vol. LXIX. for the Year 1779. Part. I. 1779. Part. II. 1780. pagg. 696. cum ind. 4. London, printed by J. Nichols, for Lockyer Davis.

i. e.

Acta Societatis regiae Londinenſis Vol. LXVIII. et LXIX. ad ann. 1778. et 1779.

Pergimus in ſeligendis breuiterque enarrandis obſeruationibus, quae in his voluminibus Actorum Londinenſium ad noſtri operis cenſum pertinere viſae ſunt.

I. WILH. HAMILTON ad JOH. PRINGLE epiſtola, *de montium ignuomorum veſtigiis, in vadis Rheni fluuii repertis.* Eſt prope Confluentiam (*Coblenz*) in aduerſa Rheni ripa, pagus quidam, quem *Unkel* accolae vocant, lapicidina baſaltis admodum nobilis. Columnae baſalticae pentagonae et hexagonae, quibus mons totus conſtat, ſupinae plerumque iacent, aliae ſtant erectae; ſunt deni- Vol. LXVIII. Pars I. p. 1.

que etiam, quae obliquae Rheno imminent. Ipſe fluminis alueus magnum columnarum numerum habet, quae inde verſus montem ad 100 pedum altitudinem exſurgunt. Ex his minimae ſex pollicum, maximae vnius et dimidii pedis latitudinem habent. Coloniae Agrippinae, Bonnae et Confluentiae portarum ſublimenta, terminique ex hoc lapide fiunt, viaeque publicae per vrbes eodem et laua muniuntur, aedes autem tum priuatae, tum publicae, ex lapide ſcoriaceo, Piperino vel Tuffae Italorum ſimili, conſtruuntur. Eadem regio ſeptem habet montes, olim, quod craterum reliquiae conicaque forma arguunt, igniuomos, laua, lapideque ſcoriaceo plenos. Andernaci prope Rhenum magna vis huius lapidis Belgis venditur, qui illum molendo in caementum puteolano pulueri ſimile conuertunt.

p. 7. 2. IOH. HUNTERI *diſſertatio de calore animalium et vegetabilium.* Variis experimentis conſtitit, calorem conſuetum partium animalium viuorum, frigidis corporibus applicatis imminui poſſe, et a calidis corporibus augeri, reſiſtere vero has partes tum calori, tum frigori, ad certum quendam gradum aucto, donec vis vitae eidem ſuccumbat: in illis porro animalibus, quae frigidum ſanguinem habere vulgo dicuntur, calorem mutari non eadem proportione, qua fluidum calet, in quo viuere poſſunt, ſed ad eum tantum vſque frigoris gradum, quo partes enecantur: tunc enim vim caloris genitricem ſeſe exſerere, donec vita animal derelinquit, qua ceſſante animal quemuis frigoris gradum aſſumit. Vegetabilibus etiam quaedam vis ineſſe videtur, quae frigori reſiſtat; thermometrum enim arbori immiſſum per foramen terebra factum, calorem ſemper indicabat, paucis gradibus maiorem eo, quem aër ambiens habebat, et ſuccus, qui ex

arbore vulnerata emiſſus 31mo gradu Fahrenh. congelabatur, intra arborem non vltra 17° calentem fluidus permanebat.

4. *Noua Strabiſmi ſpecies, deſcripta ab* ERASMO DARWIN, M. D. Puer hoc vitio laborans obiecta ſingula alterutro tantum oculo, et quidem, quae a latere dextro oblata eſſent, ſiniſtro, ſiniſtra dextro oculo intuebatur; oculum eius lateris, quo res viſui obiecta erat, ita inclinabat, vt imago rei in eam fundi oculi partem, qua intrat neruus opticus, caderet. Obiecta, quae coram ipſo erant, capite ad latus flexo, alterutro oculo, qui ab obiecto remotior eſſet, luſtrabat, alterum oculum viciſſim eo defixurus, cum inſpiciendo forte defatigatus eſſet. Litteras chartae fragmentis inſcriptas, et vtrique oculo ex aduerſo oblatas, ſimul ambobus oculis legebat. Par erat pupillae in vtroque oculo vis contractilis. — Videbatur hoc vitium aliquantum corrigi gnomone chartaceo naſo impoſito et ſupra illum prominente, quem oculi ſimul intueri ſenſim adſueſcebant. Ex his, qui limi ſunt, plurimi alterutrum oculum debiliorem habent; hinc Auctor his fortiorem oculum per aliquot dies linteo tegere ſuadet, vt debilior exercitio ſenſim acutior euadat. — Hoc caeterum ſingulare erat, quod cum ex punctis duobus in eadem linea parieti inſcriptis, et octo pollicum ſpatio a ſe inuicem diſtantibus, alii homines recta intento alterutro oculo illa intuentes, ad 26 pollicum diſtantiam vtrumque punctum diſcernerent, puero illi limo alterutrum punctum diſpareret, cum 13 tantum pollicum longitudine a pariete receſſiſſet: ex qua quidem obſeruatione hoc fluere noſtro videtur, fuiſſe huic puero partem inſenſilem in nerui optici centro, duplo maiorem quam aliis hominibus, ipſumque neruum opticum quo loco in oculum intrat, cum illo angulum conſueto duplo maiorem effeciſſe. Inſenſile oculi p. 86.

ſpatium non a choroideae membranae circa nervum opticum defectu neque ab arteria centrali, ſed a filamento quodam circa nerui optici mediam partem in corpus vitreum porrecto oriri aſſerit.

p. 97. 5. MILES PARTINGTON *obſeruatio de ſpaſmo per electricitatem ſanato.* Muſculus ſternomaſtoideus ſumma cum rigiditate ita contractus erat, vt facies verſus alterum latus oblique conuerſa eſſet. Febris ſimul aderat veſpertina, ſed exigua, paralyſis momentanea per interualla, pulſus debilis et irregularis. Malum a refrigerio duxerat originem, et electricitate poſitiua, ſudores abundantes proliciente, ſanabatur.

p. 102. 6. ANDERSON *de lapide ingentis magnitudinis prope bonae ſpei promontorium reperto.* Granites erat, in ea regione alias nuſquam in montibus aut terrae ſtratis occurrens; mole inſigni, quam dimidiae horae ſpatio vix ambire potuiſſes. Adiecta eſt breuis GUIL. HAMILTON epiſtola, qui hunc lapidem ſolitarium vi montis cuiusdam igniuomi in planitiem proiectum fuiſſe exiſtimat.

p. 107. 7. NATHAN. POLHILL *de illa apum culturam augendi et promouendi ratione, quam* DEBRAWIUS *in Act. S. R. Lond. Vol. LXVII. propoſuit* *). Confirmantur DEBRAWII inuenta.

p. 111. 8. DAV. MACBRIDE *noua pelles ſubigendi methodus.* Infuſum corticis quercus, quo cerdones ad ſubigendas et confirmandas pelles vitulinas, aliasque vtuntur, cum aqua calcis praeparare iubet; coria ſpiſſiora autem, ex quibus ſoleae fiunt, (*ſoal-leather*) non, qui mos vulgaris eſt, aqua, cui ad acorem vſque hordeum vel ſecale intabuit, ſed acido vitrioli multa aqua diluto maceranda eſſe praecipit, antequam infuſo corticum quercus cum aqua calcis parato committatur.

9. I. HAY-

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 580.

9. I. HAYGARTH *de incolarum vrbis* Cheſter *numero et morbis per annum* 1774 *obſeruatis.* Oppidum hoc eſt in ſaluberrima regione ſitum; incolas habet 14713. Ex plurium annorum computo, qui tabulis illuſtratus exhibetur, in tota vrbe quotannis vnum ex 40 et in medio vrbis vnum ex 58 mori conſtat, quod profecto vnicum et rariſſimum ſalubritatis eſt exemplum. Anno 1774 plurimi ex febre, variolis, tabe, neruorum diſtentione et ſenectute decrepita mortui erant. Plurimae mortes autumno, pauciſſimae verno tempore numerabantur. p. 131.

10. GULIELM. SWIFT *de nonnullis experimentis electricis.* Fulmen artificiale ab aqua nubium vices gerente, in domunculas puluere pyrio plenas demiſſum eas accendit, quarum conductores in globulos deſinebant, illis vero pepercit, quae conductoribus acuminatis munitae eſſent, vnde conductorum acutorum in deriuando fulmine prae rotundatis praeſtantia manifeſto apparuit. p. 155.

11. CAR. MILLER *deſcriptio inſulae Sumatrae.* p. 160. Calor in hac inſula, vt ſub auſtrali coelo, et in aequatoris vicinia, mediocris eſt, eteſiis a mare flantibus attemperatus. Pluuiae crebrae cum tonitru plerumque; frequentes terrae motus: nec montes igniuomi deſunt, quorum vnus continuum vaporem, et, concuſſa terra, flammas quoque eructat. Oram maritimam Europaei et Malaii tenent, interiora populi barbari liberique, Malaiis, lingua, ſcriptura moribusque diſſimiles, inhabitant. Montium incolis frequens ſtruma morbus eſt. Ex his populis aliqui ſunt, qui hoſtium inſidiis deceptorum, ſontiumque hominum ſupplicio affectorum carnibus veſcuntur; caeteroquin erga peregrinos hoſpitales et manſueti. Mortuos nobiles (nam apud hos quoque populos ſeruorum et ingenuorum quae-

quaedam ſunt diſcrimina) arcis ligneis incluſos in ſupremo tuguriorum culmine collocant, foetorem cadaueris per fiſtulas ab arcis in terram ſubducentes. Ferax haec regio eſt caſſiae, camphorae et benzoës. Ex camphorae ligno tigna palique pro domibus conſtruendis ab indigenis caeduntur. Animalia, quae ibi habitant, ſunt: Simia longimana et Satyrus L. Tigrides, (in quorum corpora parentum manes migrare vulgus opinatur) Pardus, Elephas, Rhinoceros, Alces, (de quo, cum boreale coelum tantum ferat, vehementer dubitamus) Ceruus Dama, Bos Bubalis, muſtelae ſpecies duae, Hyſtrix et Erinaceus. — Conchae in lapidem conuerſae rariſſime ibi occurrunt. Eſt prope Sumatram, *Euganho* inſula, Europaeis hactenus fere ignota, quam tenent barbari rudesque populi, ferrum et metalla ignorantes, ex piſcatu, ſaccharo, coco, et Dioſcoreae radicibus victum quaerentes. Cum nauis, ab hac inſula redux, in itinere ſubmerſa fuiſſet, Noſter, quae ibi repoſuerat, corpora naturalia, in inſula Euganho collecta, perdidit; hinc nonniſi mancam deſcriptionem ſui itineris dare potuit. Adiecit nonnulla de corallio quodam, Malaiis *lalan-lout*, h. e. *gramen marinum*, dicto. Creſcit in arenoſis vadis maritimis, ſtipiti erecto ſimilis; digitos tangentes fugit, et in arenam ſeſe abſcondit. Tentacula Auctor reperire non potuit. — Cocos marina vulgo dicta, quam maris incolam eſſe hactenus plurimi exiſtimarunt, fructus eſt palmae cuiusdam foliis flabelliformibus inſtructae, quae in inſulis Mahi, Gallis *les Iles des echelles* dictis, non procul a Madagaſcaria, copioſe creſcit.

p. 194. 14. W. WHITE *experimenta phyſica aëris naturam variasque illi a variis effluuiis contingentes mutationes illuſtrantia.* Eboraci illa inſtituebantur eo conſilio, vt aëris communis in illa vrbe ſalubritas deter-

determinaretur. Nitroſi aëris adminiculo id fiebat, et zephyro flante aërem in vrbe puriſſimum, euro autem ſpirante magis inſalubrem eſſe, hoc ſcrutinio apparebat. Intra moenia minus, quam extra vrbem; purus erat. Conquaſſatione cum aqua deterior reddebatur, ille vero aër, quem acidum nitroſum ex cineribus ſtanni (*glaziers putty*) expulerat, eodem artificio purior euadebat. Aër cubiculi, in quo noctem quis tranſegerat, nec non ille, qui reſpirationi per diutiſſimum tempus inſervierat, inſignem puritatis iacturam fecerat. Caro in aëre communi per 24 horas ſuſpenſa illum manifeſto corrumpebat, nec tamen odore inficiebat. Latrinarum aër atmoſphaerico vix erat impurior; quod quidem experimentum cum Pringlianis omnino congruit. Plantarum flores, folia fructusque aërem noxium reddunt. (Scilicet ea, quae diſquirebat, folia, a lucis acceſſu remouiſſe, et non modo experimenta Cl. INGENHOUSZ aërem puriſſimum ex plantarum foliis ſolis beneficio prolici demonſtrantia, verum et Prieſtleyana experimenta, et quae de his iam anno 1773 Cl. PRINGLE ad ſocietatem regiam retulerat, Auctor ignoraſſe videtur.) Puris ſiccisque odoribus, camphora v. c. moſcho cet. aër vix tantillum corrumpitur. Paludum et aquarum ſtagnantium putrilagine aër peſtilens euadit; noxam nullam patitur a luto multa aqua tecto, neque ab arena, humo vel calce.

14. THOM. HENRY *de terrae motu d.* 14 *Sept.* 1777 *in vrbe Mancheſter aliisque locis vicinis obſervato.* Hunc terrae motum ſtrepitus ingens comitabatur, in illis potiſſimum domibus, quae fulguris conductoribus munitae eſſent. Nonnulli ictu quaſi electrico percutiebantur; alii nonnullis poſt terrae motum diebus neruorum dolores aut vterorum ſuffocationes experiebantur. p. 221.

15. *Diſſer-*

p. 232. 15. *Diſſertationes et reſponſa ſocietatis regiae ad conſtructionem abductorum fulguris ſpectantia.* In loco Purfleet pulueris pyrii promtuarium fulgure tactum fuerat, abſque incendio, licet conductore acuminato munitum erat. Cum huius rei cauſa ſocietatis regiae conſilium poſceretur, Cl. WILSON vaſtiſſimo inſtrumentorum et experimentorum apparatu, quem hoc loco repetere taedioſum foret, praeſtantiam conductorum, qui globoſos fines habent, et acutorum noxam demonſtratum iuit. Reliqui autem ſocietatis delegati, illius experimentis nequicquam curatis, acutos tuiti ſunt, ita vt eos laminis plumbeis per vniuerſas domus, tum inter ſe, tum cum ſolo coniungendos eſſe doceant.

p. 419. 20. I. A. DE LUC *diſſertatio de pyrometro et areometro a ſe inuentis, nec non de menſuris phyſicis in vniuerſum.* Inſtrumenta iſta ſine figuris vix poſſent lectoribus deſcribi. Multa caeterum docte pariter ac ſubtiliter monuit Auctor de dimenſionum phyſicarum, quales vulgo inſtitui ſolent, fallacia, quae ex effectuum variorum et ſimultaneorum eiusdem cauſae confuſione naſci ſolet.

P. II. p. 601. 26. FRANC. MASSON *deſcriptio inſulae Sti Michaëlis.* Ex Azoricarum numero eſt, fertilis admodum, et pro mediocri magnitudine populoſa. Omne inſulae ſolum natiuum pumex eſt et cinis, montiumque caua cacumina antiqua teſtantur incendia. Thermarum ingens eſt abundantia; ex his nonnullae ſunt, quae maximo cum ſtrepitu vaporisque ſulphurei perpetuo turbine calidiſſimam aquam, luto, ſulphure et alumine foetam ad inſignem altitudinem proiiciunt. Artubus reſolutis et podagrae has thermas feliciter mederi fama eſt. Alius fons eſt calidiſſimus, ex quo torrens ſcaturit aliis ſenſim thermis increſcens, vndasque feruidas mari miſcens.

27. I. SCOTT *epiſtola de viſus ſingulari quodam vitio.* p. 611. Auctor neque ad diſtinguendas rerum formas ineptus eſt, neque alia oculorum labe affectus, niſi quod virides colores omnino ignoret, nec a rubris diſcernere poſſit, licet flauos pariter ac coeruleos, ſolo eo, qui coeli colorem imitatur, item fuſco (caryophylli) colore excepto, bene diſtinguat. Rufum (*claret-colour'd*) pro aterrimo habet. Caeterum ſuae genti hoc viſus vitium familiare quaſi eſt et domeſticum, ita tamen, vt non omnibus nec alterutri tantum ſexui adhaereat.

29. MATTH. GUTHRIE *de Ruſſorum regimine antiſeptico.* p. 622. Cum tot tantaeque ſint ſcorbuti et putredinis opportunitates, inter quas ruſtici Moſcovitici, ob carnium ſalitarum eſum, et cubiculorum immunditiem atque inſignem calorem quotidie verſantur, contra illas omnes natura duce ſeſe tuentur braſſica ſalita et fermentata (*Sauerkraut*), aqua cum farina ſecalina (addito etiam ſubinde malto) ad acorem vſque fermentata, (*quaſs* ſ. *Kisla ſtſchi* incolis dicitur) pane nigro fermentato, cucumere ſalito, et balneis, quibus omnibus continuo vtuntur.

31. CAR. DE MERTENS *commentatio de ſcorbuto.* p. 661. Plurima, quae ex antecedente tractatione deſcripſimus, hic quoque occurrunt; etenim per longum tempus Cl. MERTENS medicinam in Ruſſia exercuit. Scorbutum victu vegetabili et potu *Quas*, vlcera gangraenoſa cortice Peruuiano curauit.

34. W. WATSON *deſcriptio ſquali glauci* LINN. p. 789. Spinas ternas ſupra infraque caudam habet; nulla pone oculos ſpiracula, membranas albas palpebrarum loco ſurſum mobiles ſub integumentis communibus aperto oculo latentes. Quinque dentium triangularium in margine ſeruatorum ordines; corpus coeruleum in dorſo profundiore in lateribus

pallido

pallido colore tinctum; venter albus, pinnae omnes ex lurido coeruleae, ſaccus albus in faucibus, ore deorſum moto propendens. Squali deſcripti longitudo erat 6 pedum cum octo vnciis, pinnae pectoralis longitudo vnius pedis cum quatuor vnciis. Adiecta eſt animalis figura.

p. 791. 35. TH. BROWN *deſcriptio Exocoeti volitantis.* Oculi in anteriori lati capitis parte, capſis extrorſum mobilibus infixi, nudi. Cutis craſſa ſquamis latis durisque tecta. Pinnarum pectoralium radii, tenuiſſima membrana plicata inter ſe connexi, ad branchias in curuam ſolidamque lineam confluunt, crenamque in eo loco habent, quae oſſis, ſcapulae vices gerentis, protuberantiam quandam ſeu ſpinam in ſe recipit. Ab antica et ſuprema parte ſcapulae muſculi prodeunt altero fine in radium pinnae maximum deſinentes, quorum vſus eſt, pinnam alae modo tollere et expandere. Hos alii minores adiuuant, externae, internae et inferiori ſcapulae faciei adhaerentes, quorum vberiorem deſcriptionem, harum rerum curioſos in ipſa Noſtri diſſertatione legere oportet. — Oculi tunica cornea non ita pellucida eſt, vt in reliquo piſcium genere, flaccida caeterum et nonnihil depreſſa. Nerui optici vix decuſſare ſeſe videntur, nec in centris oculorum, ſed ab axis latere in bulbos immittuntur. Nihil, quod ventriculo ſit ſimile, in hoc piſce deprehenditur, ſed continuum inteſtinum a faucibus ad anum exporrectum. Ante anum cordis eſt ſtatio, pone illum hepar cum veſicula fellea, et ad huius latera, ouaria ſita ſunt. Haud procul a corde ab vtroque latere caro quaedam eſt cinerea, pulmoni auium ſimilis, in dorſi cauo ad anum vſque excurrens. Abdominis duae tertiae fere partes aëre ſunt repletae. Piſces iſti ſub volatu, crebro identidem in aquam ſeſe immergunt, non vt

pinnas

pinnas humectent, ſed ſpirandi neceſſitate coacti. Alis caudisque expanſis celerrime, hirundinum modo, ad 60 vſque cubitorum longitudinem, continuo et cateruatim plerumque volitant, alarumque beneficio domeſticorum hoſtium, natatu vero et ſubmerſione auium inſidias eludunt.

37. EDUARDI NAIRNE *experimenta electrica, quibus eos fulminis conductores, qui in altos acutosque apices deſinunt, optimos tutiſſimosque eſſe demonſtratur.* Ex his electricam materiem a globis ſimul edito fulguris ictu attrahi, ab acutis vero conductoribus non attrahi, ſed ſine ſtrepitu et placide deriuari apparet. p. 823.

36 *). MUSGRAVE *obſeruationes, quibus conductorum fulguris globis terminatorum praeſtantia contra iudicium a ſocietatis regiae delegatis latum et* NAIRNII *experimenta aſſeritur.* Apices acutos electricam materiem ſenſim ſubtrahere, *dum illa accumulatur; accumulatam* vero ſubito et cum exploſione attrahere, hinc ab illis fulguris quidem diſperſam adhuc debilemque materiam ſenſim abſumi, collectam vero cum periculo abduci. p. 801.

38. BRYANT HIGGINS *commentatio de Amalgamate Zinci ad experimenta electrica valde idoneo.* Paratur hoc amalgama, quo puluilli adducendo electro deſtinati inunguntur, ex vna zinci et quatuor hydrargyri partibus. Cylindri machinarum electricarum, ſi quando puluere ſordeſcunt, nulla alia re melius, quam phocae pellibus, mundari poſſunt. p. 861.

39. MICH.

*) Typographi errore iſta diſſertatio Nairnianam praecedit, quam, vt reſponſio, ſequi deberet.

p. 863. 39. MICH. WATSON *experimenta chemica cum Galena plumbi inſtituta.* Minera iſta, vehementi igne toſta, non modo ſulphur, ſed plumbi quoque non exiguum pondus, quod in auras auolat, amittit. Plumbi fuſores in Anglia id plumbum ſublimatione deperditum, perinde ac ſulphur negligunt; cum tamen ex vtroque multum lucrari poſſent, ſi, quod WATSONI eſt conſilium, tuborum et caminorum ſubſtructionibus vapores colligerent. Plumbum ſub ipſa fuſione pellicula verſicolore vulgo obduci notum eſt. Quos colores, cum in illo plumbo Chinenſium, ex quo thecae foliorum Theae parantur, Noſter haud obſeruaſſet, aliquid adeſſe ſuſpicatus eſt, quod virtutem colorum productricem plumbo demeret, idque poſt varia tentamina ſtannum eſſe inuenit, cuius minima particula 5000 partes plumbi coloribus ſuis exuit. Zinco etiam haec vis colores plumbi delendi, ſed paulo minor, ineſt, nulla omnino argento et bismutho.

p. 884. 40. CAROLI, *Vicecomitis de* MAHON *noua aedium incendia auerruncandi methodus.* In eo potiſſimum noua haec methodus conſiſtit, quod omnia, quae ex ligno in domibus fieri debent, caemento ex ſabuli rudioris parte vna, calcis extinctae partibus duabus, foeni conciſi partibus tribus et aquae ſufficiente quantitate parato operiantur.

p. 999. 44. BENJ. WILSON *experimenta noua cum Leydenſi phiala inſtituta et ad modum conductores terminandi ſpectantia.* Globoſos conductorum fines tueri pergit.

p. 1022. 47. IOH. INGENHOUSZ *noua candelam exigua ſcintilla electrica accendendi methodus.* Acus metallica, cui goſſypii floccus, reſina conſperſus, affixus eſt, ad globoſum conductorem phialae Leydenſis admouetur; ſic ſcintilla prolicita floccus accenſus flammam candelae praebet.

48. EIVS-

48. EIVSDEM *experimenta electrica, quibus* p.1027. *Franklini doctrina de electricitate poſitiua et negatiua phaenomenis per electrophorum productis accommodantur.* — Demonſtratur, electricitates contrarias ſemper in electrophoro excitari: negatiuam in diſci metallici facie inferiore, poſitiuam in ſuperiori, ſi reſina ſubiecta electricitatem poſitiuam habeat; poſitiuam in diſci metallici facie inferiori, et negatiuam in ſuperiori, ſi reſina aliquam electri ſui partem perdiderit, i. e. negatiue electrica fuerit; idque contingere ob materiei electricae vim repellentem, qua in contraria ſemper latera ruat. Idem fieri in diſcis vitreis, metallicis laminis vtrinque veſtitis, vbi poſitiua electricitas per ipſum vitrum ab illa lamina, quae electrum abundantius ſuſcepit, in oppoſitam laminam migret, ita tamen, vt vitrum ſtatim accumulatam in ſe electricitatem iterum perdat, vel demtam recuperet.

49. WILL. HENLY *obſeruationes et tentamina,* p.1049. *quibus* INGENHOUSZII *experimenta cum electrophoro inſtituta confirmantur.* Vitrum non penetrari ab electrica vt a magnetica virtute, ſed illam tantum in eo accumulari, donec aequilibrium reſtituatur.

Mathematicarum diſſertationum in hoc volumine contentarum indicem ſubiicimus: 3. CAR. p. 50. HUTTON *experimenta, quibus accenſi pulueris vis, globorum e tormentis miſſorum primitiua velocitas, et eiusdem ad maſſae proiectae pulueriſque pyrii pondus ratio demonſtratur.* 12. WILH. ROXBURGH *dia-* p. 180. *rium meteorologicum in Caſtro Sti Georgii Indiae Orientalis deſcriptum.* 16. IOH. PLAYFAIR *de com-* p. 318. *puto impoſſibilium.* 17. IS. MILNER *de motus pro-* p. 344. *pagatione ab impulſu et pondere profecta.* 18. EIVSD. p. 380. *obſeruationes de algebraicarum aequationum limitibus.*

p. 389. *bus.* 19. ALEX. DALRYMPLE *ephemerides itineris*
p. 554. *anno* 1775 *in Indiam orientalem inſtituti.* 21. TH.
PARKER *ephemerides barometricae, thermometricae*
et ombrometricae Lyndoni in Rutlandia collectae.
p. 557. 22. BARR *diarium meteorologicum Montisrealenſe.*
p. 562. 23. *Obſeruationes meteorologicae Hawkhilli prope*
p. 567. *Edinburgum factae* a IOH. M'GOUAN. 24. SAM.
FARR *diarium meteorologicum Briſtolenſe anni* 1777.
p. 573. 25. *Societatis regiae obſeruationes meteorologicae.*
p. 615. 28. *Baptiſmorum, matrimoniorum funerumque in*
paroecia Blandford Forum catalogus per 40 *annos*
p. 637. *continuatus* a RICH. PULTENEY. 30. NATHAN.
PIGOTT *obſeruationes aſtronomicae in Belgio au-*
ſtriaco per annos 1773, 1774, 1775 *inſtitutae.*
p. 681. 32 GEO. SHUKBURGH *methodi ſuae, qua barometri*
ope altitudines dimetitur, cum illa, quam ROYIUS
p. 689. *propoſuit, comparatio.* 33. CAR. HUTTON *de me-*
p. 895. *dia telluris denſitate.* 41. FRANC. MASERES *com-*
putus ſeriei infinitae tarde conuergentis $x + \frac{x^x}{2} + \frac{x^3}{3}$
$+ \frac{x^4}{4} + \frac{x^5}{5} +$ etc. ſi x *propemodum aequale eſt* 1.
p. 902. 42. EIVSD. *regula Cardani de reſolutione aequationis*
cubicae: $x^3 * - 9x = \surd$. *ad aliud eiusdem aequationis*
p. 950. *exemplum applicatio.* 43. LE CERF *de machina qua-*
p. 1013. *dam nuper inuenta.* 45. W. WALES *de ſolis defectu*
p. 1019. *d.* 24 *iun.* 1778 *obſeruato.* 46. LUDLAM *eiusdem*
p. 1051. *eclipſeos obſeruatio Leiceſtriae inſtituta.* 50. RICH.
PICKERSGILL *diarium aſtronomico-nauticum itine-*
ris anno 1776 *ab Anglia in fretum Dauiſii et terram*
Labrador inſtituti.

Vol. Sequuntur Diſſertationes Voluminis ſexageſimi
LXIX. noni Parti primae inſertae inſertae.
Pars I. I. ANT. FOTHERGILL, M. D. ad GVLIEL-
p. 1. MVM HENLY, epiſtola *de Chorea S. Viti electricita-*
tis

tis praeſidio perſanata. Morbus intra vnius menſis ſpatium electricitate poſitiua tollebatur, poſtquam aegrota, decem annorum puella, conuulſionibus multum diuque excruciata, ſenſibusque, memoria et loquela iamiam priuata, omnem fere remediorum antiſpaſmodicorum familiam, balnea ipſa et flores zinci incaſſum tentauerat. Sub ipſo electricitatis vſu perſpiratio augebatur, et impetigo breui diſparens in vniuerſo corpore eſſloreſcebat.

2. DAN. ORRED *obſeruatio de capite oſſis humeri, ſaluis brachii motibus, ſerra ablato* *). Vir quadragenarius ob nimiam potationem prauos humores alens, ſcala delapſus humerum colliſerat. Vlcus inde naſcebatur et caries, quae totum oſſis articulum, et in pede quoque metatarſi oſſa infeſtabat. Chirurgus, carnibus a ſupremo inde articuli loco vſque ad infimum deltoidis muſculi finem inciſis, et circumſecta capſula articulari, humerum e cauitate ob inflammatae capſulae firmiorem adhaeſionem paulo aegrius dimotum ſerra amputabat. In vulneris deligatione ſemper, vt ea brachio parumper inflexo ſimulque pendente fieret, curabatur. Hinc factum eſt, vt poſt tres menſes cicatrix tantum non vulnus clauderet, aegrotusque, licet callus nondum in reliqui oſſis craſſitiem increuiſſet, nec oſſeam duritiem indeptus eſſet, humerum nonnihil mouere et adducere, brachium vero libere omnino mouere poſſet. Pedem incidi aegrotus recuſauit. — Alius, cui haud exigua vlnae pars ob cariem in ima oſſis parte, qua carpo nectitur, ablata fuerat, ita poſtmodum conualuit, vt brachio ad ruſtica opera vti poſſet. p. 6.

*) Cf. Philoſ. Tranſact. Vol. LIX. art. 6. it. comm. noſtr. Vol. XVIII. p. 644.

p. 11. 3. PETRI WOULFE *experimenta cum quibusdam lapidibus inſtituta.* Quam ſaepe aegre tulimus apud Gallicos inprimis Anglicosque ſcriptores nominum mineralogicorum vagam et inconcinnam confuſionem, eam in hac quoque tractatione deprehendimus. Scilicet ex cryſtalli, quam chemica arte explorauit Cl. WOULFIUS, nomine, coniiciebamus, de cryſtallo montana illum agere, donec et reniformi cryſtalli ipſi dictae figura, et partium conſtituentium, quas inde obtinuit, natura doceremur, illum alium omnino lapidem examini ſubiecisſe. Etenim ex tribus cryſtalli huius drachmis cum ſale tartari calcinatis aceto vini affuſo, ℨj et gr. vj tartari vitriolati, et reliqua terrae ſolubilis parte ſpiritus nitri ope ſeparata, reſidui acido haud ſolubilis ʒj et gr. xv. obtinuerat. Hinc duas tertias cryſtalli partes in ſpatum ſeleniticum mutatas fuiſſe contendit; nos vero Auctorem ſpatum ponderoſum, aut forte fluorem mineralem, quem pro cryſtallo habuit, diſquiſiuiſſe arbitramur. Addidit experimenta cum variis gypſi, ſelenitis, ſpati ponderoſi et cretae ſpeciebus inſtituta, quibus cum ſale lixiuo toſtis, ſemper acidum vitriolicum, teſte tartaro vitriolato inde obtento, inhaerere, plus tamen acidi vitriolici in gypſo ſolido, quam in ſelenite, reperiri apparuit. — De corporibus mineralibus terram aluminis continentibus; quo inprimis pertinet argilla pura, ex qua fiſtulae tabacariae parantur. Hanc acido vitriolico imbutam eſſe BEAUMEUS falſo perhibuit; Noſter enim ex argilla iſta cum ſale lixiuo toſta nunquam tartarum vitriolatum obtinuit. Caeterum liquore alcalino ad argillam puram affuſo, huius partem quandam in gelatinam abire, et alcalinum odorem ſpargere ſaepenumero vidit, imo adeo experimentum BOYLAEI ex argilla cum ſale communi deſtillato ſalem

ammo-

ammoniacum parari poſſe perhibentis felici labore repetiit. — Spatum ſcintillans, tam vulgare, quam illud verſicolorum Labradorenſe, noſtro, poſt iteratas cum ſale lixiuo fuſiones et ſubſequentem cum acido vitriolico calcinationem, aluminis ſat magnam copiam praebuit. — In Schorlo ſ. Baſalte cryſtalliſato, iaſpide et lapide piceo terram aluminarem contineri iisdem experimentis conſtitit. Stannum ſpatoſum ſ. minera ſtanni alba vulgo ſic dicta, ſi cum acidis mineralibus coquitur, colore flauo tingitur. Zeolithus Norwegicus cum ſalibus alcalinis et acidis digeſtus nullum ſalis medii veſtigium praebuit. – De mineralium ſpatoſorum diſcrimine. – De ſingulari quodam genere ſpati in Bohemia apud Ioachimsthal reperti, quod coloribus variis, albo ſcilicet, ſubgriſeo, fuſco aut rubro, nec non interdum nitore aureo vel aeneo gaudet. Durius praeterea eſt fluore minerali, ſemipellucidum, nonnunquam in cryſtallos rhomboidales concretum. Partes illud conſtituentes, vt chemicis tentaminibus patuit, ſunt terra calcarea, terra magneſia et pauxillum ferri.

4. EDUARDI KING epiſtola ad JOH. PRINGLE *de petrefacto quodam apud Eaſt-Lothian in littore maris Scotici reperto.* Quod petrefactum hoc loco nuncupatur, incruſtatum potius erat ortum ex ſabulo ferrugineo, quod rudentem in mare demerſum lapidea cruſta obduxerat, eo potiſſimum in loco, quo annulus ferreus rudenti alligatus erat. Plurimis exemplis hac occaſione data demonſtratur, ferri praeſentiam ad indurationem lapidum et petrefactorum plurimum facere. p. 35.

5. BENJ. WILSON epiſtola ad IOS. BANKS *de methodo magnetem arte parandi, qua* KNIGHTIUS *quondam vſus eſt.* Limatura martis aqua diu macerata et tritura ſenſim in puluerem ſubtiliſſimum p. 51.

mutata, cum oleo lini in maſſam firmam redigitur, ex qua pro lubitu variae magnitudinis bacilli effinguntur, qui leni calore exſiccati, inſignem vim magneticam adipiſcuntur, ſi per breue tempus intra duorum magnetum extrema ſuſpenduntur.

p. 54. 6. JOHN LATHAM epiſtola *de ſingulari hydropis exemplo.* Impetigo poſt puerperium per intervalla efflореſcens vna cum menſtruis ſubito diſparuit. Hinc ortus eſt hydrops, qui paracenteſi itentidem, et ab initio quidem poſt ſex quasuis ſeptimanas, ſub vitae finem vero ſeptimo quouis die exhauſtus, poſt quatuor demum annos aegrotae mortem intulit. Cadauer incidere non licuit, hinc ouarii ſiniſtri hydrope affecti ſuſpicio confirmari haud potuit. Id vero ſingulare fuit, quod aegrota per omne morbi tempus bene ſeſe habuerit, et ambulationes, longiores etiam et protractiores, haud aegre tulerit. Computo facto apparuit, omnibus operationibus ſimul ſumtis aquae menſuras (*pints*) 3720 ex corpore detractas fuiſſe.

p. 139. 13. PETRI CAMPERI obſeruationes *de organis vocis in Simia Satyro, Orang-Outang dicta.* – In ſimia Cynocephalo L. S. Sphinge et S. Pitheco Auctor Os hyoides valde amplum mediaque ſui parte excauatum deprehendit, cui ſuper ipſa glottidis ſede ſaccus membraneus, breui rimula in aſperam arteriam hians, annexus erat. Similem ſaccum in S. Sphinge, ſed pro animalis magnitudine minorem, nullum prorſus in S. Apella inuenit. In ſeptem, quae vidit Auctor, Simiae Satyri (Pitheci Veterum; Orang Outang) ſpeciminibus, pedum pollices vnguibus carebant, vnum tantum, ſed in aliis quoque reliquis diſſimilem vidit, cuius pollices vnguibus muniti erant, nec, vt illi, ſingulis, verum binis phalangibus flectebantur. Caeterum exiſtimat, ſimias Afras, quas Orangoutang nomine TULPIUS et

TYSONUS

TYSONUS deſcripſerunt, ab illis in Orientali India degentibus multum differre, cum et his poſteriori loco nominatis multo toroſiores ſint, et ſacco laryngeo careant. GALENUM vero procul dubio Simiam Satyrum diſſecuiſſe ex illius deſcriptione cum Camperiana comparata apparet. Nimirum Noſter in hac ſimia duplicem ſaccum ad os hyoides et laryngem deprehendit, neque id ſemel, ſed in quatuor omnino huius animalis ſpeciminibus, ita tamen, vt in vno ex his ſaccus duplex, in reliquis diſcretus at in vnum coalitus eſſet. Eadem fere in alio quodam huius animalis exemplo obſeruabantur, quod, dum viueret, Princeps Arauſionis, Belgii foederati Praefectus, in viuario aſſeruauerat. Apparet autem ex hac vocalium inſtrumentorum fabrica, Simiam Satyrum nec modulari vocem, nec ſyllabis diſtinguere poſſe, cum aër ex pulmone protruſus, ſuper glottide ſtatim in ſaccum laryngeum illabatur, indeque in os abſque ſonora modulatione reuertatur. Simile propemodum vocis inſtrumentum in ranis obſeruatur. Simiae capucinae anatomen alio tempore ſe deſcripturum eſſe Cl. CAMPER pollicetur.

19. CAZAUD *de noua ſaccharum ſerendi et colendi ratione.* Praemiſit Cl. Auctor hiſtoriam naturalem arundinis ſacchariferae, et obſeruationes varias ad partium huius plantae naturam et aetatem eius variam, nec non ad coelum inſularum Americanarum et pluuiae ibidem coelo delapſae annuam quantitatem ſpectantes. His ſuam ſacchari culturam ſuperſtruit, quae a methodo vulgo recepta in eo differt, quod Noſter ſurculos ſacchari Maio et Iunio menſe in terram defodere, Ianuario vero et reliquis ineuntis anni menſibus meſſem facere iubeat, cum alii contraria his faciant. Prolixior harum rerum deſcriptio a noſtris rebus et aliena eſt, p. 207.

et difficulter abſque regionum ſacchariferarum penitiori cognitione a plerisque intelligeretur.

p. 279. 20. IOH. HVNTER *commentatio de taurabus* *) (*Free-Martin*). Hermaphroditos naſci, quibusdam animalium generibus, equis praeſertim, aſinis, ouibus, bubusque, haud inſolens eſt. Bubulcorum vulgaris fert experientia, ex vitulo iuuencaque gemellis, quos vno partu forda enititur, vitulum quidem in taurum gregisque patrem adoleſcere, iuuencam vero ſterilem eſſe, nec taurum appetere; quam *Tauram* veteres appellauerunt. Cl. HVNTER rei ſingularitate motus, ſtudioſius in illam inquiſiuit, quaeque tres taurae ab ipſo diſſectae ſibi videndum praebuerint, in hac commentatione exponit. Scilicet in prima, quam diſſecuit, taura, genitalia externa minora erant, quam in vacca eſſe ſolent. Vagina retro vrethrae orificium in anguſtum canalem compreſſa ad vterum bicornem porrigebatur. Vtriusque cornu apici ouaria teſticulique magnitudine pares adiacebant. Ad ouaria nullae tubae pertinebant, teſtes autem vaſis deferentibus, imperfectis tamen nec in epididymides deſinentibus, et altero oſculo in vaginam prope vrethram hiantibus inſtructi erant. Veſiculae ſeminales taurinis longe minores, veſicam inter vterumque latebant. In altera taura mox poſt vrethrae orificium vagina coeco fine clauſa erat. Ouaria nulla aderant, ſed eorum loco teſtes, ſupremis vteri bicornis et vndique clauſi ſolidique finibus inſidentes. Veſiculae ſeminales inter veſicam et vterum; vaſa deferentia nulla: clitoris pari magnitudine, qua in vaccis eſſe ſolet; vbera quatuor parua. In tertia taura vagina pariter clauſa erat, vterus tamen cauus et duplici cornu ad ouaria exporrectus. Teſtium nulla

*) VARRO de r. r. l. 2. c. 5. Quae ſterilis eſt vacca, *Taura* appellatur.

nulla apparebant veſtigia. Vaſa deferentia vtrinque interrupta et ſemiobliterata, poſt veſicam ſeminis receptacula, quorum ductus vna cum vaſis deferentibus in vaginam hiabant.

22. MATTH. GUTHRIE, M. D. epiſtola ad IOS. PRIESTLEY *de artificiis, quae in Ruſſia ad refocillandos eos, qui carbonum noxio halitu ſuffocati ſunt, adhiberi ſolent.* — Obſeruatur ab initio huius diſſertationis, glaciem feneſtris hiemali tempore ſuperfuſam, dum colliqueſcit, vapores emittere, qui non minus, ac carbonum effluuia, vitam ſubuertere queant. Vtroque vaporum genere multi quotidie in Ruſſia ſuffocantur, qui perirent, niſi adminicula excogitata fuiſſent, quibus vita reſuſcitari poſſit. Scilicet, quos a carbonum halitu exanimes reperiunt, ex cubiculo protractos in niue ſeminudos deponunt; ventrem niue vel frigida perfricant, et lac in fauces infundunt; idque facere pergunt, donec liuor ſuffocato corpori ſuffuſus diſparuit. Tandem, cum mens homini rediit, capitis dolorem, qui ſemper ſupereſt, cataplaſmate ex pane ſecalino nigro et aceto facto profligant. Pulmones ſuffocatorum inflare, quod in ſubmerſis fieri debet, non opus eſt; ſponte redit reſpiratio, poſtquam phlogiſton abundans e corpore exceſſit. Pars II. p. 325.

24. FEL. FONTANA *de aëris inflammabilis inſpiratione.* Cum SCHEELIVS aërem inflammabilem facile, quin imo cum oblectamento, pulmonibus hauriri poſſe perhibuiſſet, PRIESTLEY vero hoc ita negaſſet, vt illum aërem ſemper vitae pernicioſum eſſe affirmaret, noſter doctiſſimorum virorum pugnantia placita, experimentis conciliare ſtuduit. Et inſpirari quidem poſſe inuenit aërem inflammabilem, ſi pulmoni poſt praeuiam exſpirationem aliqua adhuc aëris communis ſeu certe nondum omnino corrupti portio inhaeret, praefocationem p. 337.

autem

autem ſubito inſtare, ſi in pulmonem aëre communi prorſus vacuum aër inflammabilis ſuſcipitur. Scilicet aërem inflammabilem ob leuitatem ſuam ſemper, ſi vna cum vulgari hauriatur, huic quaſi innatare, nec proxime pulmonis interioribus ſpiraculis applicari; et contra in eadem infeſta vi irruere, ſi ſolus pulmonem ſubeat. Adiecit Cl. Auctor peculiarem obſeruationem de aëris inflammabilis natura varia, per quam patet, illum aërem inflammabilem, qui acidorum miniſterio ex metallis educitur, ſub deflagratione ſcintillis fulgurare, quod contra non fieri ſolet cum eo, qui animalium aut vegetabilium reſolutione obtinetur.

p. 362. 25. G. SHUKBURGH *de vario bullientis aquae calore.* Obſeruationibus multis demonſtratur, thermometrum bullienti aquae immerſum non eundem vbique caloris gradum indicare, ſed pro varia locorum altitudine varium; ſimulque docetur, quomodo in thermometris conficiendis hac obſeruatione ad caloris gradus recte definiendos vti debeas.

p. 376. 26. IOH. INGENHOUSZ *diſſertatio de nouo facileque parabili aëris inflammabilis genere; cui adiecta eſt noua exploſionis pulueris pyrii explicatio.* Aether vitrioli ſolius quaſſationis adminiculo praebet hunc aërem inflammabilem aliis cognominibus ſpeciebus et ipſo aëre communi ponderoſiorem. Pulueris pyrii exploſio ab aëre inflammabili, quem carbo, et dephlogiſticato, quem nitrum continet, ſub ignitione vna euolutis, accenſis et in inſignem molem nunc expanſis, proficiſcitur, in eo vero differt ab illa exploſione, quam aër inflammabilis et dephlogiſticatus praeuio labore parati edunt, quod hi iam ex breui materie, in qua latebant, euoluti, magnum iamiam ſpatium occupant, nec, niſi calore, ſub detonatione in quadruplum volumen expandantur,

dantur, cum contra haec aëris genera in pulueris pyrii exploſione, ſimul contingente euolutione et deflagratione, ſpatium bis millies priſtino maius affectent.

28. F. FONTANAE ad IOH. PRIESTLEY data *epiſtola de aëris ex variis aquarum generibus euoluti differentia.* Accedunt *obſeruationes de aëris in variis regionibus diuerſa ſalubritate.* Aqua fontinalis ſub coctione aërem modo phlogiſticatum, modo fixum, modo vtrumque exhalabat, aqua Sedani fluvii aërem communi atmoſphaerico puriorem, aqua fontis Herculei in agro Pariſino (*Eau d' Arcueil*) aërem fixum et alium aërem atmoſphaerico multo puriorem, aqua deſtillata denique aërem puritate ad dephlogiſticatum prope accedentem. Aqua, aëre ipſi adhaerente per artem priuata, idem illius volumen, quod antea habuerat, intra 50 dies abſorbet. Aëris dephlogiſticati maius, quam communis, volumen ab aqua abſorbetur. Atmoſphaericus aër, dum aquae miſcetur, in dephlogiſticatum mutatur. Purior eſt aquae bullientis aër, qui per hydrargyrum, vel aquam deſtillatam, quam qui per aquam ſimplicem in receptacula transmittitur. Aër atmoſphaericus quaſſatus cum aqua volumine non minuitur, ſed augetur, idque tanto magis, quanto diutius quaſſatus fuerit; deinceps vero iterum minuitur, et de puritate ſua quidquam perdit. At contra dephlogiſticatus aër, ſi cum aqua conquaſſatur, continuo volumine et puritate minuitur. Obſeruationibus adiectis demonſtratur, aëris communis ſalubritatem in variis locis, per eudiometra hactenus inuenta nondum ſatis certo determinari poſſe. p. 432.

29. WILH. SWIFT *de nonnullis experimentis electricis epiſtola.* Variis exemplis mucronum prae globulis, in diminuenda et deriuanda materie electrica, praeſtantia aſſeritur. p. 454.

p. 455. 30. *Sitodium inciſum et macrocarpon vſusque fructuum, qui exinde naſcuntur, deſcripta a* C. P. THUNBERG. Eſt Artocarpus auctorum, ſub nomine Radermachiae a Cl^o THUNBERGIO deſcripta in actis Holmienſibus anni 1776. Botanicam deſcriptionem huius arboris vtpote nimis amplam transſcribere praetermittimus. Lignum arboris adultae fabricandis domibus nauibusque et variae ſupellectili inſeruit. Lac arboris viſci ſimile ab aucupibus adhibetur. Baccam, quae pondere ſaepe 30 libras aequat, crudam, coctam vel aſſatam, maturam vel immaturam, panis loco et inter edulia menſis apponunt. Nucleos etiam varia ratione conditos coctosue comedunt. Cortice externo ſeminumque putaminibus ſues ſaginantur. Fercula, quae ex ſitodii fructibus parantur, auctor ſeorſim deſcripſit.

p. 527. 33. GEO. FORDYCE et STANESBY ALCHORNE *diſquiſitio chemica nonnullarum minerarum, quae in* GUILIELMI HUNTERI *muſeo aſſeruantur.* Pyrites aurifer, aurum, non mineraliſatum, ſed natiuum continet. Deſcribitur minera argenti vitrea Norwegica, quae in centenario viginti octo partes auri habebat.

p. 537. 34. IOH. INGENHOUSZ *de ſuſpenſione acuum magneticarum.* Notum eſt, acus nauticas, quo meliores fortioresque ſunt, eo magis a leuiſſima quauis concuſſione in vibrationes rapi, qua re mirum eſt, quantum ſaepenumero obſeruationes turbantur. Noſter, vt huic malo, haud infracta ipſa vi magnetica, medela adhibeatur, acus nauticas in vaſe vitreo, liquore pellucido, aqua vel oleo tenui exacte pleno inter duas patellas (in quibus ſcilicet cardo acus medius ſit verſatilis) defigere ſuadet; putatque, acus ipſas etiam, vt aucto volumine leviori pondere aquam premant, tubo vitreo includi poſſe.

39. EIVS-

39. EIVSDEM *de nouis quibusdam inuentis, ad doctrinam de electricitate ſpectantibus, diſſertatio.* Auctor a Societate regia iuſſus fuerat, diſſertationem phyſicam, quae ex BAKERI inſtituto quotannis praelegitur, elaborare; eaque eſt, quam recenſemus. Narratur, qua ratione machinas electricas Noſter ſenſim emendauerit et excoluerit, ſuffectis in cylindrorum globorumque locum diſcis vitreis, hisque deinceps, cum pretium ingens eorum vſui obſtaret, diſcos chartaceos ſericeosque ſubſtituerit.

Mathematica et hiſtorica, quorum cenſum hoc loco non iniuimus, haec ſunt: 7. ED. WARING *de logarithmorum interpolatione.* p. 59. 8. I. A. LEXELL *de tempore periodico cometae a. 1770 obſeruati.* p. 68. 9. ED. WARING *de generali aequationum algebraicarum reſolutione.* p. 86. 10. ANT. ULLOA *animaduerſiones de ſolis defectu totali et annulari d. 24 iun. 1778. in itinere ab inſulis Azoricis ad Sti Vincentii promontorium obſeruato.* p. 105. 11. TH. BUGGE *tentamen continens theoriam machinae ſublicarum.* p. 120. 12. *Relatio de teleſcopio iconantidiptico recens inuento a* Cl° JEAURAT, Acad. Sc. Pariſ. S. p. 130. 15. ALLEN COOPER *de fulguris effectis ſingularibus in naui Indica obſeruatis.* p. 160. 16. IOH. LONGFIELD *aſtronomicae obſeruationes.* p. 163. 17. WILH. STEPHENS *obſeruationes, quibus latitudo vrbis Madraſs definitur.* p. 182. 18. CAR. BURNEY *de infante quodam muſico.* p. 183. 21. *Ephemerides meteorologicae ſocietatis regiae.* p. 295. 23. P. DOLLOND *de machina quadam inſtrumento aequatoriali applicanda, cuius ope errores a refractione lucis in altitudine prouenientes corriguntur.* p. 332. 27. RAMSDEN *micrometra duo recens inuenta.* p. 419. 31. I. ANDR. DE LUC *ſpecimen ſecundum dimenſionum cum barometro in montibus Hercyniae ſiluae inſtitutarum.* p. 485. 32. IS. MILNER *de Aequinoctiorum progreſſione a ſolis attractione proueniente.* p. 505.

p. 547. *niente.* 35. TH. BARKER *ephemerides meteorologicae, Lyndoni in Rutlandiae comitatu deſcriptae an.*
p. 551. 1778. 36. S. FARR *ephemerides meteorologicae*
p. 555. *Briſtolenſes anni* 1778. 37. TH. A. MANN. *de flu-*
p. 657. *minibus et canalium ſubſtructionibus.* 38. *Ephemerides meteorologicae Labradorenſes* a N. DE LA TROBE ad Societatem miſſae.

X.

Anatomicarum annotationum liber primus, de neruorum gangliis et plexubus. Auctore ANTONIO SCARPA, in Mutinenſi archigymnaſio anatomes et chirurgiae Profeſſore, noſocomii militaris et legionum Sereniſſimi Mutinenſium Ducis chirurgo primario, 4. cum tab. aeneis pagg. 149.

Cl. SCARPA, qui et iam aliis ſcriptis et opuſculis ſe de meliori commendauit, nouum hic offert eruditionis et ſedulitatis teſtimonium. Perlegimus enim ſumma cum voluptate hunc eius annotationum librum primum, qui non ſolum noua multa obſeruata comprehendit, verum quoque ipſa eleganter proponit.

p. 5. Ganglia macerationi credita, quotidie noua limpida aqua irrorauit, ita, vt cellulari textu reſoluto neruea filamenta in conſpectum facile venirent, et quodlibet ganglion in barbulam neruoſorum filamentorum abiret.

Diuerſitate gangliorum cognita, eadem diuidit in duas claſſes, in ea nempe, quae a ſpina prodeunt, et in ea, quae per omne corpus diſperguntur, priora *ſpinalia* ſ. *ſimplicia*, poſteriora *compoſita* ſiue *non ſpinalia* appellat. Summam conſtantiam et ſtabilitatem circa ganglia animaduertit, plexus cum

gangliis ſtructura et munere conuenire Auctor eſt, ganglia plexuum ſpecies, vel plexus gangliorum ſpecies dicit. Nerui triplici ratione componuntur, nimirum vel cerebri neruea filamenta cum ſpinalis medullae filamentis inuicem coaleſcunt, vel neruorum cerebralium propagines cum cerebralibus neruis, vel ſpinales cum neruis eiusdem naturae conſociantur. Circa ganglia abdominalia multa adhuc obſeruanda reſtare monet.

Primo in capite fabricam gangliorum diſquirit. p. 11.
Spinalium gangliorum vtraque radix, et illa, quae anterior eſt, et quae poſterius conſpicitur, ſingulari et proprio inuolucro inueſtitur; ſicuti et compoſita duplici inuoluuntur tela celluloſa, alia propria preſſius adhaerente, alia laxa, quae a vicinis partibus aduenit. Quae inuolucra diuerſam habent p. 14.
duritiem, atque variis in locis etiam ſatis tenuia ſunt. Gangliorum pulpam, ſiue tomentum cinereum ſub p. 16.
inuolucris poſitum, ſtatuit, eſſe mollem cellularem contextum ſtaminibus neruorum interiectum; cineream et mucilaginoſam hanc materiam in emaciatis, luteam, oleoſam et adipoſam in obeſis, aquoſam in cadaueribus hominum anaſarca demortuorum inuenit. Inuenit immo adipoſam materiam in ipſis neruis, e. g. iſchiadico. Diſpoſitio filorum p. 18.
nerueorum pro diuerſo ganglio varia eſt, in ſimplici ſpinali neruorum fila ad vnum omnia per eius axim excurrunt, in ganglio non ſpinali compoſito autem partim axim tenent, partim ab axi ad latera deflectunt.

Mox ſuas profert de radice poſtica et antica p. 20.
gangliorum ſpinalium obſeruationes, quibus demonſtrat, ſingulari ſtudio horum neruorum ſtructura indagata, atque VIEUSSENII et WINSLOWII obſeruatis examinatis, intercoſtalis acceſſorium neruum interdum ſimplicem, ſaepe duplicem,

nunquam a ſpinali ganglio, ſed perpetuo infra ganglion e trunco nerui ſpinalis exire, neque de dorſalibus ſolum, verum quoque de lumbaribus et ſacralibus idem valere; ſicuti et acceſſorii nerui naturam pro diuerſa ramorum diuiſione notat.

p. 27. Compoſita ganglia a ſimplicibus in eo differunt, quod non vbique eiusdem craſſitiei et figurae ſint, quod molliora et tenuiora ſtamina obtinuerint, quod plures fibrillae taeniolas veluti quasdam, quemadmodum Auctor dicit, intra ganglion efforment, quod non omnia neruorum fila per totam ganglii longitudinem procedant, ſed ad latera diuergant. Fila enim mox per totam ganglii longitudinem, alia a ſuperiori vel ab inferiori apice naſcuntur. In huius claſſis gangliis ſtamina magis
p. 30. oblique ab axi deflectunt. Ganglia compoſita nunquam ab ea regione, vnde neruos acceperant, ſed ab oppoſita ſemper emittunt ſurculos, atque propagines ad ipſa conſtituenda ex diſſitis aduenint et concurrunt regionibus. Componuntur hac ratione ganglia ex filis neruorum quintae et ſextae coniugationis cerebri cum ſtaminibus neruorum duorum, aut trium coniugationum ſpinalium.

p. 37. Breuiter his quaedam ſubiungit de gangliis inſectorum in bombyce, eruca ſalicem erodente, ephemero verme, mytilo, coſſo et ſepia.

p. 49. Caput ſecundum de vſu gangliorum exponit, atque prolatis omnibus de eorundem vtilitate ſententiis, cum MECKELIO atque ZINNIO ſtatuit, ganglia neruos disiungere, commiſcere, coaleſcere, deinde neruos origine ſua ex cerebro vel ex medulla ſpinali diſtinctos et idem ganglion attingentes ita miſcendo conſociare, vt vnusquisque ramus inde egrediens ex filis plurium coniugationum componatur, denique neruorum ſurculos tenues, plures in vnum truncum congregare. Quae dicta mox

mox variis atque egregiis et adaequatis exemplis illuſtrat, inprimis illo progreſſu atque itinere, quod deſcribit intercoſtalis neruus. Atque inuiti abſtinemus ab harum obſeruationum enarratione, niſi vereamur, nos librum transſcribere, dum eius ſummam tantum indicare nobis propoſuerimus. Legant eapropter ipſum auctorem, quibus intereſt haec accuratius noſſe. Sed non ſolum gangliis nerui intercoſtalis, verum quoque ganglio ciliari, ſphoeno-palatino, maxillari et aliis ſuam ſententiam erudite et ſtudioſe confirmat.

Tertium caput de vſu gangliorum ſpinalium, p. 82.
plexuum brachialium et caeterorum plexuum nerveorum humani corporis agit. Diſcrepant ganglia ſimplicia ſeu ſpinalia a compoſitis in muneribus obeundis. Neque enim adeo compoſitos et multos ramos ad varias vndique diſſitas partes transmittunt, ſed ſtamina mollia et tenuia commiſcent et in vnum duriuſculum filorum faſciculum colligunt, vt firmitudinem eo maiorem adipiſcantur. Sed tamen et ad ganglia ſolius poſticae radicis accedunt ſtamina quaedam e ſpinalium neruorum ſuperiori coniugatione, ita vt ſpinalis quilibet neruus in maiorem atque ampliorem ſpinalis medullae agat particulam.

Propoſita eſt quaeſtio a nonnullis, cur ſpinales p. 85.
nerui nullis gangliis infra ſpinam inſtructi ſint. Circa quam quaeſtionem animaduertit, ſpinalibus ganglia neceſſaria non eſſe, cum ad muſculos et cutim tantummodo pertineant, neque ad varia loca declinent, atque in ramos diſpeſcantur arteriarum ad inſtar e. ſ. p. ſicuti eadem obſeruare licet circa neruos cerebrales, qui in muſculis diſtribuuntur. Mox quaerit, cur radix ſpinalis nerui anterior ganglion non ingrediatur. Quam obſeruationem ita illuſtrat, vt credat, id ideo fieri, quod poſterior ra-

dix ſolummodo ad medullam pertineat ipſique propria ſit, anterior vero potius cum cerebralibus connexionem ineat, ne vnus porro idemque affectus vtramque radicem laedat. Oritur quoque quilibet neruus ſpinalis triplici radice, anteriori nimirum et poſteriori a filamentis nonnullis ſuperioris coniugationis.

p. 90. Sed quamuis etiam nerui ſpinales praeter ganglia iam nominata nulla amplius forment, tamen multiplicibus ſuis ramis mutuo accedunt et diuerſimode miſcentur, quemadmodum variis exemplis nerui phrenici, plexus brachialis, cruralis, e. ſ. p. demonſtrat. Fibras nerueas plexus brachialis eiusdemque ramorum decuſſatas animaduertit, ipſumque a quatuor inferioribus ceruicalibus et primo
p. 101. dorſali oriri multis in ſubiectis inuenit. Neruus patheticus vnus eſt neruus, qui ſine eo, quod ſe commiſceat cum aliis ſtaminibus, decurrat ſolus. Denique de plexubus thoracis et abdominis atque paribus neruorum cerebralium eorundemque coniugationibus nonnulla addit.

p. 109. Denique caput quartum de conſenſu partium in homine quaedam ſubnectit. Explicat nimirum ex conſpiratione neruorum affectiones conuulſiuas, intelligitque per conſenſum effectum, qui ſe poſt affectas radices neruis communes exſerit. Quapropter de turbis, quas nerui inteſtinales mouent, de colicis doloribus et de aliis morbis dicit eorumque origines indigitat.

Tabulae duae nitidiſſimae repraeſentant ganglia compoſita et ſimplicia, eorundemque ſtructuram, ramos ſpinales a neruis dorſalibus binis ſiniſtri lateris in intercoſtalem immiſſos, ganglia intercoſtalis dorſalia duo, totidemque radices nerui ſplanchnici, atque plexus brachiales.

X.

X.

ANTONII SCARPAE, dudum in Mutinenſi, nunc in R. Ticin. Archigymn. P. anat. et chirurg. operat. Profeſſ. Oratio de promouendis anatomicarum adminiſtrationum rationibus, MDCCLXXXIII. 4. pagg. 68.

Noluimus hanc Cl. SCARPAE orationem ſilentio praeterire, cum multa proponat, quae noua et ab ipſo nuper detecta ſunt. Non conſentit cum p. 6.
iis, qui multiplicia humani corporis integumenta aſſumunt, atque vitio diſſectionis et nimia ſedulitate hunc errorem ab anatomicis committi, potius praeter cutem modo vnum vniuerſale tegumentum oſtendit, intus molle atque mucoſum, ad extimam corporis vero ſuperficiem denſum atque compactum. Neque eorum opinioni adſtipulatur, qui vngues et pilos pro corporis mucoſi et cuticulae propaginibus habent. Sic et diſſectioni muſculo- p. 11.
rum regulas et terminos praeſcribit atque ponit, diſſentiens ab iis, qui muſculos, ex libidine inprimis accumulandi vocabulorum farraginem, in minimos diuidunt faſciculos. Ex apta enim diſſectione et adminiſtratione actiones muſculorum in homine viuente omnium optime explicantur. Egregie eapropter animaduertit, muſculorum mobilitatem, nixus et intentiones cognoſcendas eſſe, tironesque myologiam docere ita proficuum eſſe, vt quam optime cognoſcant cohaeſiones ipſorum muſculorum cum oſſibus, et qua ratione et ſecundum quam legem inprimis fiat. Iure exſpectat, ex hac conſideratione diligentiori muſculorum magnum fructum redundare in artem chirurgicam, quae fractis et luxatis medetur oſſibus, ſicuti hoc iam ex veterum et POTTII encheiriſi apparuit.

p. 22. Ligamentorum formam atque numerum praepoſtera diſſectione mutari, aut ſine neceſſitate augeri, contendit, ipſaque nulla praeparatione indi-
p. 34. gere auctor eſt. Variis conſiliis de neruorum et vaſorum adminiſtratione prolatis, ſuadet, ſicuti iam varii anatomici ſolebant, a tergo etiam thoracem et ventrem aperire, vt et a poſteriori parte ſitus viſcerum eorundemque figura appareat. Atque iure ſperat, ex hac viſcerum contemplatione multam vtilitatem ad artem medicam et chirurgiam hinc deuenire; ſimul et alias viſcerum demonſtrandorum adminiſtrationes vel reprehendit et corrigit, vel perficit et commendat.

p. 42. Commendans porro STENONIS conſilium, qui voluit anatomicum, cui noua inuenire atque detegere volupe ſit, a receptis diſſectionis rationibus recedere debere, commemorat, ſe nouum neruum quinti paris neruum *naſopalatinum* inueniſſe, atque etiam primum par neruorum accuratius examinaſſe.

p. 53. In porcellis indicis cotyledonis fabrica talis eſt, vt materna ipſius pars papillam excipiat foetalis placentae, quae forma ab humana non adeo differt. Vaſa vteri in porcello proxime catulos editura repleuit et reperit iniecta matricis vaſa ex maternae cotyledonis cauitate in exceptam foetalis placentae papillam manifeſto tranſiiſſe, totamque placentam ad funiculum vſque vmbilicalem eadem materia repletam fuiſſe: manifeſto indicio, apertam eſſe viam humoribus a matre ad foetum.

p. 61. Dum errores, qui in adminiſtrationibus iniectionum vaſorum ſanguiferorum et lymphaticorum committuntur, taxat, vitio effuſionis accidere animaduertit, vt mercurius deueniat dilaceratis lymphaticorum tunicis ad venas rubras, cum quibus preſſae quaſi ſunt coalita.

Deni-

Denique, poſtquam multa adhuc de iniectionis arte protulerit, monet, non ſolum anatomicos ſtudioſos eſſe debere in minimorum ſurculorum cognitione, verum quoque in maiorum ramorum origine, ſede atque inceſſu perquirendo curioſos. p. 66.

Sic et multa alia lectu digna haec eleganti calamo exarata oratio continet.

XI.

Thoughts on Amputation. Being a Supplement to the letters on compound Fractures and a comment on Dr. BILGUER's Book on this operation, to which is added a ſhort eſſay on the uſe of opium in mortifications, by THOMAS KIRKLAND, M. D. Member of the Medical Society at Edinburgh. London 1780. 8. pagg. 67. c. fig.

i. e.

Aduerſaria de amputatione et de vſu opii in gangraena, auctore TH. KIRKLAND.

Proponuntur, defenduntur et commentatione erudita et exemplis illuſtrantur BILGUERI dicta, ſicuti ſint talia, quae contra POTTII aſſertiones ſunt prolata. Ex quibus animaduerſionibus inprimis collegit Cl. KIRKLAND: amputationem membrorum in gangraena ad oſſa vſque procedente tunc demum locum habere, quando ſerra inter vivam et mortuam partem applicari poteſt; amputationem in fracturis complicatis ex probabili exitu eſſe diiudicandam, omniumque optimam ſeparationem in laeſo loco eſſe adminiſtrandam. Experientia duce nec in quam maxime complicatis fracturis deſperandum eſſe monet; amputationem inſti- p. 54.

tuendam eſſe, ſi a ſuppuratione membranarum et tendinum et a carie lenta febris ſit oborta. Experientiſſimi et exercitatiſſimi chirurgi affirmant, vulnera contuſa partium mollium cum fractura oſſium ſine vulnere plerumque coire, neque amputationem requiri: amputationem porro Cl. Auctor neceſſariam iudicat, ſi vna cum ramo principe et reliqua vaſa collateralia ſunt laeſa. In carie oſſium cylindraceorum ſaepe membrum ſeruatur, quamvis magna oſſis particula eximatur, vel articulatio anchyloſi concreſcat; at ſi exfoliatio nec exſpectanda, nec aeger a febre lenta liber praeſtari poteſt, tunc oportet membrum amputatione ſeparare. Si carcinoma topicum eſt, illud excidendum, ſin vniverſale, nec operationem aegrum a morte ſaluum reddere, Cl. KIRKLAND perhibet.

p. 59. In ea gangraenae ſpecie, quae ab inflammatione et obſtructione ſuboritur, praeter venaeſectionem et medicamina laxantia ſalina, opiata commendat, quibus ſtimulus euacuantium mitigetur, ſimulac vero inflammatio imminuta fuerit, tunc acida vegetabilia propinat, corticem tunc demum adhibiturus, ſi partes gangraenoſae ad ſeparationem fuerint pronae. Parti autem affectae imponit cataplaſmata ex pane albo, lacte, ſale mirabili Glauberi et aceto Saturni, neque negligit cum antiſepticis ſimul opium externe applicare. Commendat quoque ex emplaſtro diachylo, puluere altheae, farina ſeminis lini, cera, opio, reſina et oleo empla-
p. 63. ſtrum parare. A maiori doſi opiatorum abſtinebit chirurgus, quia ſaepe appetitum delent et deliria gignunt. Si gangraena phalangum pedis ab acrimonia oritur, diſſuadet Auctor opium, et potius ſolutionem mercurii ſublimati proficuam inuenit, nec, ſi a vi vitali imminuta gangraena progenita fuerit, opiata praeſcribit.

XII.

XII.

Account of an elaſtic Trochar, conſtructed on a new Principle for tapping the hydrocele or watery rupture: by which the operation may be performed at any period of the Diſeaſe and with leſs Pain than with the common trochar. With a few Words in favor of a large trochar on a ſimilar conſtruction, for tapping the Abdomen, by JOHN ANDREE, Surgeon to the Magdalen Hoſpital and the Finsbury Diſpenſary. London. 1781. 8. c. fig.

i. e.

De acu triquetra elaſtica eiusdemque vſu, in cura hydroceles cet. auctore IO. ANDRÉE.

Ad commoda huius acus Cl. Auctor refert, quod applicari poſſit, quamuis etiam tumor ſcroti non adeo fuerit magnus, quod vulnus ab ipſo inflictum multo minus ſit eo, quod ab ordinaria acu infligitur, neque adeo dolorificum. Ex iisdem rationibus paulo maiorem acum triquetram commendat pro operatione paracenteſeos. Compoſita vero eſt haec acus ex cannula anterius diuiſa, et hinc elaſtica, et ex plana, depreſſa, ancipiti et in vtroque latere anterius paululum eleuata acu. Sed ſi dicendum quod res eſt, non intelligimus, quatenus hoc inſtrumentum ordinariam acum antecedat, nec perſuadere nobis poſſumus, ab eodem quicquam vtile ad hydroceles operationem redundare.

XIII.

Mediciniſchchirurgiſche Beobachtungen, nebſt einigen Anmerkungen darüber, von CHRISTIAN LUDEWIG MURSINNA, *Regimentsfeldſcheer des*

 Hoch-

Hochlöblichen Regiments von Stwolinsky, erſte Sammlung. Berlin, bey Chriſtian Friedrich Himburg 1782. *pagg.* 221. *ohne Dedication, Vorrede und Innhalt.*

i. e.

Obſeruationes medico-chirurgicae, cum quibusdam ad eas annotationibus, auctore CHR. LVDOV. MVRSINNA, collectio prima.

Celebris harum obſeruationum Auctor, iam ſuis de dyſenteria putridisque febribus animaduerſionibus clarus, morborum exempla, methodumque iis medendi adhibitam, vel adhibendam, ita enarrat et illuſtrat, vt omnes de vita hominum bene cupientes gratum ipſi habituri ſint animum, optaturique, vt fides, quae de pluribus edendis ab eo data eſt, etiam ſoluatur.

p. 2. Quinque priores obſeruationes de capitis laeſionibus agunt. Vulnus, de quo prima loquitur, iuueni militi enſe falcato acuto illatum erat. Et quidem pollicis cum dimidio longitudine pollicem ſuper ſinu frontali dextro. Licet exterior tantum tabula laeſa fuerit viſa, indeque vulnus leuiter tractatum, acies enſis tamen inſenſibili modo etiam interiorem penetrauit, duramque matrem, forte lenticulae tantum magnitudine, ab oſſe ſeiunxit. Septimo enim die fragmenta propter oſſis corruptionem erant auferenda, vulnerisque et febris quotidianae, aegrum male habentis, curatio nullis remediis praeſtanda erat. De nullis interea capitis doloribus conqueſtus aeger ſexta ſeptimana ſtatim vehementiſſima cephalaea, et mane poſt ſuffocatione, ſtupore, ſiniſtrique lateris paralyſi afficiebatur. Vulnus denuo dilatabatur, et fragmento oſſis, in toto vulneris ambitu corrupti, et hinc inde

p. 5.

perfo-

perforati, remoto, trepanatio, quatuor coronis ad
corruptam oſſis partem ſimul auferendam applica-
tis, inſtituebatur. Dura mater ab oſſe ſeparata,
et a pure exeſa, incidebatur, et cum pauxillo cor-
ticalis cerebri ſubſtantiae reſcindebatur. Quae
omnia quidem cum leuamine et reſipiſcentia aegri
peracta ſunt; quum vero dura mater vlterius ad-
huc a cranio ſeiuncta, et pure, totum dextrum ce-
rebri hemiſphaerium occupante, imo in gyros ad p. 9.
dimidium pollicem penetrante, in iisque varios
paruos abſceſſus formante, exeſa fuerit, ſexto die
poſt operationem mors ſequebatur. Siniſtra vero
cranii, cerebrique pars illaeſa erat. Videntur hic
vaſa tantum minora laeſa, vel dilatata eſſe, indeque
ſucceſſiua cerebri inflammatio orta.

Pariter ipſi Ill. HENCKELIO leuis viſa, letalis p. 12.
vero facta capitis laeſio enarratur in obſeruatione
ſecunda. Vulnus enim in femina, quae ex lecto
ollae terreae inciderat, in fronte ortum, oſſis qui-
dem partem a pericranio denudauerat, non tamen
laeſerat, nec febre, aliisque ſymptomatis coniuncta
erat. Quae et in abſceſſu illo, die duodecimo
prope vulnus paene ſanatum oborto, aberant. Quin- p. 14.
ta vero ſeptimana ſubito acceſſerunt deliria et ſtu-
por; et, licet aegra poſt venaeſectionis et laxan-
tium copioſum vſum iterum ad ſe rediret, alacrior-
que fieret, tertio tamen die poſt rurſus ſtupida,
quarto obiit. Collecta vero erat inter cranium et p. 16.
duram matrem, ab oſſe, penitus illaeſo, floreni am-
bitu ſeiunctam et exeſam, puris foetidi quantitas
trium vnciarum pondere aeſtimanda. Quod pus
et piam matrem exederat, et paene totum dextrum
cerebri hemiſphaerium ita occupauerat, vt ſubſtan-
tia puri ſimilis reddita fuerit. Penetrauerat etiam
in dextro proceſſus falciformis latere corpus callo-
ſum, forte illo die, quo delirium aegram inuade-
bat.

bat. Teſtatur haec obſeruatio, inflammationem ſuppurationemque cerebri non ſemper ſequi periculoſa ſymptomata; patetque ex ea et antecedente,
p. 18. DEASII opinionem, qua, ſuppurationem cerebri poſt diem decimum ſeptimum raro contingere, aſſeritur, non vtique veram eſſe. Aegra vero non multo ante lapſum a lue venerea liberata erat, inde veroſimile, vaſa acrimonia hac et mercurialibus adhibitis multum debilitata ad hanc puris collectionem maxime diſpoſita fuiſſe. Confirmat id etiam pericranii ab oſſe non tantum in vulneris loco ſeiunctio, ſed et in magno ambitu laxiſſima cum eo cohaeſio; ex quo durae matris ſimilem qualitatem coniiciendam fuiſſe rite iudicat Cl. Auctor.

p. 20. Tertia obſeruatio vulneris pede ſcamnelli ſiniſtrae frontis oſſis parti inflicti felicem curationem recenſet. Fracta tantum erat exterior tabula, in eo loco valde prominens, ita, vt fragmenta ex ſinu
p. 24. frontali admodum magno extrahenda eſſent. Mucus vero non per narem ſiniſtrum, ſed per vulnus, excretus plenariam vulneris ſanationem ad tertium vſque menſem retardauit. Quae tandem praeſtita eſt iniectione olei amygdalarum dulcium in vulnus, vaporibusque herbarum emollientium naſo extus
p. 25. admotis. Videtur vero et cerebrum valde concuſſum, et ſanguis extra vaſa illius miſſus fuiſſe; vis enim a robuſto viro aegro iacenti illata magna fuit, et larga ter repetita venaeſectio cum copioſo euacuantium vſu neceſſaria ad ſtuporem aliaque peiora ſymptomata tollenda.

p. 28. Quarta obſeruatio exhibet exemplum vehementis commotionis cerebri. Aegra per latentem ſoli aperturam, tabulati altitudine, in ſaxeam ſtructuram cecidit. Licet in ea praeter clauiculam in medio fractam, et dextrum humerum brachiumque
p. 30. tumefactum, Cel. THEDENII ad methodum inuolucris

lucris

lucris applicatis tractatum, exiguus tantum tumor
ſuper dextro oſſe temporum ſine vlla alia laeſione
obortus eſſet, tanta tamen cum totius corporis,
tum inprimis cerebri, concuſſio facta eſt, vt peſſima
ſymptomata, ſtupor nempe, ſenſuumque abolitio,
decimo die primum remiſerint; et tertio adhuc p. 36.
menſe memoriae, auditus, et loquelae aliqua imbe-
cillitas cum vertigine crebriorique cordis palpita-
tione animaduerſa fuerit. Quae aegritudines anno
elapſo plane ceſſarunt, aegramque ita labefactarunt,
vt etiam poſtea, ſanguine quocunque modo accu-
mulato, ſtatim vertigo et lipothymiae illam ad fre-
quentiores ſanguinis miſſiones impulerint. Et p. 37.
certo hae venaeſectiones, ſaepius repetitae et lar-
giores, cum frigidis epithematis, ex glacie ipſa
quandoque factis, copioſiſſimisque euacuantibus
coniunctae, praeter lotionem capitis, aqua ſaturni-
na Goulardi, et ſpiritu camphorato, brachii vero,
tinctura cantharidum ad Alexandri modum parata,
ſexto die factam, veſicatoriumque ſuper pubis oſſi-
bus decimo die applicatum, in hac aegra, in qua
non tantum in toto dextro latere ſanguis ex vaſis
effuſus erat, ſed et talis ſanguinis effuſio in ipſo
cerebro exſtitiſſe videtur, multum praeſtiterunt.
Quare largioris ſaepiusque repetitae venaeſectio-
nis, etiam in trepanatione neceſſariae, epithema-
tum frigidorum, copioſiorum euacuantium, et, ſi
prima praecipuaque pericula praeterierunt, diu ad-
hibiti corticis Peruuiani, ad ſuppurationem pulmo-
num et hepatis impediendam valde vtilis, vt et
opii ad neruorum vaſorumque debilitatem tollen-
dam, vſum confirmat, laudatque Cl. Auctor in com-
motionibus cerebri, vel et totius corporis, cum
ſanguinis effuſione ſaepiſſime coniunctis. Dolet p. 44.
modo, celeberrimos Chirurgos, velut BROMFIEL-
DVM et KOELPINVM cum SCHMVCKERO et POT-

TIO,

TIO, non adeo inter ſe conſentire. Demonſtrat rectum inuolucrorum THEDENII, in tam multis
p. 38. variisque morbis vtilium, vſum. Docet etiam, ſucceſſiuam ſenſuum abolitionem, ob certum effuſi in cerebro ſanguinis ſignum tum non valere poſſe,
p. 49. cum vaſa rupta effuſionem gignant; certiſſimum laeſi cerebri ſignum eſſe pulſum intermittentem,
p. 55. alio adhuc adducto exemplo comprobat; morbosque hepatis, quorum cum capitis laeſione coniunctorum, ſaepe recurrentium, notabile exemplum de notabili femina enarrat, nec adeo frequens eſſe laeſionum capitis ſymptoma, nec cum his adeo ma-
p. 51. gnam habere communionem, arbitratur; inuoluntariam enim foecum et vrinae excretionem, quam KOELPINVS aliique ab illis morbis hepaticis deducere velint, magis a laeſo ſyſtemate neruorum oriri.
p. 60. Laudatorum illorum remediorum egregia vtilitas confirmatur in obſeruatione quinta. Efficaciſſima enim erant in femina ab equo in fronte tacta, inde retrorſum lapſa, in qua vehemens febris oriebatur, et vulnus frontis ſanari non poterat, niſi tumore occipitis, verticis et temporum, decimo die poſt totius capitis tonſuram, in capitis laeſionibus neceſſariam, detecto, et auxiliis his ad-
p. 67. hibitis antrorſum pulſo, tandemque diſcuſſo. Docet et haec obſeruatio, quantum diuturnior alui obſtructio, primarumque viarum ſaburra ſymptomata cum laeſionibus capitis, coniuncta augeant, et
p. 66. peiora reddant. In hac tandem aegra, in qua memoria et auditus diu debilior fuit, pericranii, duraeque matris ab oſſibus ſeiunctionem iſta mala produxiſſe, veroſimillimum eſt. Opium euacuantibus admixtum huic aegrae multum profuit.
p. 70. Sexta obſeruatio horrendam oſſium capitis ca-
p. 92. riem deſcribit. Haec initium cepiſſe videtur in oſſe ſphaenoideo, in quo nec ſinus, nec foramina conſpicua,

ſpicua, ſella Turcica cum glandula pituitaria, cuius locum pus foetidum tenuit, penitus deleta, et non tantum alae minores, maiorumque magna pars, cum pterygoideis proceſſibus, ſed et poſterior corporis pars cum ipſa occipitis oſſis parte ad magnum foramen vſque, deſtructa fuit. Inde caries vlterius progrediebatur ad antrum Highmori, cuius internum latus exeſum, ſiniſtrum os palati, cuius dimidia pars defuit, et ſiniſtrum os maxillare ſuperius, ad primum molarem dentem vſque deſtructum. Laeſerat etiam magnam, et quidem inferiorem et externam petroſi oſſis ſiniſtri partem ita, vt nulla eminentia, nullusque ſulcus eſſet conſpicuus; ſimulque deleuerat cartilagineam tubae Euſtachii partem. Exeſa etiam erat hasce carie deſtructas partes inueſtiens; nullo modo vero cerebrum laeſum, cuius vaſcula tumida quidem, non autem inflammata, ventriculique praeter modum vacui fuerunt. Sic et vacuus ſinus longitudinalis inferior, ſuperior vero ſanguinis loco album polypoſum coagulum continuit. Carie hac, cuius initium ce- p. 94.
phalaea vehemens, narisque ſiniſtrae obſtructio, de qua aeger anno ante morbi inceſſum querebatur; incrementum vero glandularum colli tumo- p. 70.
res, per eundem annum frequentiores, indicaſſe videntur, molles oris collique in ſiniſtro latere partes ſenſim affectae ſunt. Primum inflammata eſt tonſillarum ſiniſtra cum aliis oris collique glandulis; tunc et eiusdem lateris parotis. Quum aptis p. 72.
remediis malum non ceſſerit, ſed potius increuerit, venerea lues eius cauſa habita eſt. Quare, licet Cl. Auctor vnguenti mercurialis et calomellis vſum praeferat, propter copioſum tamen humorum ad os affluxum ſublimati grana ſedecim in totidem vnciis aquae fontanae ſoluta ſunt, huiusque ſolutionis mane et veſperi cochleare vnum

(nonne

(nonne nimium?) datum eſt; vnguento mercuriali ſimul tumori glandularum inuncto, vlceribusque glandularum, ichorem putridum reddentibus, ſolutione ſublimati abſterſis. Quae remedia per tres ſeptimanas exhibita quuum aegro nullum leuamen
p. 75. attulerint, deglutitio potius difficilior facta fuerit, datae ſunt pilulae ex cicutae extracto, Gummi Ammoniaco, et Rhabarbaro paratae, quibus propter permagnam alui ſegnitiem humorumque lentorem ſulphuris antimonii aurati tartarique emetici ana grana viginti et quinque admixta ſunt. Quae cum crebriori ſalium vſu, externisque remediis per quin-
p. 77. que ſeptimanas aegrum multum leuarunt. Statim nunc tota ſiniſtra faciei pars cum rubore intumuit, aegerque in ſiniſtro latere coecus ſurdusque redditus eſt; ſenſibus his in dextra pallida et marcida parte vigentibus. Palatum ipſum putridum, quaſi carcinomaticum, et lingua valde turgida. Pulſus lentori durities acceſſit. Ad antiphlogiſtica nunc confugiebatur, et ſcarificatio ac deſtructio glandularum tentabatur; et quidem cum aliquo com-
p. 83. modo. Peioribus iterum rebus factis, MOELLERVS in auxilium vocatus palatum diſſecari et cicutae duas drachmas quotidie porrigi iuſſit. Quo dolores quidem ſopiti, ſed multae anxietates cum agrypnia, (vnici illi ex mente Auctoris cicutae effectus) obortae ſunt; aeger tamen per quinque ſeptimanas leuatus eſt. Quibus perlapſis, ſerum
p. 85. ex pedibus ad pubem vſque admodum oedematoſis totum effluxit; vulnus pedis, quod conſeruerat, iterum recruduit; ex ore, aure et naſo ichor foetidiſſimus emanauit; tumorque glandularum minor molliorque factus eſt: aeger vero per duas noctes placidiſſime dormiuit, et cibos, quos multum
p. 87. appetiit, bene deglutiuit. Quum vero quarto die poſt ſuffocationi iterum proximus eſſet, glandula-

rum

rum tumores profundius et cum leuamine inciſi ſunt, qui die decimo quinto ſubito et ita diſparue- p. 89. runt, vt tota cutis marcida facta eſſet. Sed materia haec purulenta delata erat ad dextrum pulmonem, inde putridum factum, et puris foetidi, tres p. 94. per dies continuo ex ore fluentis, menſuram dimidiam continentem. Qua de cauſa etiam aeger quinto morbi menſe, emaciatus, in omnibus reliquis viſceribus ſanus, obiit.

Deglutitionis moleſtae et doloroſae exemplum p. 97. enarratur in obſeruatione ſeptima. Puer nobilis decennis nec fluida ſine dolore ingerere potuit, ingeſta potius ructibus reiiciebantur. Conſeruandus igitur fuit clyſmatis nutrientibus. Quum opii vſus p. 99. pulſum ſpaſticum, vrinamque pallidam mutauerit, et dolores minores quidem reddiderit, deglutitio tamen cum ructibus moleſta manſerit, moſchi quotidie viginti, et poſt triginta, grana data ſunt cum exiguo tantum leuamine. Quare ſexta ſeptimana p. 102. Cl. Auctor vnguentum mercuriale cinnabari tinctum ſub ficto anodyni nomine ad inungendum dedit. Inde tertio die leuis ptyaliſmus cum multo aegri leuamine. Tabidus vero iſtius ſtatus vlteriorem vſum interdixit. Detecto demum illo arti- p. 104. ficio, quo aeger, anteriorem colli partem in epiglottidis circiter regione manu comprimens, deglutitionem adiuuit, applicatus eſt pannus mollis ab omni latere aequaliter gradatus et eleuatus, in baſi manum latus, in apice vero, qua cricoideam cartilaginem attigit, vnius tantum pollicis latitudine. Hic, roborantibus humectatus, ab aliis duobus in nucha firmatus eſt, vtroque colli latere ſimul eiusmodi pannis mollibus expleto. Quibus factis vna cum interno corticis Peruuiani vſu oeſophago firmitas, et aegro ſanitas, ſex ſeptimanis elapſis, penitus reddita eſt. Oeſophagus paralyticus fuiſſe videtur.

p. 110. Octaua obſeruatio herniae cerebri felicem ſanationem tradit. Haec, oſſibus cranii mollibus, mobilibus, et a ſe diſtantibus, potiſſimum in loco fontanellae ab anterioribus poſteriora verſus trium, a latere autem duorum pollicum cum dimidio latitudinem habuit, latior tamen antrorſum fuit. Repoſita eſt pannis mollibus gradatis circumcirca appoſitis, ſpiritu vini rectificatiſſimo humefactis, et mitra Hippocratis bicipiti, quae tamen propter ſtuporem primo die accidentem relaxanda erat, firmatis.

p. 115. Nona obſeruatio de morbo militis agit, qui primo intuitu pulcherrimus ſaniſſimusque apparuit, cuius facies paucis tantum ante mortem horis palluit, et in quo etiam poſt mortem nullum corporis decrementum conſpicuum fuit. Fides igitur primum querelis eius de languore et aegritudine denegata, tunc vero data eſt, cum oculorum immobilitas cum riſibili motu muſculorum faciei animaduerteretur. Triſti fuit animo, ſexta morbi nocte furibundus, et praeter appetitum ciborum et tabaci permagnum, etiam clam crudioribus alimentis ſedatum, omni pene ſenſatione caruit. Inde vrina fuſca, pellucida, parum ſedimenti habens, in initio non niſi aegro commonefacto, poſtea vero inuoluntarie et guttatim miſſa eſt. Inteſtinorum canalis etiam tam parum irritabilis fuit, vt efficaciſſima remedia eum ſatis mouere non potuerint, terque per dies aluus pertinaciſſime obſtructa fue-
p. 125. rit. Quibus elapſis copioſae liquidae foeces inſcio aegro excretae, et ſtatim poſt mors placidiſſima, octauo morbi die, ſecuta eſt. Tantae inſenſilitatis
p. 131. cauſa veroſimilis in cerebro reperta eſt. Non tantum enim medulla cerebri ſolito durior fuit, ſed et ex ea quaſi enatum corpuſculum quoddam, piſi magnitudine, extus cineritium et velut cartilagi-

neum,

neum, intus vero plane lapideum, quod in medio corporis calloſi ſedem habuit. In abdomine vero p. 128.
valde tumido, praeter cyſtidem ſpiſſa atra bile extenſam, veſica vrinaria, nec inflammata, nec exeſa, lotii duas Berolinenſes menſuras cum dimidia continuit, et ita magna apparuit, vt vterum, qualis in feminis in pariendo mortuis eſſe ſolet, magnitudine ſuperaret. Ab hac inteſtina expanſa, et prorſus vacua ſurſum ad ventriculum, craſſorumque aliqua retrorſum dimota ſunt. Non procul autem a duodeno ieiuni pars ſuperior, quae poſt multam adhibitam operam explicata quartam Berolinenſis vlnae partem aequauit, in inferiorem implicata fuit. Qua inde valde extenſa tumor ortus eſt durus, quatuor pollices longus, nouemque latus, in quo quinque mortui lumbrici reperti ſunt. Et in duobus locis ilei pars ſuperior in inferiorem, digiti ad longitudinem, intricata fuit, ſine multo negotio extricanda. Tenuia inteſtina vndique criſpa, quaſi ad inuaginationem diſpoſita, cum meſenterio nimis breui reperta ſunt. Harum inua- p. 133.
ginationum cauſam ſpaſmos eſſe, et tempus, quo mercurius viuus in alui obſtructione exhibendus ſit, difficulter determinari poſſe, demonſtrat Cl. Auctor, vehementerque dolet, quod cadauerum ſectiones tam raro concedantur. Damnum inde oriundum p. 136.
illuſtrat exemplo feminae in pariendo denatae, quarum liberi gemini, vel ſaltim vnus, conſeruari potuiſſent; alioque Medici Practici peritiſſimi, qui p. 139.
omni opera cor reperire non potuit, pericardio tantum praeter naturam cum vicinis partibus connato.

Aliud inuaginationis inteſtinorum exemplum p. 141.
exhibet obſeruatio decima. In gracili enim et iuvene milite, qui ſubitaneis colicis doloribus affectus, nullis licet auxiliis neglectis, hora decima octaua

 obiit,

obiit, ilei pars ſuperior in inferiorem implicata fuit. Illa ex hac, extenſa, et in variis locis gangraenoſa, multo difficilique negotio explicata apparuit cum meſenterio ſuo admodum contracta, vacua et illaeſa, longitudinemque habuit vnius Berolinenſis vlnae cum aliquot pollicibus. Fuerunt vero inteſtinorum nonnulla contracta, nonnulla, vti totum colon, praeter modum expanſa, omnia vero irregulariter ſita, et vacua. In ſolo enim ventriculo ingeſta, maximam partem immutata, reperta ſunt. Omentum ventriculum verſus in maſſam conuolu-
p. 144. tum et retractum erat. Huius peruerſi inteſtinorum habitus cauſa videtur materia arthritica retrograda. Proxima illa vero mortis fuit ſuffocatio.
p. 143. Pulmones enim multo effuſo ſanguine turgebant; in poſteriori cordis ventriculo multum fuit coagulati ſanguinis, vti et polypoſum coagulum in aorta, eiusque primis ex arcu orientibus ramis; anterior vero ventriculus cum pulmonali arteria prorſus vacuus.

Vndecima et duodecima obſeruatio ex obſte-
p. 145. tricia arte depromtae ſunt. Gibboſa femina, poſt primum difficile puerperium continuum verſus dextram vmbilici regionem dolorem, in grauiditate altera valde maiorem, paſſa, vtero in eodem dolen-
p. 152. te loco rupto, obiit. Fiſſura haec, per vaginam tantum, ſectione cadaueris denegata, diſquiſita, in dextro fundi vteri, ibi valde attenuati, latere, et dimidium pedem longa, apparuit. Cauſa eius fuit magnum infantis caput, cuius apertura, morte infantis certo agnita ab Auctore ad matris vitam conſeruandam propoſita, non permittebatur, et quod vtroque hydrocephalo affectum duas aquae menſuras continuit; in quo vero os latum, nullusque naſus conſpicuus fuit. Vertebrae colli et dorſi, non autem vt in ſpina bifida, a ſe inuicem disiun-

ctae,

ctae, illae lumborum autem et ſacri oſſis rite connexae fuerunt.

In altera femina labia a frequenti contactu intumefacta et gangraenoſa diſſecanda, caputque infantis, quod viginti quatuor horis poſt aquarum effluxum primum apparuit, ex minori peluis cauitate, in cuius ſuperiori apertura haeſit, in maiorem reprimendum fuit. Quod neceſſarium erat, quum omnia alia auxilia fruſtranea, doloresque ad partum, quos in debilibus Laudano liquido SYDENHAMI, in robuſtis ſpaſmo affectis puluere, cui opii granum vnum, quatuorque Ipecacuanhae admiſcet, excitare ſolet Cl. Auctor, in hac imbecilli femina plane ceſſauerint. Eadem puerpera lentae febris, eiectione materiae purulentae feliciter finitae, et femoris dextri, cuius cruralis neruus ab infantis capite forſan compreſſus, paralytici, tandemque tabidi, et vltra duos menſes claudicantis, veſicatoriis vero et cortice Peruuiano reſtituti, incommoda diu ſenſit: poſtea autem perfecte ſana, rurſusque grauida facta eſt. Infanti, in quo fere nulla vitae ſigna, ſuffocationi proximo, fumi Nicotianae in anum, eiusdemque ac aëris in os inſpiratione, cum aliis ſolitis remediis coniuncta, poſt dimidiam horam vita reddita eſt. Auxilia haec, vt efficaciſſima laudata, nihil praeſtiterunt in alio infante. Iſtius caput, procul ab oſſibus pubis extrorſum haerens, Auctorem commouit, vt infantem pedibus, in contracto vteri fundo decuſſatim poſitis, feliciter ſolutis extraheret. Fuit vero ita magnum, et ex tam duris, iam coalitis, oſſibus compoſitum, vt, licet naturalem ſitum habuerit, multis demum laboribus ceſſerit. Et in his adiuuans Chirurgus maiorem vim intuliſſe videtur. Luxata enim fuit prima colli vertebra. Situs parturientium commodus ſimul egregie explicatur, oſtenditurque, ſi-

p. 155.
p. 157.
p. 156.
p. 159.
p. 158.
p. 161.
p. 165.
p. 162.
p. 167.

GAULTI methodum ea ex ratione non commendandam eſſe, quod in iunioribus ſymphyſes cartilagineae affluxu humorum tum copioſo, vterique increſcentis preſſu, ſatis dilatentur, in ſenioribus vero cartilagines admodum durae operationem difficilem et periculoſam reddant.

p. 168. In cataractae extractione, de qua obſeruatio decima tertia agit, Cl. Auctór primum RICHTERI, in duobus poſterioribus exemplis VOGELII Lubecenſis, cum quo maxime in aegris poſt operationem tractandis conſentit, methodum ſecutus eſt.

p. 171. Aliquot horis ante operationem laudani liquidi SYDENHAMI guttas quindecim porrigit. Bulbum oculi nullo inſtrumento firmare ſolet, reiicitque digitale RVMPELTI, commendat potius annulum ex ſtanno vel argento paratum, ſoliti lapidis loco lata prominentia, cui cuſpis affigenda, inſtructum. Hunc medio digito ita inferendum, vt prominens cuſpis oculi bulbum firmet, ab OLLENROTHIO inuentum eſſe, tradit. In inferiori parte corneam oculi ſurſum et extrorſum directi dimidia linea procul ab albuginea ſecat. Ad lentis capſulam deſtruendam vtitur ancipiti, antrorſum quasdam lineas

p. 175. lato inſtrumento, acui ſimili. Camphoram, quam aquae frigidae ſaturninae, ad lintea humectanda adhibitae, addere ſolet, poſt ligaturam oculi, ſecundo die poſt operationem factam, non amplius addit. Nono, decimo, vel et duodecimo die, cum vulnus vnitum eſt, nec dolor, nec rubor ſentitur, viciſſim dimidias per horas in obſcuro ſub vmbella oculum detegi ſinit, plenariam vero detectionem non, niſi omni dolore lacrymarumque fluxu abſente, permittit, et tunc adhuc in initio aëre libero oculum peplo albo obtegi iubet. Hac ſua methodo demonſtrata quatuor illarum a ſe feliciter per-

p. 177. actarum operationum hiſtorias recenſet. In prima

ma oculus vehementer motus, quo tamen operator ſe perterreri non patiatur, extrorſum non dirigendus fuit; lens permagna, oſſea duritie, cuius capſula non conſpicua forte cum illa connata, ſponte excidit, et decimo die vulnus vnitum eſt cicatrice primis diebus quidem eleuata et laxiori, tum vero, vti ſaepe ſolet, firmiori, et vix conſpicua. In ſe- p. 180.
cunda lens etiam ſponte euaſit, et capſula, licet pellucida, deſtructa eſt. In tertia oculi mobilitas et p. 181.
ſenſilitas magna, lensque poſt capſulae deſtructionem primum extracta multas peperit difficultates. Quarta, in ruſtico tabido, quem amentem et ſcor- p. 184.
buticum eſſe, poſtea et liuidis corporis maculis cum intolerabili oris foetore die decimo ſexto animaduerſis, apparuit, inſtituta multum periculoſa fuit. Quum enim oculus valde hinc et illinc moveretur, adiuuansque Chirurgus palpebram ſuperiorem decidere ſineret, inferior iridis pars duas lineas lata ſimul diſſecta eſt, reddita tamen videndi facultate inde non impedita. Nec eam impediuit effluxus humoris vitrei, cuius non ſolum dimidia pars vna cum lente, ſed et noctu poſt aliqua adhuc emanauit. Oculi dextri operatio, cum illa ſiniſtri p. 190.
ſimul tentata, propter magnam aegri inquietudinem tres per ſeptimanas dilata eſt. Eandem ob oculi mobilitatem culter RICHTERI iterum extrahendus, et cornea forfice conuexa DAVIELII diſſecanda fuit; quae tamen vulnus contuſum reddere ſolet. Lens magna et ſpiſſa multo tantum negotio extracta eſt. Iris trium linearum latitudine tertio die prolapſa, butyro antimonii cum fotu lactis per duodecim dies, quotidie bis, applicato repoſita eſt: corneae opacae ſimul factae poſt aliorum remediorum fruſtraneum vſum vnguento ex p. 193.
viginti granis mercurii praecipitati rubri, decem tutiae praeparatae, et quinque cum nitri puri, tum

camphorae cum drachma vna axungiae ſuillae rite parato, et lentis magnitudine bis vel ter quotidie cantho oculi externo illato, pelluciditas reddita eſt; pupilla vero aliquantum longitudinalis manſit. Aeger vero duos per menſes in noſodochio commoratus, quum in dextro obiecta maiora diſtinguere, in ſiniſtro vero oculo ex voto videre potuerit, vlterius non exſpectauit, ſed diſceſſit.

p. 196. In vltima denique obſeruatione de luxationibus, praeſertim illa humeri, egregie diſſerit, eiusque nonnulla exempla enarrat, et aſſeuerat, ſe rariſſime indigere inſtrumentis ad luxata oſſa reponenda.

XIV.

Experiments eſtabliſhing a Criterion between mucaginous and purulent matter. And an account of the retrograde motions of the abſorbent veſſels of animal bodies in ſome diſeaſes. Lichfield; printend for J. Jackſon, T. Cadell, London; and W. Creech, Edinburgh. MDCCLXXX. 8. mai. pagg. 134 *).

i. e.

Experimenta ad ſtabiliendum diſcrimen inter materiam mucoſam et purulentam. Accedit tractatio de motu retrogrado in vaſis reſorbentibus corporis animalis in morbis quibusdam.

p. 127. Auctor huic diſſertationis, vti ex vita eius ſub finem annexa patet, Cl. CAROLVS DARWIN, natus in oppido Lichfield 3. Sept. 1758, Oxoniae et

*) Verſio germanica exſtat *in den kleinen mediciniſch-chirurgiſchen Abhandlungen, aus verſchiedenen Sprachen überſetzt, 1ſter Th. Leipz.* 1781. 8. *S.* 3. *etc.*

et poſtmodum Edimburgi doctrinis medicis addiſcendis ſe dicabat, praeſertim Cl° DVNCAN, qui et mortuo monumentum ex marmore erigendum curauit, et relictorum curam in ſe ſuſcepit, acceptiſſimus; paucis ante obitum diebus 1778 primus numum aureum, a ſocietate filiorum AESCVLAPII in academia Edimburgenſi praemii loco expoſitum *), reportabat; omnes vero, quas excitaverat, exſpectationes ſubita eius mors fefellit, quum inter labores anatomicos febris petechialis eum invaderet, qua die 15. maii eiuſdem anni viuis ereptus eſt.

In tractatione ipſa primum examinantur ſigna diagnoſtica, quibus plerumque vti ſolent medici ad diſtinguendum pus a muco. Iniectio in aquam ideo ſuſpecta eſt, quia mucus earum partium, ad quas aëri non patet aditus, vt vrethrae et ventriculi, ſemper ſubſidet; quia, ſecundum experimentum Cl[i] FORDYCE **), mucus pulmonum, aëre priuatus, itidem fundum petit; quia denique mucus adeo coniungi poteſt cum pure, vt aquae innatet. Huc accedit, quod is mucus, qui mane aquae ſupernatat, veſperi, ſibi ipſi relictus, ſubmergatur. Color itidem fallax ſignum praebet, vbi commemoratur exemplum hominis, qui per varios annos, integra p. 4. p. 6.

 ſani-

*) Delineationem huius numi, qui imperialem noſtrae monetae aequat, ipſe titulus libelli exhibet: in parte auerſa, ſi nos quidem recte iudicamus, AESCVLAPIVS ante aram accenſam, dextro genu in terram proiectus, manu dextra acerram, vt putamus, ſiniſtra ſerpentem tenens, cum inſcriptione: VITA BREVIS ARS LONGA. Pars reuerſa ſeptem lineis inſcriptionem hanc ſiſtit: H. N. VIRO GENER. CAROLO DARWIN. VNA VOCE DECREVIT SOD. FIL. AESCVLAP. 4TO NON. APRIL. MDCCLXXVIII. Numus anſa inſtructus eſt, quo ſuſpendi queat.

**) de catarrho. Edinburg. 1758. Cap. 16.

ſanitate gaudens, quouis mane paruam portionem
p. 7. materiae nigrae exſcreauit. Odorem pus interdum
plane nullum prodit: communis contra coryza
frequenter admodum ingratum. Neque pus ſem-
p. 9. per comes eſt febris hecticae. Ergo aliis experi-
mentis haec res indiget, quae Cl. Auctor ſuccincte
p. 22. recenſet, et inde conſectaria haec elicit: pus et
mucus in acido vitriolico ſoluuntur, prius tamen
minus; addita huic ſolutioni aqua, mucus vel in-
natat, vel floccos format, pus vero praecipitatur,
et ſub agitatione mixturam vniformem turbidam
reddit; in acido vitriolico diluto pus diſſoluitur,
non vero mucus, vti quoque in ſolutione ſalis ma-
rini; acidum nitroſum vtrumque ſoluit, aqua ad-
dita pus praecipitat, fluido ſupernatante pellucido
et viridi, ſed aqua cum ſolutione nitri fluidum co-
loris ſordidi efficit; lixiuium alcalinum vtrumque
ſoluit, licet mucum difficilius, ex eodem vero
aqua pus praecipitat, non autem mucum; ſolutio
mercurii ſublimati mucum, non autem pus coa-
gulat. Acidum igitur vitriolicum concentratum
aeque ac dilutum, et lixiuium alcalinum diſtinguunt
pus a muco; ſicut et acidum vitriolicum pus
a lympha, et lixiuium alcalinum a ſero. Si igitur
materia ſcreatu reiecta in his menſtruis ſoluitur,
et aqua affuſa praecipitatio oritur, pus; ſin minus,
mucus eſſe iudicabitur: quod etiam valet, ſi acce-
dente quoque tempore ac trituratione in alcalino
lixiuio ſolutio nulla obtinetur *).

Sequens diſſertatio ſpeciminis inauguralis loco ſermone latino ſcripta fuit, at nunc in anglicum verſa

*) Dubia aduerſus haec experimenta indeque petita conſectaria mouerunt Cl. IOH. CHRIST. SALMVTH in diſſ. inaug. *de diagnoſi puris*, Gotting. 1783. et Cl. MERK in *medicin. Bibliothek*, *herausgegeben von* I. F. BLUMENBACH, *Iſten Band. 3tes St.* 542. *Seit. etc.*

verſa hic exhibetur. Primo loco enumerantur vaſa lymphatica diuerſarum partium, cum connexione eorum cum glandulis conglobatis et ductu thoracico: poſtea de valuulis eorum diſſeritur, doceturque, ſi in morbis quibusdam vaſa vel valuulae eorum ſtimulo praeternaturali afficiantur, vel paralyſi tangantur, motum retrogradum exiſtere poſſe, valuula non prorſus ſe occludente. Tum de reſorptione per orificia vaſorum agitur, quae nullum regurgitationi fluidorum obſtaculum praebere docet veſica vrinaria inuerſa et aqua repleta, quae breui tempore vacua redditur. Nonnunquam valvulae ipſae vitiatae videntur, vt in diabete et ſcrophulis, quae quidem conditio cum vitiis valuularum aortae comparari poteſt. Comparantur etiam reliquae valuulae, v. c. ventriculi, coli, puncta lacrymalia, vaſa capillaria, cum valuulis lymphaticorum, et de motu retrogrado in illis ad ſimilem mutationem in his concluditur. De communicatione canalis alimentorum cum veſica vrinaria, vbi experimentum attentione vtique dignum enarratur, quum poſt largam doſin potus punch, dein ex eodem hauſtum nitrum, poſtea comeſtum aſparagum rurſusque aſſumtum punch, vrina fortem aſparagi odorem ſpirauit, et charta bibula eidem immiſſa ſub combuſtione praeſentiam deflagrantis nitri declarauit: ſerum autem ſanguinis, protinus poſt aſſumta ex vena miſſi, neque aſparagi, neque nitri partes obtulit. Simile in ſubiuncta nota exemplum allegatur icterici, poſt idem potus genus multo dilutiorem vrinam emittentis; cuius ſimul curatio per electricas concuſſiones regioni hepatis applicatas enarratur. Poſtea de diabetae variis ſpeciebus, nempe de eo ab ebrietate, ſi aquoſa vrina poſt aſſumtum ſolum ſpirituoſum copioſa redditur, et de chylifero; diabetem non, vt creditum eſt, a ſan-

p. 30. p. 34. p. 42. p. 123. p. 47.

guiſi-

guificatione laeſa oriri, licet ſaepe cum eadem coniungatur; de reſorptione aquae ex atmoſphaera, eiusdemque per vrinam egreſſu, ſeu diabete aquoſo, de diarrhoea a refrigerio, item de diarrhoea coeliaca; de diabete mucoſo, ſeu vrina tenaci, interdum coagulabili, a reſorptione humoris in hydrope partiali collecti oriri viſo, et ſaepe hydropis prodromo. Tunc de curatione diuerſarum harum ſpecierum diabetae. In chyloſo poſt vſum euacuantium ex ipecacuanha et rheo multum laudis
p. 56. tribuerunt repetitis et largis doſibus tincturae cantharidum. Noſter commendat terram ex ſolutione aluminis per alcali fixum praecipitatam ad drachmam dimidiam ſexta quauis hora cum paucis granis rhei exhibitam, ita vt aluus quotidie ſolueretur. Opus eſt etiam victu blando, emulſionibus, aquis briſtolienſibus et malloccenſibus. Eadem methodus locum habet in diabete aquoſo, cui tamen multo cum emolumento frictiones cum oleo in tota corporis ſuperficie addidit Cl. Auctor. Diabetes mucoſus remedia antihydropica exigit. Sub finem huius tractationis hiſtoria aegri diabete exſtincti adducitur, cuius morbi decurſus in ſubiun-
p. 116. cta nota vberius enarratur; ſectio nihil morboſi offerebat praeter renem ſiniſtrum admodum parua pelui conſpicuum, et plurimas glandularum meſenterii multum dilatatas.

p. 60. Qui potui indulgent, in iis paroxyſmus ebrietatis aut vrina copioſiore pallida, vel copioſo ſudore, vel vomitu aluinisue deiectionibus terminatur; aut in ſtuporem ſomnumue abſque euacuationibus tranſit: priores in diabetem et hydropem, poſteriores in arthritidem, calculum, lepram procliuiores redduntur. Prius a vaſis abſorbentibus, antea irritabilioribus, ſenſim paralyticis redditis, ideoque functiones minus conuenienter obeuntibus,

bus, pendet: inde reliqua ſymptomata anaſarcae
explicantur, aeque ac virtus medicamentorum eua-
cuantium, quae reſorptioni ex cellulis, ideoque
retrogradae actioni ſyſtematis lymphatici reſtituen-
dae fauent. De ſudoribus, praeſertim capitis et p. 70.
ceruicis, ab eodem motu retrogrado in his morbis
productis, vbi leuamen ab iisdem in anaſarca pul-
monum percipiendum forte ſignum pathognomoni-
cum praebere poſſet ad diſtinguendum hunc mor-
bum ab hydrope thoracis vel pericardii, quod ex p. 103.
annexis diuerſis morborum hiſtoriis clarius patet,
in quibus etiam effectus digitalis purpureae recen-
ſentur, cuius folia recentia ad quatuor vncias in
duabus menſuris aquae ad conſumtionem dimidii
coquuntur, additis poſtea, licet non ſemper, vnciis
duabus ſpiritus vini, cuius remedii iam vnum, iam
tria cochlearia quauis hora vel duabus horis aſſum-
ta poſt aliquot doſes vehementes euacuationes per
vomitum, aluum et vrinam excitabant cum felici
ſaepe morbi abolitione. Anaſarcam pulmonum
itidem deſignat anxietas tam ſub decumbendo,
quam ſub ſurgendo, ſed in vtroque caſu breui tem-
poris interuallo tranſiens; hydropem pericardii
facilis decubitus horizontalis, quae quidem mo-
menta abſunt in hydrope pectoris. Annon quo-
que, conſideratis effectibus digitalis purpureae,
eiuſdem vſus in hydrocephalo interno, hydrocele
et tumoribus oedematoſis articulorum tentari
queat, ſub finem harum obſeruationum Cl. Auctor p. 115.
quaerit.

Poſtquam deinde de phaenomenis translatio- p. 72.
nis puris, chyli, lactis et vrinae, deque effectibus
purgantium abdomini applicatorum diſſeruit, recen-
ſet affectiones morboſas a motu retrogrado oriun- p. 81.
das, nempe in canali alimentorum ruminationem,
ructum, pyroſin, huicque cognatam cardialgiam,

vomi-

vomitum, ileum, globum hyſtericum et vomituritionem ſimilis cauſſae, borborygmum aliasque affectiones hyſtericas, tandemque hydrophobiam, cuius ſedes an in cardia ſit, quaerit; in ſyſtemate lymphatico catarrhum, ſaliuationem, nauſeam, diarrhoeam lymphaticam et coeliacam, diabetem, ſudorem lymphaticum et aſthmaticum. In ſyſtemate arterioſo mentionem facit motus retrogradi per microſcopia in vaſis capillaribus conſpecti, et quaerit, annon ſimilis motus cordis in affectibus hyſtericis et a timore palpitationem cordis produ-
p. 90. cat? Dein de motu retrogrado ſuccorum in vegetabilibus agit, ac denique cauſſas motus retrogradi animalis expendit, quas in irritabilitate ponit, ſtimulorum tamen non tam quantitate, quam qualitate, conſiderata; quae quum in minoribus vaſis fibrisque muſcularibus minus ſenſibus pateant, quam in canali alimentorum phaenomena nauſeae et vomitus, in his explicandis vberius verſatur, et
p. 18. inde, qua ratione motus naturalis reſtitui debeat, docet.

XV.

ANDREAE IOH. RETZII, Ph. M. Prof. reg. et Ord. deſ. etc. Prolegomena in pharmacologiam regni vegetabilis, priuatarum inſtitutionum vſui deſtinata. Lipſiae, in bibliopolio I. G. Müllerino. 1783. 8. plagg. 5.

Quae vere prodeſſe poſſint medico, dum artem facit, medicamenta compoſituro et applicaturo, obſeruationes chemicas, materiam et formam pharmacorum vegetabilis proſapiae illuſtrantes, tam breuiter tamque erudite complectitur Cl. Auctor, corporum naturalium et chemicae cognitionis laude florentiſſimus, pauculis his paginis, vt ad hanc normam exactas materiae medicae, ex triplici naturae regno petitae, inſtitutiones optare nemo non

poſſit,

poſſit, cui vera pharmacologiae cultura curae cordique eſt. Principia medicamentorum vegetabilium, per quae operantur, ſeu vt vocat *effectiua*, Cl. Auctor reduxit ad octo genera, quorum ſingulorum dotes commemorat. Sunt vero *ſalinum eſſentiale*, cui ſubiecit ſaccharinum, tartareum, acerbum, amarum, benzoinum, quodque rarius euolutum occurrit, alcalinum; porro *oleoſum*, tum vnguinoſum, tum aethereum; *gummoſum; reſinoſum; glutinoſum; amylaceum;* denique *cauſticum* et *colorans*. Adiicit tamen vt ſingularia camphoram, ceram et gummi elaſticum; de amaro aloëtico, quod a bile et lixiuioſis dulceſcit, de materia croci hermaphroditica BOERHAAVII, deque narcotico et ſulphureo adhuc dubius. p. 17.

Ex animaduerſionibus, quibus iſta illuſtrauit, delibamus has: Acidum vegetabile vnum idemque eſſe, variam vero ipſius formam deberi concretioni variae. Acerbum principium educi commode ex gallis aqua frigida infuſis, infuſo filtrato, exſiccato, vtque reſina ſecedat, denuo aqua pura ſoluto. Puri ſolutio cum ſale tartari feruet et ab eo ita turbatur, vt cadat ſedimentum fuſcum, in acido nitri haud ſolubile, inter calcinandum fumans cineresque cum efferueſcentia in nitri acore ſolubiles largiens; ferri ceteroquin prorſus expers. Alcali volatile et acidum phoſphori e vegetabilibus, vt veriſimile ſit, tranſire ad animalia. Extractiuam materiem plantarum eſſe farraginem reliquorum principiorum ſolubilium. Ranceſcentiam pinguium eſſe levioris fermentationis ſpeciem, quae calore producatur. Congelationem oleorum quorundam aethereorum proficiſci ab immixto vnguinoſo; (Sed nonne antea experimentis confirmandum eſſet, vnguinoſum ab oleo aethereo in ſublime rapi et quaſi volatile reddi poſſe?) Cauſticum principium, quale p. 22. p. 24. p. 34. p. 49.

inſit

inſit ranunculis, aro aliisque, eſſe volatile, excipi aqua et ſpiritu vini, vrere, exhalare ex ſuccis recentibus euaporatis ſic, vt cutim inflammet, differre ab acri aromatico, exſiccando perire, ſui generis eſſe. (Num ad ſalinum poſſet referri?) Materiem colorantem, cui et ſapor et odor plantae inſit, eſſe reſinoſae indolis, facile tamen deſtruendae. Gummi Copal a vini ſpiritu propterea non diſſolui, quia iſte non ſatis incaleſcat. Gummi laccae non ceram, ſed reſinam eſſe. Experiundum eſſe, num a cera vere differat oleum nuciſtae. (Differre vero conſtat, vt a ſeuo oleoue concreto cera, modo genuinum ſit. Saepe enim cera admixta corrumpitur). Cur roſae, enulae, ſambuci oleum ſtillatitium ſebaceae ſint conſiſtentiae aeque ambigit, atque cur ſemperuiui ſuccum cogant alcohol vini et lixiuioſa. Vltimo de forma remediorum vegetabilium aptiſſima ad efficaciam medicatam diſſerit Auctor, legesque ſancit vſu probatas, quibus praecipitur, quae ſint in ſucco recenti inſpiſſatoue, quae in infuſo vel decocto, conſerua vel puluere danda; et ex quibus aqua ſtillatitia, ſpiritus abſtractitius, tinctura et eſſentia vtiliter parentur.

XVI.

K. F. UDEN *über die Erziehung der Töchter des Mittelſtandes. Stendal* 1783. 8. 15 *Bogen.*

i. e.

De puellarum mediae conditionis educatione, auctore K. F. UDEN.

Plurima quidem noſtris temporibus de puerorum, perpauca vero de puellarum educatione conſcripta ſunt, quumque vtique multum interſit, vt ad bonas vtilesque rei publicae matres formandas

puellae

puellae vtili quodam ipſisque accommodato modo educentur, his pagellis Cl. Auctor partim de phyſica, partim et de morali educatione puellarum doctrinam complexus eſt.

Primum *de generatione* agitur. De frequentibus hodie mortibus ac de cauſſis in ſequiori ſexu generationem partim impedientibus, partim et ad aegram ſobolem progenerandam conferentibus. Vitam inprimis mollem, peruerſos mores, veſtimenta ſequiori potiſſimum ſexui noxia cet. accuſat.

De puella in lucem edita. Omnem puerperam, p. 22.
ſi vllo modo fieri poteſt, infantes ſuos lactare debere. Puellas inprimis, quum pueris iam in primis vitae ſuae diebus debiliores ſint, (?) nullo alio alimento, quam lacte, veſci debere. De carnis eſu puellis et eam ob cauſſam concedendo, quod pulchritudinem conciliet (?). De aquae potu, puellis maxime conueniente. Salem adeo puellis noxium eſſe. De vino, ſaccharo, quod contra BOERHAAVII mentem Noſter ſecundae valetudini valde infenſum eſſe putat.

De diſpoſitione ſexus ſequioris. Ad philoſo- p. 58.
phiam artesque liberales mulieres quidem non tali modo, quo viri, diſpoſitas eſſe, virtutis vero palmam iis merito tribuendam eſſe. De nubilibus puellis ab omni, quantum poſſibile eſt, cum aliis commercio arcendis! De his, quae aliarum puellarum educationi praeſunt, de puellis in diuino cultu inſtituendis, de aliis et inutilibus, quibus puellae inſtitui ſolent, cet.

XVII.

SEBALDI IVSTINI BRVGMANNS, A. L. M. Phil. Doct. Med. Cand. Acad. Reg. Scient. Diuionenſis ac Soc. Groning. pro excolendo Iure patrio Soc. Phyſ. Med. Hagen. a comm. litt. Diſſ. ad quaeſtionem ab ill. acad. reg. ſcient.

ſcient. Diuionenſi propoſitam: Quaenam ſunt plantae inutiles et venenatae, quae prata inficiunt, horumque imminuunt fertilitatem; quaenam porro ſunt media aptiſſima illis ſubſtituendi plantas ſalubres ac vtiles nutrimentum ſanum ac abundans pecori praebituras? praemio condecorata. Groningae apud P. Dockema, bibliopolam. MDCCLXXXIII. 8. pagg. 90.

Tradidit Cl. Auctor in diſſertatiuncula, cuius ſummam iam exponemus, libellum, quem anno 1781 ab academia Diuionenſi praemio condecoratum eſſe alio tempore monuimus; auxit vero eundem poſtea, variis et aliorum auctorum opinionibus, et propriis quibusdam obſeruationibus, quas, diſſertatione academiae iam tradita, demum inſtituerat. Meruit vero profecto hisce laboribus praemium, quod academia Ipſi conceſſit, neque noſtra indignus nobis videtur commendatione, cum ex omni rei tractatu appareat, eundem probum atque expertem eſſe agricolam, patriae ſuae procul dubio perquam proficuum. Superfluum vero foret, ſi virum praeconiis extollere vellemus; quem rerum
p. 1. ipſarum recenſione melius commendabimus.

Diſtribuit omnem tractatum in tria capita, quorum prius plantas pratorum inprimis inutiles tradit. In hac re exponenda ita verſatus eſt, vt primo vtilium inutiliumue plantarum notionem definiat, quarum illae pecoribus ſalutares, hae vero non ſolum armentis minus proficuae vel noxiae, verum quoque pratorum foecunditate inimicae conſpiciuntur. Dein foecunditatis pratorum ideam ſtabiliendam ſibi ſumſit, quam a copia plantarum ſalutarium in eadem terra vegetantium determinandam eſſe

eſſe ſuadet. Exiſtimat enim nullum reperiri terrae genus, quod non huic vel illi plantarum familiae alendae aptum reperiatur, adeoque ad vtilitatem plantarum, quas proferat, omnino reſpiciendum eſſe ſi de ſoli bonitate ſit ſermo. Affert vero, vt huius opinionis veritatem corroboret, varia plantarum in maxime ſterili arenoſoue ſolo naſcentium exempla, ex quibus probari poſſe Auctori noſtro videtur, cauſam nimiae illius ſterilitatis, quam deſertis Arabiae, et patriae noſtrae ericetis ſabuloſis obiiciunt, non tam in arenae ipſius alendi impotentia, quam in externarum quarundam cauſarum vegetationi contrariarum agendi vehementia eſſe quaerendam. Inter has turbonum prae caeteris mentionem fecit, per quorum vehementiam non ſolum ſuprema terrae ſtrata huc illucque continuo pellantur, verum quoque ſemina ipſa, ipſique radicum ſurculi circumiiciantur. Multum huic opinioni ineſſe veroſimilitudinis, quilibet Cl. Auctori facile concedet, qui eiusmodi regionum indolem vnquam eſt contemplatus. Reperiet enim colles aliaque loca accliuia, eo magis ſterileſcere, quo magis ventorum impetui expoſita conſpiciantur. Omnem vero huius ſterilitatis, de qua nunc ſermo eſt, cauſam, ab externis produci vegetationis obſtaculis, vel ea de cauſa nobis non videtur, quoniam haec ipſa ſententia opinioni, quam Cl. Auctor de foecunditate terrae ſenſim decreſcente nos docuit, contraria eſſe quadam ex parte videtur. Ratur enim fertilitatem agrorum, volatilibus in iisdem contentis particulis ſuam debere originem, quae ex putreſcentibus generentur corporibus, terramque ipſam his particulis tum per plantarum radiculas, tum per aëris caloriſque exterioris actionem orbatam, viliorem ſterilioremque ſenſim euadere, niſi pauperiei huic timendae ſtercoratione aliisque eandem propellentibus me-

 diis

diis obuiam eatur. Arbitratur quidem atmoſphe- rae ipſi partes ineſſe, quae, humum continuo hu- mectando, ſterilitati abſolutae contrariae ſint, eas ta- men ad fertilitatem terrae conſeruandam, prorſus non ſufficere, quilibet vel nobis non monentibus intelliget. Pereunt vero ſecundum Auctoris noſtri opinionem plantae nutrimento pecorum aptae, quando ſterilior pauperiorque euadit terra, quo- niam eaedem humum maxime pinguem requirant, iisque aliae minus ſalutares ſuccedunt, quarum et ſemina et radiculas tamdiu ſub terra latuiſſe exiſti- mat, quamdiu eadem ſucco nutritio et efficaciore et copioſiore ſcatuerat. Sicque exiſtimat Trifolio, Bellidi, Hedyſaro, Medicagini aliisque, quibus vul- go vtimur pabuli ſpeciebus, tandem Equiſeta, Vac- cinia, Ericas, Iberides aliasue inutiles plantarum fa- milias ſolo firmiore ſterioliore gaudentes, antea vero tranquille in terra latitantes poſſe ſuccedere. Varia vero ſunt, quae impediunt, quo minus huic Cl. BRVGMANS opinioni ſuffragium noſtrum ferre poſſimus. Primo enim inter omnes conſtat vege- tabilia terrae commiſſa, vel vegetationis ſigna pro- dere, vel perire prorſus atque deſtrui. Fluidorum enim quibus continuo humectantur abundantia, non poteſt non eadem et emollire, et ſoluere, qui- bus mutationibus et vita vegetabilis inchoatur, et putrida eorundem mors acceleratur. Deinde con- ſtat vix vllum, ne fertiliſſimum quidem reperiri pratum, in quo vtiles modo ita diſſeminatae cernan- tur plantarum familiae, vt inutilibus, vel noxiis, non commiſtae ſint. Facillima praeterea erit errandi occaſio, ſi prati cuiusdam incolas inueſtigare quis voluerit, cum vna alteraue plantarum ſpecies hinc inde per pratum diſperſa botanicorum vel perſpi- caciſſimorum oculos haud difficulter ſubterfugiat. Etiamſi itaque in eo cum Autore Noſtro conſen-

tiamus;

tiamus; quamlibet plantarum familiam ſua gaudere humi conditione, vtilesque in pingui laetius creſcere terra, inutiles contra ex ſterili incultoque vtplurimum propullulare ſolo; difficilius tamen nobis perſuadebit, ſegnia eſſe, neque tamen interitui obnoxia, plantarum ſemina, ſi terrae naturae ſuae non accommodatae fuerint mandata: quotidiana enim nos docuit experientia, putreſcere plantarum germina, quae humi minus conuenienti fuerint commiſſa. Cum vero negare non poſſimus, reperiri ſaepius plantarum genera in locis, in quibus antea non fuerint, probabile nobis eſt, earum ſemina per ventum aliasue cauſas occaſionales illuc delata, tam diu ab indigenis eiusdem regionis ſuffocari, quam diu hae, nutrimento apto non deficiente, iuſto copioſius creſcant. Generalioribus hisce notionibus exhibitis, herbas varias pabulares, earumque beſtiis exhibendi modum recenſet. Gramina ſeminibus minoribus caeteris omnibus praefert, quae trifolia ſequuntur. Medicago ſatiua in foeno exhibita membrorum rigiditatem (*Fourbure*) incitat, recens eandem tollit. Catalogum hunc excipit inutilium herbarum nomenclatura, in qua conficienda ſoli foecunditatis viriumque habere rationem ſtuduit. Satisfecit officio, quod ſibi propoſuerat, neque magni momenti ſunt, quae moneri forſitan poſſent.

Tranſeamus iam ad alteram libelli partem, in qua de plantis venenatis vberius egit. Spargunt eaedem odorem ſaporemue adeo ingratum atque nauſeoſum, vt a brutis non aegre dignoſci atque intactae relinqui poſſint. Diſpeſcuit vero omnium venenorum enarrandorum cenſum in duas claſſes, in venena acria nimirum atque narcotica. Inter priores Aconitum autorum nominaſſe liceat, quod HOFMANNI auctoritate fretus, acribus annumerat p. 33.

 veneniș.

venenis. Caltham paluſtrem, et boues necare, care, et hominibus veſicam in cute tollere aſſerit. Droſeras cutim arrodere, alibi legiſſe vix memini. Fungorum qualitatem nocendi cum aetate auctam, ab inſectulis deducit, quae, vti cuilibet conſtat, in iisdem, inprimis vetuſtioribus, copioſe reperiuntur. Intereunt ſi aceto immittuntur fungi, ſuaque privantur virulentia. Aget vberius de inſectulis hisce in ſingulari libello, cui titulus erit *de plantarum incolis.* Omnes ranunculorum ſpecies homini noxiae habentur, ſolo polyanthemo et repente excepto. Summa vero, quae his plantis cum R. acri et bulboſo eſt ſimilitudo, ſi vel maxime experimentis, cum iisdem coeptis, non meliora doceremur, huius aſſerti veritatem dubiam quadam ex parte redderet. Ficariae vero folia aceto confecta, vel carnium iuribus cocta a noſtris lubenter comeduntur. Fruſtra Ran. aruenſem, cuius acredinem KRAPFII experimenta detexerunt, quaeſiuimus.

Ad narcotica vmbellatae pertinent plantae, quarum agendi modum omnes nouimus. Chaerophylli temulenti, de cuius virulentia vel GMELINVS dubius erat, vires in ſemet ipſo tentatus, (quod in pluribus ab Auctore noſtro factum eſt) innoxias eſſe affirmatur. In Convallaria maiali e contra narcotici quid reſidere, ob cephalalgias, a florum effluuiis ortas, Auctori noſtro videtur. Expertae vero vires huius plantae variorumque eiusdem praeparatorum, inter quos acetum nominaſſe ſufficiat, cuius in tollenda cephalalgia frequens vſus eſt, aliarumue ſuaveolentium plantarum medicae facultates impediunt, quominus huic aſſerto ſubſcribere poſſimus. Omittimus, quae de aliis quibusdam ſuſpectis plantis docte monuit, negare tamen non poſſumus, iuſto pauciora nobis videre, quae de ſingulae plantae viribus

ribus protulit, variaque venenatarum plantarum genera nobis deeſſe videntur, quae primarium in catalogo hoc meruiſſent locum.

In tertio denique capite plantarum inutilium p. 59.
cum vtilibus commutationem exhibuit, ſiue quod idem eſt, remedia expoſuit, quorum ope ſterilitatis damna auerti et fugari poſſunt. Locutus eſt iure ſuo, de ſtercoratione, aratione et caeteris illis, quibus vulgo vtimur ad agros emendandos, remediis. Accurate de ſingula ſpecie egit, ſimiliterque monuit, quodnam laborum genus in quouis prato praeferri mereatur. Reliqua ſtercoris genera fere omnia, pecorum vrina antecellit, vti ab Auctore noſtro monetur. Sunt vero haec ita ſcripta vt ab quolibet legi mereantur.

XVIII.

Obſeruationum anatomicarum decadem primam ſiſtit D. GVILIELMVS FRIDERICVS CAPPEL, Sereniſſ. Brunouic. ac Luneburg. Duci ab aulae conſil. med. atque anat. in acad. Helmſtad. Prof. publ. ord. Helmſtadii 1783. 4. 3. plagg.

Rariores quasdam obſeruationes anatomicas hoc opuſculum continet, quas excerpere lubet.

In vetulae a frigoris nimia vi extinctae cadauere inſignis humorum in internis pectoris et abdominis partibus congeſtio obſeruata eſt. Ileum inteſtinum fere perforauerat lumbricus, qui ad eiusdem tunicam tam firmiter adhaerebat, vt diuelli deberet. His vnicus tantum lumbricus aderat. In cerebro nil a naturali ſtatu alieni obſeruatum eſt.

In pueri cadauere febre, vt ferebatur, catarrhali p. 7.
demortui, altero poſt mortem die, abdominis externa facies viridis, in abdomine fluidum rubellum, he-

par permagnum, vt ventriculum penitus abſconderet, inuenta ſunt. — Aquam coctam et refrigeratam epotam vermium ouula necare hac occaſione Cl. vir aſſerit.

In infanticidae cadauere ſitus inteſtinorum a naturali ſtatu paululum alienus iuuentus eſt. Eum ab omento reflexo ſurſumque (forte ab vtero grauido) preſſo Cl. vir deriuat.

In meretricula tres poſt partum ſeptimanas mortua ex tubulorum lactiferorum extremitatibus via lac in venas reuehens erat conſpicua. Pericardium cordi firmiter adnatum inuentum eſt, nullusque inter cor et pericardium humor. In hoc praeternaturali ſtatu a Cl. viro epilepſiae, qua ſaepe haec femina correpta eſt, cauſſa ponitur.

p. 11. In femina conceptionem nunquam paſſa vterus anguſtus ac contractus, orificium eius internum planum ac penitus rotundum, nec in lateribus tumidum, mucilagine albo clauſum et anguſtiſſimum repertum eſt. In thorace cor et vena caua polypis referta inuenta ſunt. In ramis horum vaſorum continuabatur polypus continuus ac penitus membranaceus. Denſas huius polypi fibras aqua tepida non reſoluit. In durae matris quatuor ſinubus magnis polypi pariter obſeruati ſunt, ita vt mirum Cl. Auctori videatur, quomodo haec femina, tam vehementer impedito ſanguinis circuitu viuere.

In viri cadauere, qui iam ex longo tempore inſigniter contabuerat, abſque obſtructionis in quodam viſcere aut laeſionis in pulmonibus ſignis, tuſſi tamen per annum ante obitum et copioſa ſaliuae excretione praeſente, tandemque lenta febre necati, pinguedinis omnis perfecta colliquatio, omentum cum inteſtino colo arctiſſime cohaerens, glandulae meſenterii valde obſtructae, lymphatica vaſa lacte valde turgida, colon transuerſum valde anguſtum, et

in

in anguſtis locis inflammatum, pancreas durum, hepar ſanum, ventriculus valde contractus, ſcirrhoſus, quem ſtatum Cl. vir cortici Peruuiano nimis copioſe aſſumto adſcribit, inuenta ſunt. Pectus anguſtiſſimum fuit et pulmones compreſſit. Pulmones vomicis obſiti lapideam duritiem habuerunt. Humorum tanta acrimonia fuit, vt digiti leuis ab oſſiculo laeſio poſt anni demum ſpatium coaluerit.

Omentum ſurſum retractum ac reuolutum in alio cadauere inuenit. Huic ſtatui, quum omentum multum ad frigus ab inteſtinis arcendum conferat, ac partibus ſuis ea, quae tegit, lubricet, anſam colicorum dolorum difficilisque digeſtionis adſcribit.

In alio cadauere hepar ſanum alias decem, et hic liuidum colorem habens quinque librarum pondus habuit. In renibus ſanguinis grumi et nigredo obſeruata eſt. Veſica vrinaria inflammata et tumida fuit. Lobus pulmonum ſiniſter inſolitae magnitudinis ad ſeptem libras aſcendit. Aeger cruento mictu extinctus perierat. p. 19.

In puella 17 menſium ex hydrocephalo epilepſiaque eum excipiente demortua caput in ambitu vlnam fere aequauit, hiatus rhomboideus latitudinem quatuor digitorum habuit, os frontis vſque ad naſi radicem diuiſum fuit, nulla tamen aqua ſub cute deprehendi potuit, nec caput vllo in loco tumuit. Remota dura matre cerebri lobi valde extenſi et ſubſtantia externa tenuis reperta eſt. Diductis cerebri hemiſphaeriis, calloſum corpus in duram atque calloſam membranam mutatum inuentum eſt, inciſaque haec membrana nihil ſubſtantiae mollis continuit. Septum lucidum valde craſſum. Ex lobis cerebri tenuiſſimis inciſis aqua alba, pellucida, ſalſa effluxit ponderis librae vnius. Plexus choroideus pallidus, neruorum opticorum thalami vix conſpicui. Nerui cerebri quidam pallidi, quidam autem

 admo-

admodum firmi fuerunt. Optici nerui, vbi coeunt, denſum corpus formarunt, ita vt ex iis conſpici poſſet, quod tunica alba, fortis et firma, quae cerebrum intus degebat ac ventriculos, medulla condenſata fuerit. A ſubſtantia cerebri corticali haec tunica ſeparari potuit. Cerebellum et medulla ſpinalis ſana fuerunt. In ouariis hydrops.

XIX.

Der Arzt und der Afterarzt, zur Belehrung und Warnung fürs Publicum von I. B. *Stendal*, 1783. 4 *Bogen*, 8.

i. e.

Medicus et Pſeudomedicus.

Agit Cl. BÜCKING, auctor huius libelli, de cauſſis, quare homines et non infimae ſortis ad agyrtas confugiant. De corporis humani ſtructura, functionibus, et functionum laeſione, morbos efficiente; de varia pro cauſſarum varietate medendi morbis methodo, de adminiculis variis, quibus ad morborum cognitionem certam medicus peruenire poteſt. Quae omnia quum aſſiduum ſtudium requirant, non poſſe fieri, vt homines, qui ſingulari ſtudio medicinae non incubuerunt, morbos tuto ſanare poſſint. Lectu dignus liber eſt.

XX.

Wie ſoll ein Wundarzt ſich geſchickt bilden? Beantwortet von I. B. *Stendal* 1783, 8. 2 ½ *Bogen*.

i. e.

De chirurgo apte inſtruendo.

Optandum eſſe, ait Cl. BÜCKING, vt iuuenes in ſcholis gymnaſiisque et artificiorum, opificiorum, commercii, agriculturae, cet. notitiam quandam acquirant, hominesque, priusquam chirurgiam diſcant,

diſcant, diligenter ſe ipſos examinare debere, num partim ingenio praediti ſint, partim autem artis ſuae aerumnas ferre poſſint. De libris chirurgicis legendis. De anatomica ceterisque ſcientiis medicis chirurgis neceſſariis.

XXI.

BERNHARDI SIEGFRIED ALBINI, anatomes et chirurgiae in Academia quae Leidae eſt Profeſſoris, hiſtoria muſculorum hominis cum VIII. figuris. Editio altera, notis aucta. Francofurti et Lipſiae, ſumtibus Tob. Goebhardt, bibliopolae Vniuerſitatis Bambergenſ. 1784. 4. 604. pagg. ſine indice muſculorum, partium, ad quas muſculi pertinent, memorabil. praeter muſculos.

Edidit, vt ſatis inter omnes conſtat, ALBINVS V. Cl. *hiſtoriam muſculorum hominis* L. B. apud Theod. Haak et Henr. Mulhouium 1734 opus ſuo in genere omnibus numeris abſolutum et fere vnicum, quo carere anatomicus nullo modo poteſt. Sed rara eſt haec editio prima in Germania, hinc peropportune venit haec editio recens, accuratiſſime caſtigata notulisque illuſtrata, cui ſuperacceſſit ſuo loco mentio *Tabularum ſceleti et muſculorum corporis humani* L. B. 1747. et libelli ſplendidi, *Cours complet de l'Anatomie par Mr.* GAUTIER D'AGOTY *et* JADELOT, *à Nancy* 1773. inde a Lib. II. in quo auctor de muſculorum ſitu differit. Praeter haec vt editor accuratam operarum curam habuit, ita bibliopola chartae nitidae et literarum acutarum, in ſumma cultus externi.

XXII.

Noua phyſico - medica.

Societas ſcientiarum regia *Gottingenſis* in conſeſſu, d. 24. Iulii MDCCLXXXIV. habito, praeter alias oeconomicas quaeſtiones, hanc phyſici argumenti propoſuit:

Ex legibus, quibus denſitas aëris et mercurii a calore regitur, praecepta condere et demonſtrare, altitudinibus barometro menſurandis idonea.

Commentarii, legibus cognitis, ante nouembrem huius anni 1785. mittantur ad Ill. HEYNE, ſocietati a litteris.

Quaeſtio phyſica ab Academia Theodoro Palatina, *Manheimii* congregata, in annum 1785 ſequens eſt propoſita:

Ex forma montis externa, ex lapidum praecipue et ſaxorum, quibus is conſtat, genere, num venas vel ſtrata metallifera eundem continere dignoſci poteſt? Quaenam ſaxorum ſpecies vnam prae altera metalli mineram ſperare ſinit, quae nullam? Ex eo, quo ſaxa haec in viſceribus montis diſpoſita ſunt, modo, daturne indicium quoque minerarum?

Tractatus, experimentis et obſeruationibus confirmati, in quibus etiam ea, quae in libris mineralogicis, et a variis peregrinatoribus propoſita ſunt, comparata et commemorata ſint, mittantur ante Auguſti calendas, legibus et methodo conſuetis, ad Ill. LAMEY, Conſil. aul. et Academiae Secretarium. Praemium, optimo commentario tribuendum, eſt moneta aurea, quinquaginta numorum aureorum pretio.

In Academiae ſcientiarum, artium et bonarum litterarum *Diuionenſis* conſeſſu publico, die ſecundo Auguſti, 1784, habito, praeter alia, alias diſciplinas

plinas ſpectantia, Cl. DE MORVEAU legit tractatum, de remediis ſubſtituendi lapidi calcareo ſicco (*maigre*), qui ad formationem mortarii adeo neceſſarius eſt et qui adeo raro inuenitur, mixturam lapidis calcarei pinguis cum magneſio. Detexit enim hoc foſſile in calcareo ſicco BERGMANNI, quo Cl. DE MORVEAU hanc commixtionem tentauit, eiusque vtilitatem tentaminibus probauit. Deinde analyſin aquarum mineralium, iuxta Chatillon, non procul a Bellay inuentarum inſtituit, quae aquis ſpadanis natura et vi aequales, imo praecellentiores ſunt. Denique produxit fruſta Baſaltina, ex monte quondam igniuomo Dreuinenſi, quae magneti in eo ſimilia erant, quod duos diſtinctos polos haberent, quod tentamine cum ferro magnetico inſtituto coram ſocietate confirmauit. Ex eodem Baſalte vitrum fudit nigrum, duarum horarum ſpatio. Deinde Cl. CHAUSSIER nouam indicauit methodum, qua chryſalides *phalaenae mori* in folliculis interimi poſſent, ita vt ſericum non laedatur. Tractatus Cl[i] DAVBENTONI lanae perfectionem in Burgundia ſpectabat.

Academia humaniorum litterarum ſcientiarum et artium *Burdegalienſis* praemium duplum diſtribuit commentario optimo quaeſtionem de conſervatione Zeae Maydis reſoluenti deſtinatum, cuius Auctor erat Cl. PARMENTIER. Continet eius tractatus analyſin Zeae et methodum ex ea panem conficiendi.

Cum ad quaeſtionem *de lecti minctione* nemo accurate ſatis reſponderit, eandem miſſam fecit.

Iam in annum 1786 hanc quaeſtionem propoſuit: Eſtne inter vegetabilia et mineralia analogia quaedam ſenſibilis, atque talis, vt ex ſola plantarum, quae ſponte ſolo cuidam innaſcuntur, inſpectione, natura terrae, atque ſpecies minerarum in

terra

terra abditarum cognoſci queat. (*Exiſte-t-il entre les végétaux et les mineraux, une analogie ſenſible, et telle que par l'inſpection ſeule des plantes, qui croiſſent naturellement dans un terrain on puiſſe reconnoître, ſoit la qualité des terres, ſoit les eſpeces de mineraux qu'il peut renfermer?*)

Academia, etſi theoreticas tractationes non contemnit, optat tamen praecipue factis et obſervationibus probatam tractationem, terminis botanicis *Linneanis* et *Tournefortianis*, in mineralogicis autem WALLERIO et CRONSTEDTIO conſuetis conſcriptam.

Commentarii mittantur ante calendas Aprilis ad Clum DE LAMONTAIGNE, Conſiliarium Conſilii ſupremi prouincialis, qui Academiae ſemper eſt a ſecretis.

Societas regia oeconomica *Lugdunenſis* in conſeſſu, die 11 Iunii, 1784. praemium quaeſtioni de optima conſtructione furni piſtorii, quo lithanthraces comburi poſſint, deſtinatum, tribuit Clo LA NOIX, demonſtratori chemiae, qui cum ſocio quodam ſuo, optimum furnum conſtruxit, et duodecim requiſita tentamina coram ſocietate inſtituit. Cl. TIERENS et BARTENSCHLAG praemia acceſſoria obtinuerunt. Itidem Cl. Abbas BRUN tentamina lithanthracibus in furnis piſtoriis vtendi inſtituit, cum optimo ſucceſſu, quae omni laude ornauit ſocietas.

Quaeſtionem, quam eadem ſocietas de maceratione cannabis propoſuit, in annum 1785 prolongauit. Eſt autem quaeſtio, cuius ſolutio phyſices et chemiae cognitionem poſtulat, digna, quae a nobis repetatur: Quaenam eſt vera theoria macerationis cannabis? Quo modo eius exercitium magis perfectum fit, ſiue illa in aqua, ſiue in aëre fiat? Quonam in caſu haec illi eſt praeferenda?

Qua-

Quanam methodo odor ingratus, atque effecta nociua macerationis in aqua caueri poſſunt? (*Quelle eſt la vraie theorie du Rouiſſage du chanvre? Quels ſont les meilleurs moyens d'en perfectionner la pratique, ſoit que l'operation ſe faſſe dans l'eau ou en plein air? Quels ſont les cas, ou l'une de ces operations eſt préférable à l'autre? Y auroit-il quelque maniere de prévenir l'odeur deſagréable et les effets nuiſibles du Rouiſſage dans l'eau?*)

Commentarii mittantur ad Cl^um^ Abbatem DE VITRY, ſolutis vectigalibus ante calendas Martii, anni 1785.

Cognita ſunt Cl^i^ LAVOISIER experimenta, decompoſitionem aquae eiusque in aërem conuerſionem ſpectantia: iam vero idem celeberrimus chemicus ſpiritus vini combuſti phaenomena declarauit, inuenitque, ſpiritum vini, hanc adeo penetrantem, euaporabilem, et inebriantem ſubſtantiam combuſtione in aquam puriſſimam conuerti. Suppeditauit eidem Cl^us^ MEUNIER, academiae Pariſinae ſocius, apparatum ſimpliciſſimum, quo ſpiritum vini omnem non ſolum in aquam conuertit, ſed etiam maiorem aquae copiam inde obtinuit, id eſt, ex libra ſpiritus vini, ſedecim vnciarum, obtinuit combuſtione octodecim vncias aquae puriſſimae. Aucta haec maſſa aquae deducenda eſt ex decompoſitione aëris, quo ad combuſtionem ſpiritus vini vtebatur Cl. LAVOISIER. Ipſa haec experimenta, quibus theoria Cl^i^ Auctoris abunde confirmatur, inſtituit coram academia, die 4to Septembris, 1784.

Societas *Taurinenſis* elapſo menſe Iulio datis litteris honorificentiſſimis ab Auguſto Rege in Academiam

demiam ſcientiarum euecta eſt. Haec Academia ſocios nationales habet quadraginta, exteros viginti; correſpondentium numerus definitus non eſt. Academia hoc ſibi inprimis propoſuit, vt phyſicam et mathematicam diſciplinam magis excolat, et perficiat. Dignitates Academicae quinque ſunt: Praeſes eſt Clariſſimus atque Illuſtriſſimus Comes SALUZZE; Praeſes vicarius Comes MOROZZ. Secretarius eſt Abbas VALPERGA DI CALUSO. Theſaurarius Cl. CAROL. ALLIONI, et Cl. BOCCARDI, typographiae et expeditionum director. Vicepraeſidis dignitas per annos tres durat: aliae dignitates perpetuae ſunt. Sociorum electiones Academiae ſuffragiis fiunt, factae vero ab auguſto rege comprobandae. Cl^{is} viris EVLERO, D' ALEMBERT, et SPIELMANN defunctis, ſuffecti ſunt Cll^{i} D. LEXELL, Cl. SCOPOLI, et Cl. DE LAMMANON ex Salon in Galloprouincia.

Lugduni Batauorum Cl. NICOLAVS PARADYS, qui hactenus Amſtelodami praxin medicam exercebat, Profeſſor ordinarius medicinae factus eſt.

Cl. SOEMMERING a *Caſſellis* in academia Moguntina Profeſſoris anatomiae et phyſiologiae munus accepit.

Cl. CAROLVS PETRVS THVNBERG, in locum LINNEI fil. ſucceſſit, et Profeſſione botanica in vniuerſitate *Vpſalienſi* fungitur.

In eadem academia D. IOH. ACREL, magni Chirurgi Sueci, eiusdem nominis ex fratre nepos, hactenus ibidem Medicinae adiunctus, Medicinae Profeſſor extraordinarius denominatus eſt.

Mortui

Mortui ſunt:

Burbonii ad Balnea (*Bourbonne aux Bains*) d. 2. Aug. 1784. Cl. PRIGNON, ordinis regii eques, familiaris per litteras Academiarum ſcientiarum et litterarum elegantiorum Pariſinae, Diuionenſis, et Catalaunenſis. In rem phyſicam vniuerſam bene meritus eſt et in annalibus ſcientiarum egregiae commentationes ipſius exſtant, de cryſtalliſatione metallorum, de anchoris marinis ita elaborandis, vt perfectae ſint atque omnibus numeris abſolutae, de cuniculis ignis vi diſplodendis, de ignis et aquae reciproca actione, de cementatione, de noua tormentorum bellicorum fabrica, de ferro et chalybe.

Pariſiis d. 10. Aug. 1784. Cl. V. ANTOINE DESTREMAU, regiae Academiae chirurgicae ſocius, et medicus obſtetricius Comitis Arteſiae. Per aliquod tempus cum laude chirurgiam in noſocomio ad Deum dicto exercuit, receptus autem a Collegio regio arti obſtetriciae ſuam dicauit operam. Scripta eius artem medendi concernentia plurima leguntur in diariis litterariis medicorum.

Circa menſis Auguſti medium *Pariſiis*, IOH. FRANC. CLEMENS MORAND, Eques, Doctor regens, Profeſſor anatomiae et artis obſtetriciae in ſcholis a facultate pro obſtetricibus apertis, ſtipendiarius academiae regiae ſcientiarum, medicus adiunctus noſocomii militaris inualidorum, archiater STANISLAI regis Poloniae, ſocius academiarum Holmiae, Florentiae, Madriti, Londini, Rothomagi, Lugduni, Aſſeſſor honorarius collegii medicorum Leodienſium et medicorum Nanceianorum, medicus caſtrenſis Normannorum, primogenitus celeberrimi chirurgi MORANDI filius. Natus eſt Pariſiis d. 28. Aug. 1726. Plus quam triginta ſcriptis plurima capita artis ſalutaris, phyſicae et naturalis hiſtoriae concernentibus inclaruit, inter quae emi-

nent, de oſſibus in vniuerſum emollitis, de morbo quodam prodigioſo puellae cuiuſdam ex veſica et ore calculos reiicientis, de quamplurimis aquis mineralibus Lotharingiae et Comitatus Franciae etc.

Sub finem menſis Auguſti *Pariſiis* LAVRENTIVS GARNIER, Archiater regius, et Conſiliarius aulicus, Medicinae Doctor, Decanus et Profeſſor collegii Lugdunenſis, medicus ſenior noſocomii a Deo dicti, et ſocius honorarius academiae ſcientiarum Pariſinae. Plurima eius ſcripta inſerta ſunt diario medico, et collectioni commentariorum academiae Lugdunenſis. Edidit quoque librum patris, *les formules de medecine du College de Lyon*, ac praeterea ſcripſit *ſur les maladies venteuſes, l'hidropiſie et les diabetes*.

Calendis Septembris 1784 *Nemauſi* mortuus eſt Celeberrimus IOANNES FRANCISCVS SEGUIER, Academiae ſcientiarum a ſecretis, Auctor Bibliothecae botanicae, et deſcriptionis plantarum Veronenſium meritiſſimus. Collectionem naturalium, atque librorum, antiquitatumque Academiae Nemauſinae dono dedit.

Menſe Septembri anni 1784, *Rothomagi*, Cl. DAVID, Chirurgus primarius in noſocomio deo dicato, annos quadraginta circiter natus.

Die 9. Octobris 1784. Ill. DETHARDING, Conſiliarius aulicus, Medicinae Doct. et Prof. publ. ordinarius *Bützowii*. Natus erat anno 1699, Roſtochii. In eius locum ſucceſſit Cl. B. C. GRAUMANN.

Die 11. Octobris, 1784. D. IO. FRID. LOBSTEIN, Profeſſor anatomiae celeberrimus, *Argentorati*, anno aetatis quadrageſimo nono.

Nuper *Pariſiis* defunctus eſt V. Cl. BOSC D'ANTIC, Med Doctor et regis Francogalliae archiater, Societati regiae ſcientiarum Pariſinae, Academiae

Diuio-

Diuionenſi, Claraemontanae, Ferrandinae, Turinenſi, et Academiae artium Londinenſi litterarum commercio iunctus, inprimis chemiae ſuum dicauit ſtudium, atque ſcriptis inclaruit, quorſum pertinent commentationes binae lectae anno 1758. coram academia regia ſcientiarum, quarum altera, de cauſis bullarum in vitro inuentarum, altera de bullis in metallis ſaepiſſime ſub fuſione et poſt illam obſeruatis, agit; ambae autem praemio ſunt ornatae; porro de cineribus clauellatis, de vitro tabulato conficiendo, de modo cineres clauellatos Francogallis procurandi, ne ab exteris eos acceſſere cogantur, de remediis omnes artes manuarias perficiendi, de ſignis externis, quorum ope ferrum aliaque metalla in claſſes ſunt redigenda, de acido animali et aëre inflammabili. Maxima ſcriptorum eius pars iunctim edita eſt Pariſiis, 1780.

Sub prelo ſudat iam dudum promiſſa *Flora Pedemontana* Cl[i] CAROLI ALLIONI, cuius impreſſio proxime abſolutam fore accepimus; liber hic duobus voluminibus in folio continebit ſtirpes pedemontii indigenas, quae quidem numeroſae ſunt, adeo vt nulla, cryptogamiis exceptis, aequalis et adeo numeroſa flora euulgata videatur: Tabulas habet nonaginta in folio, quibus nouae et rariores ſtirpes repraeſentantur; aliquid noui habet ſyſtema. Characteres generum ſumma perſpicuitate et praeciſione excuſſos eſſe accepimus. Adiecit Auctor virtutes ex practica, vt aiunt, obſeruatione, cautelas, atque circumſtantias earum adhibendarum definiens.

Idem Cl. ALLIONI etiam plurimum temporis impendit conſcribendo libello de pulſu in genere, atque primum de pulſu febrili. Videtur ſibi Cl. Auctor accuratius, atque diſtinctius pulſuum differentias, characteres, atque eorundem ſignificationes determinaſſe, plurimaque noua in hac re detexiſſe, qui-

qus charaſteres pulſuum, qui ad peculiares morbos, aut criſes pertinent, clarius atque euidentius traduntur.

Cl. FRANCISCVS XAVERIVS BURTIN, Medicus, et CAROLI Ducis Lotharingiae archiater, pluriumque academiarum ſocius, prodire parat librum: *Oryctographie de Bruxelles, ou deſcription des foſſiles tant naturels, qu' accidentels, decouverts juſqu' à ce jour dans les environs de cette ville*, in fol. cum fig. aeneis XXXII. viuis coloribus pictis. Congeſſit in eodem obſeruationes per octodecim annos inſtitutas, in itineribus hunc in finem ſuſceptis confectas, vt inde de vtilitate eius ad omnem phyſicam ſcientiam multa bona ſperare liceat. Cui placet ſubſcriptio commendatur 48 librarum gallicarum, 6 libris in anteceſſum ſolutis, reliquis, cum liber prodierit, cui accipiendae ſeſe obtulerunt Cl. IACOBS, Profeſſor chirurgiae Gandenſis, ANDRÉ COLINS, officinae pharmaceuticae magiſter Anuerſenſis, LOYERS, librarius Traiectinus ad Moſam, MATTHIEU, librarius Nanceianus, multique alii.

Cl. BACHER, Fac. med. Pariſinae Doct. regens, qui *Diarium medico chirurgico pharmaceuticum* continuat, quod ſub titulo *Journal de Médecine* etc. Pariſiis prodiens quinquaginta et octo volumina continet, et cuius epitomas ſubinde tradidimus, conſilium de noua editione huius diarii curanda cepit, ita quidem, vt ſubſcribentibus ille vtiliſſimus liber pretio leui ad manus perueniat. Ordo ſeruabitur hic, vt haec poſterior editio priorem in omnibus et adeo paginarum numero aequet. Pro quindecim voluminibus viginti et quatuor librae gallicae ſubſcribuntur, et quilibet anno 1785 omnes collectiones huius libri accipiet, hoc ſiquidem vltima quindecim volumina prodibunt. Duodecim librae pro anno 83 et totidem pro 84 ſubſcribuntur. Anno

1784

1784 menſe Iulio ad illud diarium eo commodius vtiliusque reddendum tabula generalis prodiit, qua vno obtutu, quae in omnibus continentur voluminibus, perſpicere licet.

XXI.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico medicorum, quae anno 1779 prodierunt.

Beſtimmung der Beſtandtheile einiger Edelſteine, von F. C. ACHARD, *mit Kupfern, Berlin.* 8. (In ſupplementis eius epitomen tradamus).

Practical obſervations upon amputation and the aftertreatment, by EDW. ALANSON. Rivington. 8.

The natural hiſtory of Engliſh Song-birds etc. by ELEAZAR ALBIN. London, 8. (*Non vidimus, quantumuis operam dederimus*).

ALBVCASIS de chirurgia. Arabice et latine. Cura IO. CHANNING, To. I. II. Oxford. 4. (*inutilis libri ſat cogniti editio*).

Inſtruccion curativa y perſecutiva de dolores de coſtado y pulmonias; por Don JUAN AQNAR. En Madrid. 4. (*Sat cognita repetit*).

An inquiry into the cauſes, that have hitherto retarded the advancement of agriculture in Europe; with hints for removing the circumſtances that have chiefly obſtructed its progreſs, by JAMES ANDERSON. Edinburgh and London. 4.

Obſervations on the Theory ad Cure of the Venereal Diſeaſes. By JOHN ANDREE. Lond. 8.

D'ARCET *Abhandlung über die pyrenäiſchen Gebirge, und über die Urſache ihrer abnehmenden Höhe, aus dem Franzöſiſchen. Berlin.* 8. (dabimus de eo cenſuram in ſupplementis).

Abhandlung über die Krankheiten der Pflanzen, ihre Kenntnis und Heilung, aus dem Lateiniſchen, von

IOHANN *Grafen von* AUERSPERG. *Augſpurg.* 8. (compilatus, nec obſeruationibus fundatus liber).

De' Terremoti dell' anno 1779 opuſcoli di P. AVGVSTI, in Bologna. 8. (*Pſeudonymus* CIMALLE HURGEO *et auctor huius libri vnus idemque, et quidem continet liber hic adductus additiones ad Epiſtolas tres, quas laudatus* HURGEO *de Terraemotu Bononienſi prius ediderat*).

E. G. BALDINGERS *neues Magazin für Aerzte. Erſter Band, zweyten Bandes erſtes Stück. Leipzig.* 8.

Sylloge ſelectiorum opuſculorum argumenti medico-practici, collegit et auxit E. G. BALDINGER. Voll. 4. Gottingae. 8. (*proxime eius rationem dabimus.*)

L'art de guérir les Hernies ou Deſcentes. Par Mr. BALIN, ſeconde edition, à Paris. 12.

Saggi fiſici di GIROLAMO BARBARIGO. in Padova. 8.

FRANC. BARETTAE diſſ. de miliaris natura, differentiis et curatione. Mediolan. 8.

I. E. BAUDELOUQUE *Anfangsgründe der Geburtshülfe. Aus dem Franzöſiſchen von* C. F. CAEMMERER *überſezt. Tübingen.* 8.

Fundamenta geographiae et hydrographiae ſubterraneae ad naturae ductum poſita, a I. G. BAVMER, Gieſſae. 8. (*mediocris liber*).

I. F. A. BECKER experimenta circa mutationem colorum quorundam vegetabilium a corporibus ſalinis cum corollariis. Gotting. 4. (*docta diatribe, lectuque digna*).

IOH. BECKMANNS *Beyträge zur Oekonomie, Technologie, Policey und Cameralwiſſenſchaft, 1ter, 2ter Theil, Göttingen.* 8.

EIVSD. *ökonomiſch-phyſikaliſche Bibliothek, 9ten Bandes 4tes – 6tes und 10ten Band. 1 – 3tes Stück. Ebend.* 8.

IO. BECKMANNS *Grundriß zu Vorleſungen über die Naturlehre. Ebend.* 8.

Traité général des ſubſtances & des grains, qui ſervent à la nourriture de l'homme &c. contenant les principes ſur la connoiſſance & l'achat des grains; leurs qualités, culture et uſages; leurs maladies; leurs conſeruation; l'hiſtoire des gréniers d'abondance &c. Le commerce et la legislation des grains &c. Le méchaniſme et la conſtruction des diverſes ſortes de moulins à eau ou à vent; la nouvelle méthode de moudre les grains par économie, ſes avantages comparés &c. L'analyſe du corps farineux et des vegétaux qui le fourniſſent; la conſervation et le commerce des farines économiques &c. avec un grand nombre de planches: dédié au Roi par Mr. BEGUILLET, à Paris, 2 Voll. in 4. vel alia editio in 8. ſix volumes. (*multa verba, praetereaque nihil*).

I. F. BEHRENS diſſ. de dulcium natura et viribus. Gotting. 4. (*compilata*).

Von Geſchwüren und Geſchwülſten. Aus dem Engl. des Herrn BELL *überſezt. Leipzig.* 8.

A Diſſertation on the teath and gums and the ſeveral diſorders to which they are liable &c. By W. BENNET. Lond. 12.

TORB. BERGMAN commentatio de tubo ferruminatorio, eiusdemque vſu in explorandis corporibus, praeſertim mineralibus. Vindob. 4. (*repetita eſt haec lectu digniſſima diſſertatio in opuſculis*).

EIVSD. opuſcula phyſica et chemica, pleraque antea ſeorſum edita, iam ab auctore collecta, reuiſa et aucta, Vol. I. Holmiae 8. (de his vna cum Vol. II. et III. proxime referemus).

EIVSD. diſſert. de analyſi aquarum frigidarum. ibid. 4. (*repetita eſt in opuſculis*).

TORB. BERGMAN diſſ. de primordiis chemiae. ibid. 8. (*inuenitur et in opuſculis*).

Anledning til Föreleſningar öfver Chemiens beſkaffenhet och nytta ſamt naturliga kroppars almännaſte ſkiljakticheter af TORB. BERGMAN. Stokholm, Upſala, Abo. 8.

I. A. B. BERGSTRAESSERS *Nomenklatur der Inſekten, 1ſter und 2ter Jahrgang.* (vid. comm. noſtr. Vol XXIV. p. 403.)

EIVSD. *Naturgeſchichte der europäiſchen Schmetterlinge, 1ſte Lieferung, mit 34 erleuchteten Kupfertafeln. Ebend.* 8. (eſt pars prioris libri.)

EIVSD. Icones papilionum diurnorum quotquot adhuc in Europa occurrunt deſcriptae ad Linneorum et Fabriciorum ſyſtemata, tum illuſtranda, tum amplificanda. Decuria I. ibid. 4. (*Idem cum priori libro, mutato titulo.*)

Natuurlyke Hiſtorie van Holland. Door I. LE FRANCQ VAN BERKHEY. Vierde Deels Eerſte Stuk Meed noodige Afbeeldingen, te Amſterdam. 8. (*Vaſtiſſimo ſermone pauca notatu digna continet.*)

BERKHEY'S *Naturgeſchichte von Holland, 1ſter Band, mit K. Leipzig.* 8. (Incongrua inutilis libri verſio.)

Penſieri intorno a vari ſoggetti di medicina fiſica e chirurgica &c. del Sign. FRANCESCO VACCA BERLINGHIERI, in Lucca. 8.

I. I. BIÖRNSTÄHLS *Briefe auf ſeinen ausländiſchen Reiſen an den königl. Bibliothekar* GJÖRWELL *in Stockholm. Aus dem Schwediſchen überſezt von* I. E. GROSKURD. *Dritten Bandes erſtes Heft. Leipzig und Roſtock.* 8. (Pauca, quae noſtra referunt, habet.)

Conſiderations on the Efficacy of Electricity in removing female obſtructions; to which are annexed Caſes and Remarks. By JOHN BIRCH, Lond. 8.

CARL

CARL BISSETS *Verſuch über die mediciniſche Conſtitution von Grosbritannien, nebſt Bemerkungen über das Wetter und Krankheiten, welche ſich vom Anfange des Jahres 1759 bis zur Mitte des Jahres 1760 geäuſsert haben, und einer Nachricht von der Halskrankheit und Frieſelfieber, die in dem Herzogthum Cleveland im Jahr 1760 epidemiſch waren, wie auch Bemerkungen über die Wirkungen einiger Wurmmittel, beſonders des groſsen unächten ſchwarzen Helleborus oder Bärenklau. Aus dem Engl. überſezt von* I. W. MOELLER, *Warſchau.* 8.

I. F. BLUMENBACHS *Handbuch der Naturgeſchichte, m. K. Götting.* 8. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 112.)

EIVSD. Prolufio anatom. de ſinubus frontalibus. ibid. 4.

BOEHMER de ſecura hydropem curandi ratione. Gött. 4.

I. F. BOLTENS *ausführlich beſchriebene Krankengeſchichte der Jungfer Mariane Brandau, Hamburg.* 4.

Collection complete des oeuvres de CHARLES BONNET, à Neufchatel. 8. Tome I – III.

Entwurf einer Anweiſung zur Landbaukunſt nach ökonomiſchen Grundſätzen, von G. H. BORHEK, *1ſter Band, Götting.* 8.

Abriſs einer Naturgeſchichte des Elementarreichs, von G. H. BOROWSKY, *Mannheim und Berlin.* 8. (Novo titulo cognita ſatis varia collegit Auctor.)

J. I. VAN DEN BOSCH conſtitutiones epidemicae verminoſae, quae annis 1760 – 63 per inſulam Overflacque et contiguam Gooedereede graſſata fuit, cum perpetuis fere commentariis in praecipuos verminantium morbos ac locupletiſſimo capitum et ſectionum indice. Editio noua curante I. C. G. ACKERMANN. Norimbergae. 8 mai.

Genaue Beſchreibung der von dem Hrn. BÜLOW *zuerſt verſuchten und nachher in den Aemtern Bützow*

und Rähn mit dem beſten Erfolg angewandten Inoculation der Rindviehſeuche. Bützow und Wismar. 8.

E. G. BOSE de iudicio ſuffocati in partes foetus in foro adhibendo. Lipſ. 4.

Diſſ. de diuerticulis inteſtinorum. Praeſ. E. G. BOSE. Reſp. *Trautner*, Lipſ. 4.

Lettre de Mr. BOSQUILLON ſur la nouvelle edition in 12, petit format, des aphoriſmes d'HIPPOCRATE, à Paris. 12.

I. PH. BREIDENSTEINS *Naturgeſchichte des Sperlings teutſcher Nation, nebſt bewährten Mitteln ihre Anzahl zu vermindern, Gieſſen.* 8. (ſingularis et fere paradoxus liber.)

I. P. BRINKMANNS *patriotiſche Vorſchläge zur Verbeſſerung der Medicinalanſtalten, hauptſächlich der Wundarzney- und Hebammenkunſt auf dem platten Lande, Münſter.* 8.

EIVSD. *Bemerkung über die neuerdings vorgeſchlagene und an einer Kreiſenden verrichteten Operation der Durchſchneidung der Symphyſis der Schaambeine, Düſſeldorf.* 8.

H. C. VON BORKE *Beobachtungen von einigen Blumen, deren Bau und Zubereitung der Erde. Neue Auflage, Leipzig.* 8.

Médécine domeſtique ou traité complet des moyens de conſerver la ſanté &c. par Mr. G. BUCHAN, traduit de l'anglois par Mr. I. D. DUPLANIL. Seconde edit. revuë, à Paris. 8. 5 Volumes. (*ipſius libri epitomen vid. comm. noſtr. Vol. XXI. p.* 580.)

Hiſtoire générale l'économique des trois regnes de la nature, par Mr. BUCHOZ. A Paris. 8. Cahiers 1. 2. 3. 4. (*Aliena omnia.*)

I. N. BÜKS *Verzeichniß von in- und ausländiſchen Bäumen, Sträuchern, Pflanzen und Saamen, nebſt Anmerkungen über das Wachsthum u. ſ. w. Bremen.* 8.

Storia

Storia naturale generale generale e particolare per ſervire di ſeguito alla Teoria della terra e d'introduzione alla ſtoria de' minerali del Sign. Conte di BUFFON, Tomi III. in Milano. 12.

Hiſtoire naturelle générale et particuliere contenant les Epoques de la nature, par Mr. le C. de BUFFON. Supplement To. 9. 10. à Paris 4. (*Penu proprio exhauſto, aliorum obſeruationes ſuis opinionibus adornat Auctor*).

EIVSD. *allgemeine Hiſtorie der Natur*, 10*ten Theiles* 1*ſter Band. Aus dem Franz. m. K. Leipzig*. 4.

EIVSD. *Naturgeſchichte der Vögel*, 3*ter Band. m. K. Ebend*. 4.

Claſſes et noms des plantes, pour ſuppléer aux Etiquettes pendant le Cours de Botanique que fera au Collège de pharmacie le Sieur BUISSON, avec une introduction ſur les ſyſtemes réçus, juſqu' à ce jour, à Paris. 12. (*Vt iam inſcriptio libri docet, auditoribus ſuis ſolum hic ſcriptus eſt liber. Continet praeter breuem terminorum* LINNEI *et ſyſtematum explicationem methodo naturali Linneana, plantarum nomina cum ſynonymis Gallicis.*)

Synopſis ſtirpium indigenarum Arragoniae, auctore C. A. R. Maſſiliae. 4. (*Hiſtoriam litterariam botan. Arrag. tradit*, *et* 1057 *Arragoniae plantas indigenas deſcribit.*)

Eſſais d'agriculture en forme d' entretiens ſur la nature de la progreſſion des pépinieres, des arbres étrangers, fruitiers etc. par un Cultivateur de Vitry-Sur-Seine, à Paris. 8. (*Auctor dicitur* M. DE CALONNE.)

OCTAV. CAMETTE mechanica fluidorum ſiue de aequilibris et motu corporum fluidorum, 4. Florent. et Lipſ.

Réflexions critiques en forme de lettres ſur la cauſe de

de l'accouchement, par Mr. CAMPMAS, à Bruxelles et à Paris. 12.

FR. L. CANCRINI *erſte Gründe der Salzwerkskunde. Frkf. am Mayn.* 8. (*claſſicus liber*).

Uſage de la lunette micrométrique de Mr. CAROCHEZ, à Vienne, in 16.

Beyträge zur Naturgeſchichte der Niederlauſitz, insbeſondere aber des Mineralreichs derſelben, von I. P. VON CAROSI, *m. K. Leipz.* 8. (Petrefactorum aliorumque foſſilium, paſſim in ſabuletis repertorum, rationem reddit Auctor.)

FRANZ CARTER *Reiſe von Gibraltar nach Mallaga im Jahr* 1772, *mit einer Karte und Kupfern. Aus dem Engliſchen, Leipzig.* 8 (Anglice prodiit an. 1777. Londini, autographus liber pauca habet phyſico medica.)

Trattato completo d'Elettrica teorica e pratica con eſperimenti originali di TIBERIO CAVALLO, tradotto in Italiano dall' originale ingleſe con addizioni e cangiamenti fatti dell'autore. Firenze. 8 max.

EIVSD. *vollſtändiger Lehrbegriff der Electricität in der Theorie und Praxis. Aus dem Engl. Leipz.* 8.

Anfibi e peſci di Sardegna, Saſſari, 8. (*auctore* FRANC. CETTI.)

Collezione di caſi chirurgici del Sign. GIUSEPPE CAVALLINI DI CEVOLI, Firenze. 8. Tomi III.

Syſteme de la nature ſur le virus ecroulleux, ou médécine empirique par le Doct. CHAPPOT, To. I. à Toulouſe et à Paris. 8.

CHRISTIANI obſeruationes medicae, Iſenaci. 8.

De febre noſocomica, auctore CIERA, Mediolan. 8.

An Eſſay on the Cure of abſceſs by Cauſtic and the Treatment of Wound and Ulcers, with new method of introducing mercury into the Circulation for the Cure of the Lues venerea, By P. CLARE, Lond. 8.

A trea.

A treatiſe upon the inflammation in the breaſt, peculiar to lying in Women; and alſo upon ſome Diſeaſes attending them, which are the Conſequences of neglect and maltreatment. By JOHN CLUBBE, Lond. 8.

Nouvelle méthode d'extraire la pierre de la veſſie urinaire par deſſus le pubis, ſans le ſecours d'aucun fluide dans la veſſie, à Paris. 8. (*auctore* FR. COME.)

Mémoire ſur la formation de ſalpêtre, et ſur les moyens d'augmenter en France la production de ce ſel, par Mr. CORNETTE, à Paris. 8.

Hiſtoria naturalis teſtaceorum Britanniae: or the Britiſh Conchology, containing the Deſcriptions and other particulars of natural hiſtory of the ſhells of Great-Britain and Ireland, illuſtrated with figures. In Engliſh and French. By EMANUEL MENDES DA COSTA. Lond. 4.

Sketches of the natural, civil and political ſtate of Swiſſerland, in a ſeries of letters to W. WELMOUTH, from W. COXE, Lond. 8.

H. I. N. CRANZII materiae medicae et chirurgicae iuxta ſyſtema naturae digeſta, III^um Vol. Vindob. 8.

EIVSD. *Geſundbrunnen der öſtreichiſchen Monarchie, Wien und Dresden.* 4.

Experiments and obſervations on animal heat, and the inflammation of combuſtible Bodies. By ADAIR CRAWFORD, Lond. 8.

D. L. CRELL's *chemiſches Journal für die Freunde der Naturlehre, Arzneygelahrtheit, Haushaltungskunſt und Manufakturen, 2ter Theil, Lemgo.* 8. (Omnes partes in ſupplementis indicabimus.)

D. FR. CREMADELLI in archinoſocomio S. Spir. vrbis Medici noua phyſiologiae elementa, Romae. 12.

Le Porte-feuille du phyſicien, ou recueil amuſant et inſtructif des actions et des moeurs des animaux, par Mr. DE LA CROIX, à Paris. 2 Voll. 12.

Advice

Advice to lying in women on the cuſtom of drawing the breaſts. By C. CRUTTWELL, ſecond edition, Lond. 8.

Firſt lines of the Practice of Phyſic, by WILL. CULLEN, in II. Voll. Lond. 8.

EIVSD. primae lineae medicinalis Praxeos; ex anglico idiomate latine vertit B. BEERENBROEK, Lugd. Bat. 8.

IO. GOTTL. DAEHNE epiſtola, qua conſenſus fluidarum et ſolidarum corporis humani partium, exemplis illuſtratur, Lipſ. 4.

Compoſition du rémede de Mr. DARAN, *publiée par lui même*, à Paris. 8. (*vid. comm. noſtr. dec. III. ſuppl.* 3. *p.* 424.)

D'ARCET *Abhandlung über die pyrenäiſchen Gebirge und über die Urſache ihrer abnehmenden Höhe. Aus dem Franz. Berlin.* 8.

Diſſertation ſur les effets du mouvement et du repos dans les maladies chirurgicales, par Mr. DAVID, à Paris 12.

Obſervations ſur la guériſon d'une phthiſie pulmonaire, par Mr. DASSY D'ARPAJEON, à Lauſanne in 12.

Ricerche ſperimentali ſopra le cauſa de' cambiamenti de' colori negli corpi opachi e colorati con una prefazione iſtorica relativa alle parte di filoſofia in eſſa eſaminate ed alle diverſe arti e manifatture di quella dipendenti. Di ODOARDO HASSEY DELAVAL. Tradotto dell' ingleſe in italiano, Bologna. 8.

DEGEERS *Abhandlungen zur Geſchichte der Inſekten, 2ten Bandes 2ter Theil, m. K. Nürnberg.* 4.

La ſtatique des végétaux et l'analyſe de l'air, ouvrage traduit de l'anglois du D. HALES par Mr. le Comte DE BUFFON. Nouvelle édition, revue par Mr. SIGAUD DE LA FOND, à Paris. 8.

Lettres

Lettres du Docteur DEMESTE au D. BERNARD ſur la chymie, la docimaſie, la criſtallographie, la lithologie, la minéralogie, et la phyſique en général, To. II. à Paris. 12.

I. CH. C. DEHNENS *Verſuch einer vollſtändigen Abhandlung über die ſcharfe Tinctur des Spiesglaskönigs und ihrer groſſen Heilkräfte, Helmſtädt.* 8. (laudatu digna diatribe.)

Etwas zur Reviſion der Weinprobe auf Bley, nebſt einem Anhange die friſche Aſchenlauge betreffend, von G. FR. DELIVS, *Erlangen.* 8.

CHR. FR. V. DIESKAU *Vortheile in der Gärtnerey, 1ſte Sammlung, Coburg.* 8.

A Review of D. LETTSO'MS Obſervations on Baron DIMSDALE's Remarks reſpecting Dr. LETTSOMS Letter on general inoculation. By the Hon. B. T. DIMSDALE, Lond. 8. (*cf. comm. n. Vol XXV. p. 226.*)

Medical commentary on fixed air, by DOBSON, Lond. 8.

A Deſcription of the Apparatus of arbitrary heated and medicated Water-bath, partial Pamps, vaporous and dry bath internal and external, moiſts and dry fumigations, oleous, ſaponaceous and dry frictions &c. With Caſes of Cures. By R. DOMINICETTI, Lond. 8.

Verzeichnis und Beſchreibung der ſämmtlichen in den Fürſtl. Oranien-Naſſauiſchen Ländern wild wachſenden Gewächſen, verfaſſet von CATHARINA HELENA DOERRIEN, *Lübeck.* 8. (praeter catalogum indigenarum plantarum, omnia ab aliis mutuata.)

Nouvelles remarques ſur le parallele des eaux de Sedliz et de Pouillon de M. RAULIN, ou juſtification des prémieres remarques faites ſur ce parallele ou l'on refute les objections et les imputations

putations contenues dans la réponſe de Mr. RAULIN et ou l'on tâche de répouſſer les traits ſatiriques publiées, par Mr. MASSIE dans ſa réponſe prètendue, par Mr. DUFAU, à Paris. 12.

L'art du diſtillateur et marchand de liqueurs conſiderées comme alimens medicamentaux, par Mr. DUBUISSON, à Paris. 8. en deux parties.

Elemens d'agriculture de Mr. DUHAMEL DU MONCEAU, nouvelle edition corr. et augm. á Paris. 2 Voll. in 12.

Traité des remedes domeſtiques, pour faire ſuite au traité de la petite vérole, par Mr. GROSSIN DUHAUME, à Paris. 12.

Diſcours ſur la veritable gloire du Chirurgien, prononcé aux Ecoles de médécine etc. par le même, à Paris. 4.

A. DVNCANS *Krankengeſchichte, nebſt einigen Bemerkungen darüber, aus dem Engl. Leipz.* 8.

Déſcription de la Lorraine et du Barrois, par Mr. DURIVAL l'ainé, To. I. II. à Nancy. 8.

DUTENS *von den Edelſteinen und edlern Hornſteinarten. Aus dem Franz. Nürnberg.* 8. (Libri mediocris mala verſio.)

L'action du feu central, bannie de la ſurface du globe, et le ſoleil rétabli dans ſes droits, contre les aſſertions de MMrs. le C. DE BUFFON, BAILLY, DE MAIRAN etc. par Mr. D. R. D. à Stockholm et à Paris. 8.

I. T. P. EBELING Diſſ. de quaſſia et lichene islandico, Glasgow. 4.

D. I. P. EBERHARDTS *vermiſchte Abhandlungen aus der Naturlehre, Arzneygelahrtheit und Moral. Dritter Theil, Halle.* 8.

Four letters to the Earl of Carlisle, from WILLIAM EDEN, Lond. 8.

Beyträge zur Aufklärung des Trippers, herausgegeben von I. C. EHRMANN, *Frkf. a. M.* 8.

Prakti-

Praktiſche Verſuche in dem Dampf der Pferde, von I. C. EHRMANN, *Frkf. a. M.* 8.

EIVSD. *praktiſche Verſuche in der Maulſperre oder Hirſchkrankheit der Pferde*, *ebend.* 8.

I. F. C. EGGERT Epiſt. ſiſtens quaedam de materia arthritica, Lipſ. 4.

Deſcription du Mangoſtan et du fruit à Pain, traduit de l' Anglois de JOHN ELLIS, à Rouen. 8.

C. F. ELSNERS *über die Bruſtbräune.* (v. comm. n. Vol. XXIII. p. 303.)

E. S. ELVERT diſſ. medico-diaetetica de vitae ratione hominis naturae conuenientiſſima generalia quaedam exhibens, Stuttgard. 4.

Mémoire ſur la navigation dans la mer du nord depuis le 63 degré de latitude en allant vers le pole et depuis le 10, juſques au 100 degré de longitude avec une nouvelle Carte de cette mer, par Mr. le B. E. (le Bailli ENGEL), à Berne. 4.

FR. H. EPPS *Abhandlung von dem Magnetiſmus der natürlichen Elektricität*, *m. K. München.* 8.

I. C. P. ERXLEBENS *phyſikaliſche Bibliothek*, *4ten B. 4tes Stück*, *Götting.* 8.

C. EHR. ESCHENBACHII ſcripta medico-biblica, Roſtochii. 8.

CH. G. ESCHENBACH et C. G. KÜHN diſſ. de extractis vegetabilium Garayanis, Lipſ. 4.

I. G. ESSIGS *medicíniſch-pharmaceutiſch und therapeutiſches Handbuch für junge Anfänger der Wundarzneykunſt*, 2 *Theile*, *Augsb.* 8.

EIVSD. *Bildung eines Wundarztes nach dem Muſter der beſten und neueſten Schriftſteller*, *2ter Theil. Ebend.* 8.

I. F. ESPERS *Schmetterlinge in Abbildungen nach der Natur mit Beſchreibungen*, 9 – 12*ter Heft*, *Erlang.* 4. (Proxime huius libri, qui continuatur etiam nunc, dabimus recenſum.)

I. N. EYRINGS *Litteratur der Arzneygelehrſamkeit, Götting.* 8.

Traité d'obſervations de Chirurgie par Mr. FABRE, à Avignon. 8.

Nouvelles Obſervations ſur les maladies vénériennes. Par Mr. FABRE, pour ſervir de ſupplement à ſon traité des mêmes maladies avec une table analytique, à Paris. 8.

I. C. FABRICIVS *Reiſe nach Norwegen, mit Bemerkungen aus der Naturhiſtorie und Oekonomie, Hamburg,* 8. (et huius epitomen proxime dabimus.)

Anmerkungen über die Lebensart der Einwohner in groſſen Städten, von I. P. X. FAUKEN, *Wien.* 8.

Unterſuchung des Werths der Trennung der Schambeine bey ſchweren Geburten, von D. L. C. FAUST, *Gotha.* 8.

Eſſai ſur les eaux minérales médicinales de la ville de Bourbon l'Archambault, par Mr. FAYE, à Moulins. 8.

Culture de la groſſe Aſperge dite de Hollande, la plus précoce, la plus hâtive, la plus féconde et la plus durable, par Mr. FILASSIER, à Amſt. et à Paris. 12.

A voyage to New Guinea, and the Moluccas from Balambangan; including an Account of Magindano, Sooloo, and other Islands; and illuſtrated with Thirty Copper-plates, by Captain THOM. FORREST, Lond. 4. (*pauca habet phyſico medica.*)

IOH. REINHOLD FORSTERS *und* GEORG FORSTERS *Beſchreibung der Gattungen von Pflanzen, auf einer Reiſe nach den Inſeln der Südſee geſammelt, beſchrieben und abgezeichnet während den Jahren* 1772–75. *Aus dem Lat. überſezt, und von* 75 *bis auf* 17 *Kupferplatten eingeſchränkt, durch* IOH. SIM. KERNER, *Stuttgart.* 4. (Peſſima verſio: de ipſo libro vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 234.)

IOH. REINH. FORSTERS *Reiſe um die Welt in den Jahren* 1772-75. *2ter B. m. K. Berlin.* (libri anglici epitome tradita eſt in comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 221.)

Voyage en Dalmatie, par Mr. l'Abbé FORTIS. Traduit de l'Italien, à Berne et à Paris, 2 Voll. 8.

Analyſe des eaux alcalino-martiales de Tryele-Château, avec l'expoſition de leurs propriétés, par Mr. FOURCY, publiée par Mr. FELVILAIN, à Amſterd. et à Paris. 12.

I. P. FRANKS *Syſtem einer vollſtändigen medicíniſchen Policey.* (vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 243.)

Neues Forſtmagazin. Erſte Abtheilung, Sammlung zerſtreuter Forſtſchriften. Erſter Abtheilung dritter Band, angefangen und fortgeſezt von MATTHIAS JOSEPH FRANZMADHES, *Frkf. a. M.* 8.

EIVSD. *Oekonomiſche Beyträge zu dem Heiligenſtädter Intelligenzblatte, 1ſter Jahrgang, 1ſtes Quartal. Eiſenach.* 8.

Magazin für die Liebhaber der Entomologie. Herausgegeben von I. C. FÜESLY, *2ten Bandes 1ſtes Stück, m. K. Zürich.* 8.

C. BENED. FUNK Progr. de ſono et tono, Lipſ. 4.

Obſervations et Expériences ſur les Aimans artificiels, principalement ſur la meilleure manière de les faire; lues à l'acad. le jour de ſon Aſſemblée de 1778, par NICOLAS FUSS, à St. Petersbourg. 4.

MATTH. GABLERS *Naturlehre, 4ter und 5ter Theil. München.* 8.

Traité de la fievre miliaire des femmes en couche ouvrage qui a été couronné par la Faculté de Médecine de Paris, 1778. Par Mr. GASTELLIER, à Montagis. 8.

G. W. I. GATTERERI ſyſtema Erxlebianum in epitome redactum et auctum. Claſſis I. Mammalia. Gott. 8. (*vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 290.*)

The inſtitutions of Medicinal Pathology, by H. D. GAUBIUS. Translated from the latin by CHARLES ERSKINE, Lond. 8.

I. G. GEBLER Diſſ. de migrationibus celebriorum morborum contagioſorum, Gotting. 4.

Hiſtoire naturelle de la Province de Languedoc. Parte mineralogique et géoponique, par Mr. de GENSSANE. To. I–V, à Montpellier. 8.

Voyage dans les mers de l'Inde fait par ordre du Roi, à l'occaſion du paſſage de Venus ſur le Diſque du ſoleil de 6 Juin 1761 et le 3 du même mois 1769, par Mr. le GENTIL. To. I, à Paris. 4. (*pauca, quae noſtra referunt, traduntur.*)

K. A. GERHARDS *Beobachtungen und Muthmaſſungen über den Granit und Gneis, Berlin.* 8. (non ſatis probatae hypotheſes.)

Analyſe des eaux minérales de S. Vincent et de Courmayeur, dans le duché d'Aouſte, avec un appendice ſur les eaux de la Saxe, de Pré S. Dider et de Fontanemore, par GIOANETTI, à Turin. 8.

The complete Pigeon-Jancier, or a new treatiſe on domeſtic Pigeons. By DAN. GIRTON, Lond. 12.

P. D. GISEKE index in Plukenetii opera etc. (*v. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 679.*)

I. G. GLEDITSCHENS *Einleitung in die Wiſſenſchaft der rohen und einfachen Arzneymittel, 2ter Theil. Berlin.* 8.

I. FR. GMELINS *Abhandlung von dem Unkraut und deſſen Benutzung und Ausrottung, m. K. Lübeck.* 8.

Les anciens mineralogiſtes du royaume de France, par Mr. GOBET, à Paris. 8. (*Auctores metallurgicos potius et alchymicos continet.*)

I. A. E. GÖZENS *entomologiſche Beyträge zu des Ritters* CARL VON LINNE' *zwölfter Ausgabe ſeines Naturſyſtems, IIIten Theiles 1ſter Band, Leipzig.* 8.

Deſcri-

Deſcription des écoles de Chirurgie, par Mr. GONDOIN, à Paris. 8.

The complete Engliſh Phyſician; or an univerſal library of family Medicines. By G. A. GORDON, Lond. 8. (*Nulli valoris compilatio.*)

B. GRANTS *encyclopädiſche Lehrſtunden über die Naturlehre und Naturgeſchichte, Gotha.* 8.

Some obſervations on the origin, progreſs and method of treating the atrabilious temperament and Gout. By WILL. GRANT, Lond. 8.

Lettere odeporiche di Sig. FRANCESCO GRISELINI, Milano. 4. Volume I. II.

EIVSD. *Verſuch einer politiſchen und natürlichen Geſchichte des Temeswarer Bannats in Briefen,* 1*ſter Theil. Wien. gr.* 4.

GUERARDS *umſtändliche Nachricht des Zufalls, weswegen der Durchſchnitt der Symphyſis der Schaambeine den* 11*ten May* 1778 *in Düſſeldorf unternommen worden, ſammt den Folgen dieſer Operation, Frkf.* 8.

A. I. GÜLDENSTAEDTS *akademiſche Rede über die natürlichen Produkte Rußlands, welche zur Unterhaltung eines beſtändigen vortheilhaften auswärtigen Handels dienen können. Erf.* 8.

Sciagraphia morborum, auctore I. I. HAARTMAN. (*vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p.* 150.)

I. G. HAASII diſſ. de vſu opii ſalubri et noxio in morbis inflammatoriis. Defendente *I. G. Apel*, Lipſ. 4.

ANT. DE HAEN rationis medendi continuatae Tom. III. (*vid. comm. noſtr. dec. III. Suppl. III. p.* 534.)

EIVSD. *Abhandlung über die Art des Todes der Ertrunkenen, Erhenkten und Erſtickten, dann über die Mittel, durch die ihnen das Leben wieder hergeſtellt werden kann,* 8. *Freyburg.*

EIVSD. *Heilungsmethode,* 1*ſter Theil. Aus deſſen*

 größerm

größerm lateiniſchen Werke mit Weglaſſung aller zur Phyſiologie und Anatomie gehörigen Aufſätze. Mit Anmerkungen und einer Vorrede von D. E. PLATNER. *Leipzig.* 8.

Méthode de traiter la petite Verole. Traduite du latin de Mr. DE HAEN, à Paris.

C. H. HAESELER diſſ. de morbis a lotio retento. Gotting. 4.

HALES vid. DE LA FOND.

A. HALLERI bibliothecae medicinae practicae To. III. Baſil. et Bern. 4. (*vid. comm. n. Vol. XXIII. p.* 662.)

EIVSD. *Sammlung akademiſcher Streitſchriften die Geſchichte und Heilung der Krankheiten betreffend. In einen vollſtändigen Auszug gebracht und mit Anmerkungen begleitet von* L. CRELL, *1ſter Theil die Krankheiten des Kopfes, 2ter Theil die Krankheiten der Bruſt betreffend, Helmſtädt.* 8.

F. X. HARTMANNI formulae remediorum in materiam medicam et chirurgicam. Vindob. 8. (*noua, vt videtur, editio libri in comm. noſtr. dec. III. ſuppl.* I. *p.* 175. *indicati.*)

Die natürliche Luftelektricität der Atmoſphäre tabellariſch entworfen von I. FR. HARTMANN, *Hannover.* 8.

Traité de la petite verole, augmentée d'un traité ſur les rémedes domeſtiques, par Mr. GROSSIN DU HAUME, à Paris. 8.

RICH. VON HAUTESIERK *Sammlungen mediciniſcher und chirurgiſcher Wahrnehmungen. Aus dem Franzöſiſchen von* IOS. EYEREL, *Lübeck.* 8.

I. E. HEBENSTREITII Palaeologia therapiae, qua veterum de morbis curandis placita potiora recentiorum ſententiis aequantur. Accedit ordo morborum cauſalis. Nunc primum iuncta edidit, praefationem, vitam auctoris, notulas qua-

lescun-

leſcunque indicemque rerum adiecit C. G. GRUNER, Halae 8.

E. B. G. HEBENSTREIT diſſ. curae ſanitatis publicae apud veteres exempla ſiſtens. Reſp. *C. G. Webel*, Lipſ. 4.

EIVSD. epiſtola ad I. G. APEL, qua cauſſas humorum motum in plantis commutantes recenſet, Lipſ. 4.

Der Zucker ein Präſervativmittel wider den Scharbock, vom Abt HELL, *Wien.* 8.

I. F. HENKELS *mediciniſche und chirurgiſche Beobachtungen und Abhandlungen, m. K. Berlin.* 8.

EIVSD. *Anweiſung zum verbeſſerten chirurgiſchen Verbande, m. K. Berlin.* 8.

IOS. DE HERBERT de aëre fluidisque ad aëris genus pertinentibus, Vindob. 8.

W. G. HESSENS *ökonomiſche Abhandlung von geſchwind zu erhaltenden Holzanbaue, Gotha.* 8.

A ſucceſsful method of treating the gout by bliſters. By Mr. WILL. HEVENSON, Lond. 8.

Obſervations on the blood by WILLIAM HEY, ib. 8.

Experiments and obſervations made with the view of improving the art of compoſing and applying calcareous cements, by Mr. BRYANT HIGGINS, ib. 8.

Hippocratis aphoriſmi caſtigati et latine verſi, a I. B. DE FEBURE de VILLEBRUNE. (*vid. comm. noſtr. dec. III. ſuppl.* 3. *p.* 413.)

C. C. L. HIRSCHFELDS *ausführliche Theorie der Gartenkunſt,* 1*ſter Theil, Leipzig.* 4.

Memoria ſopra il ſale ſedativo naturale della Toſcana e del Borace che con quello ſi compone. Scoperto da UBERTO FRANCESCO HOEFER, Firenze. 8. (*Nouum et inſigne inuentum!*)

C. L. HOFMANN *von der Empfindlichkeit und Reizbarkeit der Theile, Münſter* 8.

EIVSD. *Geſchichte einer mit ſeltenen Zufällen ver-*

knüpften Bruſtkrankheit, *nebſt der mislungenen Operation, Frkf. und Leipz.* 8.

FR. HOFMANN *Abhandlung, daſs der bösartige Tripper wirklich veneriſch ſey. Ebend.* 8.

FR. HOME'S *Grundſätze des Ackerbaues und des Wachsthums der Pflanzen. Aus dem Engl. mit Anmerkungen von* I. C. WÖLLNERN, *Berlin.* 8.

Obſervations faites et publiées par ordre du Gouvernement ſur les differentes méthodes d'adminiſtrer le mercure dans les maladies véneriennes, par Mr. DE HORNE, à Paris. II. Voll. 8.

Der Landwirth von MICH. HUBE, *Warſchau und Dreſsden.* 8.

Phyſikaliſche Unterſuchung der natürlichen Urſachen des Nordſcheins, von dem Freyherrn VON HÜBSCH, *Cölln.* 8.

Oſſervazioni, memorie e rifleſſioni ſugle terremoti ſentiti in Bologna nel meſe di Giagno 1779. Lettere tre di CIMASTRE HULGEO, Firenze. 8.

WILL. HUNTER *von der Trennung der Schambeine zur Beförderung ſchwerer Geburten, nebſt* JUMELINS *Abhandlung von eben dieſer Materie, m. K. Leipzig.* 4.

Diſſertatio corticis peruuiani in phthiſi pulmonali hiſtoriam et vſum exhibens, quam, Praeſ. JAEGER, defendet Reſp. *Findel*, Tubing. 4.

IO. JASSOY tentamina quaedam cum aëre fixo in aegrotis inſtituta. Goett. 4.

Experiments upon Vegetables, diſcovering their great Power of purifying the common air in the Sun-ſhine and of injuring it in the Shade and at Night etc. By JOHN INGENHOUSZ, London. 8.

A treatiſe on the malignant angina or putrid and ulcerous ſore throat to which are added ſome Remarks on the angina Trachealis. By I. JOHNSTONE. Lond. 8.

ENGEL-

ENGELBERT KAEMPFERS *Geſchichte und Beſchreibung von Japan, aus den Handſchriften des Verfaſſers von* C. M. DOHM *herausgegeben, 2ter Band. Lemgo.* 4. (Pauca ad hiſtoriam naturalem.)

M. CHR. KAEPLERS *Erläuterung einiger Sätze über die Bekmanniſchen Schriften von der Holzſaat. Eiſenach.* 8.

L. I. KAZENBERGER *katechetiſcher Unterricht bey ſchweren oder widernatürlichen Misgeburten, hauptſächlich zum Gebrauch für Wundärzte und Geburtshelferinnen auf dem Lande, Frkf. und Leipzig.* 8. (Liber vtilis).

Skelets from nature; taken and coloured in a Journey to Margate. Publiſhed from the Original Deſigns. By G. KEATE, Eſq. Lond. 8. 2 Voll.

A treatiſe on the various kinds of permanent elaſtic fluids or gaſes, the ſecond edition, riviſed. Lond. 8. (by Mr. KEIR).

Diſſ. de infallibili remedio prophylactico ſyphileos, auctore KERN. Friburg. 8.

E. P. KLIPSTEINS *mineralogiſche Briefe,* 1, 2, 3*tes Heft, Gießen.* 8.

AL. B. KÖLPINS *Bemerkungen über den Gebrauch der ſibiriſchen Schneeroſe in Giftkrankheiten.* (v. comm. noſt. Vol. XXIII. p. 658.).

FR. X. KOLLERI diſſ. medico-chirurgica ſiſtens epicriſin ſuper hiſtoriam vomicae pridem in bronchia ruptae, nunc calloſo fiſtuloſae etc. Friburg. 8.

I. F. KORGENS *Unterricht zum Anbau des Tabaks, Breslau.* 8.

Anweiſung, wie man ſich vor allen anſteckenden Krankheiten erwehren könne, für ſolche, die nicht ſelbſt Aerzte ſind, von C. A. KORTUM. *Weſel u. Leipz.* 8.

De ſcabie humani corporis, Praeſ. D. C. C. KRAUSE. Reſp. *C. F. Schubert,* Lipſ. 4.

KRÜNIZ *ökonomiſche Encyclopädie u.ſ.w.* 15. 16. 17. *und* 18*ter Theil*, *Berlin*. 8. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 447.)

C. G. KÜHN epiſt. ad CH. FR. LUDWIG. Inſunt quaedam de dubia ARETAEI aetate conſtituenda, novaeque editionis eius ſpecimen, Lipſ. 8.

Diſſertatio inauguralis phyſiologica de ſecretione in genere, auctore F. W. LAAKMANN. Baſil. 4.

I. H. LAMBERTS *Pyrometrie, oder vom Maaße des Feuers und der Wärme, m. K. Berlin.* 4.

C. E. LANGSDORFS *Beytrag zur Aufnahme der Salzwerkskunde, 2te Probe. Gieſſen.* 8.

Diſſertation contre l'uſage des bouillons de viande dans les maladies fébriles, par Mr. PAUL CHARLES DE LAUDUN, à Paris. 12.

Examen d'une brochure qui a pour titre: Procès verbaux et reflexions à l'occaſion de la ſection de la ſymphyſe etc. par Mr. L'AUVERJAT, à Paris. 8.

G. P. LEHR diſſ. de olea europaea. Gött. 4.

Memorabilia circa aërem, vitae genus, ſanitatem et morbos Clausthalienſium, annor. 1774 – 77. Proponit L. F. B. LENTIN, Gött. 4.

A philoſophical Inquiry into the Cauſe of animal heat: with incidental obſervations on ſeveral phyſiological and chymical queſtions, connected with the ſubject. By P. DUGUD LESLIE, Lond. 8.

Obſervations ſur l'opération céſarienne à la ligne blanche et ſur l'uſage du forceps, la tête arretée au détroit ſupérieur, par Mr. F. A. DE LEURYE, à Paris. 8.

An Anſwer to Baron DIMSDALE'S Review of D. LETTSOM'S obſervations on the Barons Remarks, reſpecting a Letter upon general inoculation. By I. C. LETTSOM, Lond. 8.

Conſiderations on the Proprietarity of a plan for Inoculating the poor of London at their own

Habita-

Habitations, with a view particularly to the arguments urged in Defence of it, by the Author of a late anonymous Letter to D. I. C. LETTSOM. Lond. 8.

Obſervations on Baron DIMSDALE's Remarks on Dr. LETTSOMS Letter to Sir ROBERT BARKER and GEORGE STACPOLE, reſpecting general inoculation. By JOHN COAKLEY LETTSOM, Lond. 8.

Hiſtory of the Origin of Médécine. By the ſome, Lond. 4.

Le voyageur naturaliſte, ou inſtruction ſur les moyens de rammaſſer les objets d'hiſtoire naturelle et de les bien conſerver, par *le meme.* Traduit de l'anglois, ſeconde edition, à Paris. 12.

LE ROY *Praktiſcher Unterricht in der Entbindungskunſt. Mit Anmerkungen und Beyträgen von* I. NAESCHE, *Memmingen.* 8.

Anfangsgründe der Naturgeſchichte von N. G. LESKE, *1ſter Theil, Leipzig.* 8. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 121. iam altera auctior prodiit editio.)

I. N. A. LEUTHNERS *praktiſche Heilungsverſuche der Milz, der Mutterdünſte durch verſchiedenen Gebrauch des gemeinen Waſſers, Ulm.* 8.

I. TH. LEUSSLER diſſ. inaug. de vtilitate xenodochiorum, Argentorat. 4.

IOS. LIEUTAUDS *Inbegriff der ganzen mediciniſchen Prazis, 2ter Theil in 2 Bänden. Leipzig.* 8.

LINNEI philoſophia botanica, in qua explicantur fundamenta botanica cum definitionibus partium etc. cura I. G. GLEDITSCH, Berol. 8. (*ne littera quidem mutata differt a Suecica editione.*)

EIVSD. ſyſtema plantarum, cura I. I. REICHARD. P. I. Francof. 8. (*v. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 409.*)

LINNEI

LINNEI *vollſtändiges Pflanzenſyſtem, 4ter Theil, mit Kupf. Nürnb.* 8. (Interpres eſt Cl. PANZER).

EIVSD. *vollſtändiges Naturſyſtem des Mineralreichs, durch* GMELIN, *4ter und letzter Theil. Ebend.* 8.

A. K. LORRY's *Abhandlung von den Krankheiten der Haut. Aus dem Latein. von* C. F. HELD, *Leipz.* 8.

Lettres phyſiques et morales ſur l'hiſtoire de la terre et de l'homme, addreſſées à la Reine de la Grande-Brétagne, par I. A. DE LUC, VI. Voll. Paris. 8.

Eſſai ſur la Pyrométrie et l'aërométrie et ſur les méſures phyſiques en géneral, par *le même,* à Londres. 4. (*gallice et anglice.*)

Eſſay ſur la minéralogie et la metallurgie, par Mr. le Marquis DE LUCHET, Maſtricht. 8.

CH. FR. LUDWIG diſſ. de cinerea cerebri ſubſtantia, Lipſ. 4. (*vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p.* 521.)

CHR. G. LUDWIGS *Anleitung zur rechtlichen Arzneykunde, Leipz.* 8.

F. H. H. LÜDERS *Briefe über die Beſtellung und Anlegung eines Küchengartens, IIIter Theil, m. K. Hannover.* 8.

Vollſtändige Anleitung zur Wartung aller in Europa bekannten Küchengartengewächſen. Aus dem Engl. überſ. und mit botaniſchen und praktiſchen Anmerkungen erläutert von F. H. H. LÜDER, *Lübeck.* 8.

Experiments and Obſervations made with a view to point out the errors of the preſent received theory of Electricity, and which tend in their progreſs to eſtabliſh a new ſyſtem on Principles more conformable to the ſimple operations of nature. By JOHN LYON, Lond. 4 mai.

MACQUERS *neuer chemiſcher Verſuch wie man der Seide, vermittelſt der Kochenille eine lebhafte rothe Farbe geben kann u. ſ. w. Aus d. Franz. Leipz.* 8.

Principles of Electricity, containg divers new Theorems

rems and Experiments, together with an Analyſis of the ſuperior Advantages of high and pointed Conductors. By C. V. MAHON, Lond. 4.

Précis elementaire d' agriculture, dans lequel on traite de la manière de corriger et de cultiver toutes ſortes de terres etc. par Mr. MALLET, à Paris. 8.

Decouvertes de Mr. MARAT, ſur le feu, l' électricité et la lumière conſtatées par une ſuite d' experiences nouvelles. Seconde edit. à Paris. 8.

Flore Françoiſe ou Deſcription ſuccincte de toutes plantes qui croiſſent naturellement en France, diſpoſée ſelon une nouvelle méthode d' analyſe, et à laquelle on a joint la citation de leurs vertûs les moins equivoques en médécine et de leurs utilité dans les arts; par Mr. le Chevalier de la MARCK, avec 8 planches de fig. en taille-douce, à Paris. 8. III. Volls.

Analyſe de l' eau de Pont-de-Veyle, ville ſituée en Breſſe à environ une lieue ſud-eſt de Maçon, par Mr. MARET, à Dijon. 8.

Le guide du malade, ouvrage de Médécine, philoſophique et moral, par Mr. de MARQUE, à Paris. 12.

Experiments and obſervations concerning agriculture and the Weather. By Mr. MARSHALL, Lond. 4.

I. F. MARTINETS *Katechiſmus der Natur. Aus dem Holländiſch. Leipzig.* 8. (Interpres eſt Cl. EBERT.)

I. N. MARTIVS *Unterricht in der natürlichen Magie, oder zu allerhand beluſtigenden und nützlichen Kunſtſtücken, völlig umgearbeitet von* I. C. WIEGLEB, *m. K. Berlin und Stettin.* 8.

Dei Lagoni del Seneſe e del Volterrano di PAOLO MASCAGNI al Sign. FR. CALURI, in Siena. 8 (*Loca deſerta, in quorum ſpeluncis aqua calida ſcaturit, et vbi* HOEFERVS *ſal ſedatiuum* HOMBERGI *na-*

turale

turale detexit, deſcribit quoad ſitum lapides, terras, ſalinas etc.)

Recueil d'inſtructions économiques, par Mr. DE MASSAC, ſec. edition corrigée et augmentée, à Paris. 8.

H. G. MATTUSCHKA enumeratio ſtirpium in Sileſia ſponte creſcentium in vſum herbariſantium, Vratislau. 8.

L'art de la vigne, contenant une nouvelle méthode économique de la cultiver, avec les experiences, qui en ont été faites, et l'approbation de l'Academie des Sciences, par M. MAUPIN, à Paris. 8.

I. C. MAYER diſſ. de aſthmate eiusque ſpeciebus, Gott. 4.

The Planters guide; or pleaſure Gardiner's Companion. Embelliſhed with Copper-plates proper to the ſubject, by JAMES MEADER. Lond.

Analyſe des eaux de Sulzmatt en haute Alſace, par Mr. I. A. MEGLIN, à Strasburg. 8.

I. C. A. MAYERS *anatomiſche Beſchreibung des Gehirns, m. K. Berlin und Leipzig.* 4.

IOS. MAYERS Pomona Franconica, *2ter Theil mit 77 Kupf. Nürnberg.* 4. (Summa diligentia icones pictae ſunt.)

IOH. FRID. MAYERS *9te Fortſetzung der Beyträge und Abhandlungen zur Aufnahme der Land- und Hauswirthſchaft, Frkf. am Mayn.* 8.

Mein ökonomiſcher Briefwechſel, 2te Lieferung, von I. F. MAYER, *Frkf. am Mayn.* 8.

C. I. MELLIN *praktiſche* materia medica. *Ebend.* 8.

CAROLI DE MERTENS obſeruationes medicae de febribus putridis, de peſte, nonnullis aliis morbis, Vindob. 4.

EIVSD. *Beobachtungen der faulen Fieber, der Peſt und anderer Krankheiten. Aus dem Lat. überſezt, Götting.* 8. (v. comm. noſtr. Vol. XX.)

Mémoire

Mémoire ſur la decouverte de magnetiſme animal, par Mr. MESMER, à Geneve et à Paris. 8. (*Non detexit, ſed effinxit et imaginatus ſibi eſt Auctor magnetiſmum.*)

C. A. MEYER de eximio Ipecacuanhae et aliorum emeticorum vſu, Gött. 4.

SAL. TH. DE MEZAE compendium medicum practicum, per faſciculos diſtributum, Faſc. I. de febribus. Hauniae. 8. (*de quo proxime referemus.*)

Animaduerſiones de natura hydropis et eiusdem curatione, auctore F. MILMAN, Lond. 8.

Obſervations ſommaires ſur tous les traitemens des maladies veneriennes, particulierement avec les végétaux pour ſervir de ſuite à l'aetiologie de la ſalivation du même auteur, par Mr. JEAN STANISL. MITTIE, à Montpellier et à Paris. 8.

Mineralogiſche Abhandlung vom Zinnſtein, abgefaſst von FEODOR MOISJEENKOW, *Leipzig.* 8. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 146.)

Eine ſonderbare Bemerkung von Steinen, welche in den Harngängen zwiſchen den Häuten der Urinblaſe gefunden werden, herausgegeben von I. I. MOLTER, *Caſſel.* 8.

Nouveau ſyſtême de mineralogie, ou eſſay d'une nouvelle expoſition du regne mineral, auquel on a joint un ſupplément au traité de la diſſolution des metaux, avec des obſervations rélatives au dictionnaire de chymie, par Mr. MONNET, à Bouillon et à Paris. 12.

Le grand oeuvre de l'agriculture, ou l'art de régénérer les ſurfaces, et les Très-Fonds; accompagné de découvertes intéreſſantes ſur l'agriculture et la guerre, préſenté au Roi, par Mr. MONTAGNE, à Lyon. 12.

Reliqua proxime.

Contenta

Contenta in hac parte.

I. Kongl Vetenſk. Acad. nya handl. Tom. II p. 195
II. CAR. PETRI THUNBERG flora Iaponica 213
III. EIVSD. diſſertatio botanica, Iris. 228
IV. EIVSD. diſſertatio botanica, Ixia 232
V. FR. CAS. MEDIKUS *botaniſche Beobachtungen* 236
VI. ALBR. WILH. ROTH *Beyträge zur Botanik, 2 Theile* 255
VII. AVG. IO. G. BATSCH elenchus fungorum 268
VIII. Philoſophical tranſactions of the royal Society of London. Vol. LXVIII. et LXIX 279
IX. SCARPA anatomicarum annotationum Lib. I 304
X. EIVSD. oratio de promouendis anatomicarum adminiſtrationum rationibus 309
XI. Thoughts on amputation by THOM. KIRKLAND 311
XII. Account of an elaſtic Trochar etc. by JOHN ANDREE 313
XIII. MURSINNA *medicin. chirurgiſche Beobachtungen, erſte Sammlung* ibid.
XIV. Experiments eſtabliſhing a criterion between mucaginous and purulent matter. (by C. DARWIN) 328
XV. ANDR. IO. RETZII prolegomena in pharmacologiam regni vegetabilis 334
XVI. I. F. UDEN *über die Erziehung der Töchter des Mittelſtandes* 336
XVII. SEBALDI IVST. BRUGMANNS diſſ. ad quaeſtionem: quaenam ſunt plantae inutiles et venenatae etc. praemio condecorata 338
XVIII. Obſeruationum anatomicarum decas prima, auctore GUIL. FRID. CAPPEL 343
XIX. *Der Arzt und der Afterarzt von* I. B. 346
XX. *Wie ſoll ein Wundarzt ſich geſchickt bilden? beantwortet von* I. B. ibid.
XXI. B. S. ALBINI hiſtoria muſculorum hominis 347
XXII. Noua phyſico medica 348
XXIII. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico medicorum, quae anno 1779 prodierunt 357

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XXVI. PARS III.

LIPSIAE, MDCCLXXXV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH

Venduntur etiam
Londini apud Fr. Elmsly, Edinburgi apud Io. Balfour, Lugd. Bat. apud Fratres Luchtmann, Pariſiis apud Barroi ſenior. Venetiis apud Io. Bapt. Paſquali, Milano apud Ioſ. Galeazzi, Auguſtae Taurinor. apud Laurent. Giraud, Holmiae apud Magnum Swederum.

I.

Acta Medicorum Suecicorum, ſeu Sylloge Obſeruationum et Caſuum rariorum in variis Medicinae partibus, praeſertim in Hiſtoria Naturali, Praxi medica et Chirurgia. Tomus I. Cum XIX. Tabb. aeneis. Upſaliae Holmiae et Aboae. MDCCLXXXIII. 8. Alphab. I cum plagg. 8.

Praemiſſis b. A LINNE' et ROSENSTEIN vitae deſcriptionibus, quales ſingulis Tomis praemittere decreuit, varios hoc Tomo publici iuris facit anonymus Auctor libellos collectos, quorum obiectum titulus indicat. Sectio prima hiſtoriam naturalem ſpectat, et recenſitas a nobis diſſertationes Cel. THVNBERGII de Protea, Oxalide, Gardenia, noua Plantarum Genera, *) nouas Inſectorum ſpecies, ac b. A LINNE', Filii, de Lauandula et Methodum Muſcorum illuſtratam continet typis recuſas. In altera, Medico chirurgica, ſequentes continentur obſeruationes.

L. I. SIDRE'N *Sphacelus cruris:* Haemorrhoidario, cholerico, 50 annorum, poſt febrem autumnalem remittentem, adhibitis antea in caſſum ſudoriferis, Cortice peruuiano ſublatam, inſecuta ad ſudorem pronitate nimia, cum turbata digeſtione doloribusque colicis, paralyſi, linguae demumque p. 5. p. 293.

 apo-

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 637 — 646.

apoplexia correpto, praeuia paralyſi totius cruris pedisque dextri natus, vſu externo internoque Corticis Peruuiani eatenus mutatus, vt amputatio et ſanatio obtinerentur, aſt poſtea rediit cum inſultu apoplectico, quibus obiit aeger.

P. II. p. 303. II. EBERH. ROSENBLAD. *Morbus ſpasmodicus conuulſiuus epidemicus:* Poſt aeſtatem humidam, tempeſtatibus etiam variam, anni 1745 et 1746 in Provinciae Elfsborgenſis locis quibusdam ortus, poſt varia ſymptomata haemoptyſi indeque orto pure acerrimo ſaepe necans, ſimilis illi, quem dudum alibi obſeruarunt Medici non pauci, a formicationis per habitum corporis ſenſu denominatum, praeſertim a panis e recenti frumento parati eſu oriri viſus, peculiari tribuitur veneno, inordinatum ſpirituum per neruos motum excitanti, in frumentis, vel ſaltem inter frumenta, quaerendo, vulgo ab erucis frumenti male repurgati oriri putatus, deſcribitur quoad ſymptomata, cauſſas, prognoſin et curationem, euacuantibus et datis poſtea acre temperantibus, antiſpasmodicis atque anodynis abſoluendam.

p. 333. III. AD. MVRRAY *Oſteo-Steatomatis Hiſtoriae duae.* Alterum Matronae poſt varia ſymptomata calculi aliaque demum hydropico ſtatu obire viſae vteri, penitus ſcirrhoſi, fundo affixum repertum, glebis fruſtulisque diuerſae magnitudinis conſtans, partim cartilagineis, partim vere oſſeis, ad magnitudinem capitis recens nati infantis enatum; alterum matronae femoris oſſi ſiniſtro ſupra genu aduatum, ipſi ex parte ſimiliter mutato, ſteatomati ſimillimum, diuerſae tamen in diuerſis locis ſoliditatis, in confiniis ipſius oſſis et ex perioſteo originem traxiſſe viſum.

IV. G. HARMENS *de calculis bilioſis.* Caſus mali arthritici coniuncti cum calculis cyſticis, poſt varia ſymptomata tandem per aluum eliminatis, cum flaueſcente muco, ipſis candelae admotis, ſuccini inſtar, ſponte deflagrantibus, vllo vix relicto carbone,

quos

quos magna ſecuta eſt cum ſcybalis concrementorum gypſeorum albicantium ad candelam flagrantium copia, quandoque etiam excrementa argillacea veluti et friabili materia obducta prodierunt; Aegra tandem adeo conualuit, vt acidulis martialibus demum prorſus ſit reſtituta.

V. N. ROSE'N A ROSENSTEIN. *Caſus pleuritici cum motu Pleuropneumoniae;* lege artis deſcriptus. p. 361.

VI. ION. SIDRE'N *de Nuce vomica experimenta:* Puero epileptico poſt fruſtra tentata emetica, anthelminticaque, ad grana 5 vsque ad 8 bis de die incaſſum data; aſt iuuenem ruſticum conuulſiuum, aucta paullatim doſi, tandem ad grana 15 bis die data ſanauit; ſic et pueri nobilis conuulſionibus, fruſtra adhibitis anthelminticis, euacuantibus, rel. grana 8 bis die per 14 dies data medelam attulerunt, puellae ruſticae 7 annorum conuulſiuos paroxyſmos grana 6, ter die data, elapſis tribus ſeptimanis, mitigaſſe rarioresque effeciſſe viſa ſunt; vti et iuuenis ruſticus epilepticus a granis 10, vsque ad 24, bis die die ſumtis, praeter vertiginem leuiorem, nil mali ſenſit, aſt abeuntis curatio continuari non potuit. Sequuntur experimenta in canibus inſtituta, nucis vomicae tam in ſubſtantia, quam ſub forma extracti aquoſi datae, dummodo doſis ſufficeret, vim deleteriam confirmantia, cui ſimilem exſeruit Faba St. Ignatii, cuius igitur doſes iuſto largiores ne propinentur, monet Noſter, qui ex allatis quoque concludit, Nuci vomicae, iuſta doſi datae, non infimum competere inter antiſpaſmodica locum, ac vim deleteriam non a ſumma eius amaritie, ſed narcotico principio latente prouenire, cum alia amara, canibus data, ſimilem effectum non produxerint. p. 369.

VIII. EIVSDEM tractatus *de caſu haemorrhoidali:* fruſtra tentato Cortice Peruuiano, motu olim conſueto, leni euacuatione, diaeta cauta, Decocto et Extr. Taraxaci, ac, inſtantibus iterum moliminibus, pilulis bal- p. 383.

 ſami-

ſamicis medela eſt allata, vt tamen etiamnum quolibet plenilunii tempore, interdum etiam inſtantibus ſubitis aëris viciſſitudinibus, recurreret fluxus, quo recuſante non parum commodi ex hirudinum vſu ſenſit, vt doloris capitis et aurium tinnitus a V. S. verna autumnalique leuamen.

p. 393. IX. AD. MVRRAY *de ſenſibilitate oſſium morboſa:* Oſſa in ſtatu ſano inſenſibilia, morbo ſenſibilia fieri, rationibus et experimentis comprobat. *)

p. 407. X. ION. SIDRE'N *Caſus Hydropis Pericardii ſolidarii:*

p. 413. XI. CASP. TRENDELENBVRG *Caſus Pedarthrocaces:* internis externisque variis, praeuia exfoliatione, obtinebatur ſanatio.

p. 419. XII. AD. MVRRAY, *Luxatio ſpinae dorſi, aqua frigida curata*, ſtillicidii ſcilicet inſtar applicata, fruſtra antea tentata repoſitione; disiunctae fuerant, a ſe inuicem vertebrae dorſi vltima lumborumque prima.

p. 427. XIII. EBERH. ROSENBLAD *Empyematis felix per metaſtaſin ſolutio:* accedens poſt fracti, licet ſanati, pedis occultas prorumpentesque exulcerationes, empyema dextrae thoracis cauitatis, fluctuatione adeo circa regionem ſcapulae atque thoracis audienda, metaſtaſi ad fiſtuloſa cruris pedisque vlcera ſponte ceſſauit.

p. 435. XIV. CAR. M. BLOM *Obſeruationes de Aëre et Morbis epidemicis, in Dahlekarlia Suecorum, ab initio anni 1772 ad finem anni 1773:* tempeſtatem morbosque, ſingulis menſibus obſeruata, ſummatim recenſentur.

p. 481. XV. A. MVRRAY *Paracenteſis Cyſtidis vrinariae;* Iſchuriam pertinacem, variis externis, adeoque Cathetere, quin acu tricuſpide FOVBERTI per perinaeum immiſſa et incuruata FLEVRANTI per anum transfixa, fruſtra tentatis, factam in regione hypogaſtrica, prope lineam albam, intruſionem tricuſpidis

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 527. et dec. III. Suppl. 3. p. 505.

dis inſecuta eſt circum tubum ſanatio, vt extracto epiſtomio vrinam emittere potuerit, optime abinde ſe habens, antea morti proximus, aeger.

II.

D. CH. FR. REVSS Med. Prof. Publ. in alma Eberhardino-Carolina acad. Nat. Curios. Regiae Danicae ſcientiarum eiusque oeconomicae, elect. Moguntinae, Lipſienſis oeconomicae; Tigurinae phyſicalis; et Berolinenſis amic. Nat. Scrutatorum ſodalis, Primae Lineae Encyclopaediae et Methodologiae vniuerſae ſcientiae medicae et theoreticae et practicae omniumque eius ſcientiarum tam praeparantium quam affinium ac ſubiunctae cuiusvis hiſtoriae litterariae. Tubingae 1783. 8. pagg. 570.

Nova haec discendi medicinam methodus ad exempla librorum praeſtantiſſimorum HERM. CONRINGII, BOERHAAVII, LVDWIGII, GRVNERI, SELLE et aliorum conſcripta et exarata, non potuit non ad ipſam avide legendam nos invitare. Indicat vero cuiuslibet disciplinae medicae, et quae praeparat, et quae ipſa artis praecepta proponit, ambitum et vtilitatem, examinat quae inprimis praeſtanda adhuc ſuperſint, et diligenter annotat libros ſupra qualibet diſciplina ſcriptos. Sed cum talis liber vix praecipuorum contentorum recenſionem admittat, maluimus potius ipſius ſciagraphiam cum lectoribus noſtris communicare. En itaque ſynopſin omnium diſciplinarum ad ſcientiam medicam ſpectantium:

I DISCIPLINAE PRAEPARANTES

A. Vniverſales

a) *Philologia*, ſtudium linguarum veterum et recentiorum.

b) *Philoſophia*

1) theoretica ſ. ſpeculativa, logica, metaphyſica.

2) practica, Moralis ſ. Ethica et Ius naturae.

c) *Matheſis* tam pura, quam applicata.

d) *Artium liberalium* et ſcientiarum elegantiorum quaedam partes.

B. Speciales

a) Scientia naturae de corporibus naturalibus in tellure obviis, cuius ſcientiae ſubſidiariae ſunt:

1) *Phyſica* (quoad ſtructuram externam corporum immutatam)

α) theoretica l. pura et

β) practica l. applicata ſpecialis medica

2) *Chemia* (quoad internam ſtructuram mixtionem corporum mutatam)

α) theoretica l. pura

β) practica l. applicata: et haec quidem vel *phyſico-medica* vel *oeconomica*. E chemica applicata phyſico-medica huc referenda eſt *anthropologica*, ex hac

1) phyſiologica, 2) pathologica, 3) diaetetica, 4) therapeutica. Therapeutica ſub ſe iterum comprehendit chemiam applicatam.

α) Therapiae generalis, β) materiae medicae, tam internae, quam externae et diaeteticae, γ) pharmaceuticam, δ) formularem, ε) forenſem.

3) Anatomia, organicam ſtructuram externam et internam corporum naturalium conſiderans, e qua huc referenda

α) *Zootomia*, et ex hac inprimis *anthropotomia* et ſani et aegri hominis.

β)

β) *Phytotomia.*

4) *Phyſiologia* vires et vſum partium ſingularum in ſtructura et externa et interna corporum naturalium disquirens, et quidem

α) Phytologica ſ. phyſiologia plantarum.

β) Zoologica ſ. phyſiologia animalium, et ex hac inprimis anthropologica.

γ) Mineralogica ſ. phyſiologia mineralium.

5) *Hiſtoria naturalis* denominationem, deſcriptionem, ordinationem corporum tam diverſorum naturalium determinans.

α) theoretica ſ. pura, Terminologiam characteriſticam *Botanices*, *Zoologiae*, *Mineralogiae* comprehendens.

β) practica ſ. applicata, *botanica*, *zoologica*, *mineralogica.*

a) *medica*, et quidem in materia, 1) diaetetica et 2) medica tam interna, quam externa.

b) oeconomica.

b. *Hiſtoria medica* res in foro medico geſtas enarrans;

α) dogmatice, et quidem tam generaliter, quam ſpecialiter.

β) litterarie — —

γ) biographice

II. DISCIPLINAE MEDICAE PRINCIPALES, quibus in ſtatu ſano et aegroto conſideratur humanum corpus.

A. *Theoreticae*

a) in quibus corpus conſideratur humanum quoad ſtatum ſanum, comprehendunt iterum inter ſe.

α) *Phyſiologiam anthropologicam.*

β) *Semioticam phyſiologicam.*

γ) *Diaeteticam* ſ. doctrinam ſanitatem

1) conſervandi et 2) praeſervandi ope mediorum, quae materia diaetetica ſuppeditat.

b) in quibus humanum conſideratur corpus, quoad ſtatum aegrotum, continent

α) *Pathologiam* ſ. doctrinam affectuum,

1) tam generalem

2) quam ſpecialem, quoad noſologiam ſemioticam, ſymptomatologiam, aetiologiam.

β) *Therapiam generalem*, quoad

1) media *interna*, in materia medica interna tradita.

2) media *externa*, tam materia medica externa ſ. chirurgica, quam inſtrumentalis, mechanica, comprehendens.

3) quoad horum mediorum vim et modum efficiendi *Therapiae generalis ſtrictioris* praeceptis.

B. *Practicae* diſciplinae, quae applicationem continent ipſam, omnium ſcientiarum tam praeparantium, quam principalium medicarum ad corpus humanum

a) affectum morbis, mediis inprimis *internis* tollendis ad *Therapiae ſpecialis et ſpecialiſſimae* principia

b) — — — — mediis praecipue *externis* vel *operationibus* auferendis, ad *chirurgiae* principia, *Embryulciam* ſeu artem obſtetriciam ſimul continentis.

In quibus utriusque ſpeciebus medicinae practicae occurrit iterum medicina *caſuiſtica* vel *conſultatoria*.

c) *medicina forenſis* et *politia medica*.

III. DISCIPLINAE, SCIENTIIS AFFINES MEDICIS praecipuae ſunt

A. ars veterinaria.

B. Chemia applicata oeconomica

C. Hiſtoria naturalis applicata oeconomica.

D. Oeconomia tam ruralis, quam ciuilis.

Plura, quae his addamus, non habemus. Difficile quoque eſt, de tali libro iudicium ferre; ſingulari vero

vero cum diligentia et aſſiduitate conſcriptum eſſe, nemo negabit: etſi optaſſemus, in recenſitis libris alio ordine vſum fuiſſe Cl. Auctorem. Non tamen dubitamus ipſum et tironibus et magiſtris artis medicae commendare.

III.

EDVARDI SANDIFORT, *Medicinae, anatomes, et chirurgiae in academia Batava, quae Leidae eſt, Profeſſoris,* Anatome infantis cerebro deſtituti. L. B. 1784. 4. c. tab. VI. pagg. 86.

Recte deſiderat Cl. Auctor infantum cerebro deſtitutorum, quiſaepe et falſo acephali dicuntur, figuras nitidas et eleganti arte paratas. Quapropter non ſolum tales offerre, verum quoque easdem deſcriptione illuſtrare egregie conſtituit auctor Cl. nobis jam ex multis ſcriptis de meliori commendatus. p. 9.

Primo capite itaque continetur accurata cranii cerebro deſtituti deſcriptio, partiumque vel praeſentium vel plane deficientium enarratio ſedula et concinna. Cerebri membranae molliores cum integumentis confuſae ſanguine extravaſato diſtentae conſpiciebantur, ſupercilia aderant nulla, ſicuti et oſſa verticis plane deficiebant, meatus auditorius compreſſus tamen pervius apparebat. Loco cerebri in conſpectum veniebat ſubſtantia ſatis dura, granuloſa, albicans, ſita inter partes anteriores oſſium petroſorum, nervi aderant omnes, vel ſaltem per partes et vias conſuetas ſolita ratione diſtribuebantur. Vertebras, quamvis multum compreſſas et irregulares, omnes Cl. Auctor conſpexit, at faciei oſſa adeo degenerata vidit, vt calvariam humanam eſſe, vix quisquam crederet. Quarum partium degenerationem ideo ſollicite examinat.

Secun-

p. 27. Secundum caput de acephalis veris exponit. Perraro ſane truncus ſupra humeros rotundo fine definebat, nullumque adnexum caput erat. Percurrit itaque pauca illa horum monſtrorum exempla, et quidem ea cum eruditione, qua talia argumenta pertractare Cl. Auctor ſolet.

p. 39. Simili ſtudio acephalorum improprie ſic dictorum caſus et exempla capite tertio in examen vocavit, proponens omnes illas obſervationes, quae cum ab Auctore deſcripto monſtro conveniunt.

p. 60. Quartum denique caput de cauſa maxime probabili degenerationis cranii hactenus deſcriptae agit. Alienus ab illa ſententia, quae monſtroſitates imaginationis effectus eſſe cenſet, quamvis et caſum ab ipſo deſcriptum hac ſententia aſſumta explicari poſſe ipſe affirmet, HALLERVM ſecutus a cauſa externa ſui foetus difformitatem derivat, vel ab interna cauſa et ab hydrocephalo immutato talem foetum monſtroſum ortum duxiſſe ipſi probabile eſt.

IV.

In gangraenam ſcroti obſervatio animadverſionibus nonnullis illuſtrata. Diſſ. Praeſide ADOLPHO MURRAY M. D. Anat. et chir. P. R. et O. examini defert IOS. GUST. PIPPING. Vpſaliae 1783. 4. pagg. 30.

Vir vilioris ſortis, olim nauta, ſcorbuto, et quoque arthritite aliquoties affectus, ſcabie humida infeſtatur, quam primum lavatione in frigida aqua in ſiccam commutat, mox continuata lavatione plane fugat, remanente aliqua corporis hebetudine. Corripitur mox febre et tribus praeterlapſis diebus ſcrotum intumeſcens rubeſcit, atque ſuppuratione orta et te-

ſtes

ſtes tumere coeperunt. Impeditur ideo gangraenae progreſſus, praeſcribitur cortex, imponuntur epithemata diſcutientia. Decidebat ſcrotum, et conſolidatum eſt ulcus quamvis aegre convenienti medicina. Redibat quidem non ſcabies, attamen cutis tuberculis exaſperata ſquamas obtulit abſcedentes.

Hunc igitur caſum ſequentibus animadverſionibus illuſtrat Cl. Auctor. Sic recte monet, in partibus virorum genitalibus ſenſiliſſimis vulnera tamen protinus et conſolidari et multas operationes ſine funeſto exitu inſtitui. Sed multo magis mirum ipſi videtur ſcrotum regenerari. Scrotum autem frequentiſſime gangraena perditur per hydropicam intumeſcentiam, poſt febres cum metaſtatica materia, poſt exanthematicas febres et eruptiones cutaneas, ſic etiam ab aëre vitiato, violentia externa, a veneno viperarum ſcrotum necroſi eſt affectum. Mox conſtituit novam gangraenae ſpeciem, ſcilicet mixtam; deſideratur in ea mollities et fungoſitas, quae humidam diſtinguit, neque pars affecta ita exareſcit, uti in ſicca; putreſcentia in hac ſerius ingruit, quam in humida. Diverſitas autem gangraenae conſiſtit in eo, quod aut circulatio in vaſis perfecte intercipitur et cohibetur, aut humores nimis libere irruunt. Cauſas gangraenae perſpicere difficile judicat, cum potius tantum phaenomena obſervare liceat. Sic in febribus malignis, ſic ex venenis, poſt dyſenteriam, morbos exanthematicos male curatos gangraenam oriri ſcimus. Certe gangraena non eſt contagium ſpeciale, nec antea ſiſtitur ipſa, quam cauſa efficiente remota. Gignitur autem gangraena, ubi excreſcentiae et tumores vaſa et nervos comprimentes, ubi infiltratio lymphae in tela cellulari tonum vaſorum plane exſtinguit, ubi poſt contuſiones organiſatio aliqua ex parte eſt deſtructa, ubi majori aut minori vaſorum et fi-

p. 8.
p. 10.
p. 20.
p. 23.

brarum

brarum irritatione copioſior humorum procuratur affluxus, nec huic reſpondet effluxus, ubi inflammatio ad ſummum euoluitur faſtigium. Sic quoque intereſſet, quorundam phaenomenorum cauſas noſſe, cur v. c. necroſis in uno aegro rapide progrediatur, cum tamen cauſa detegi nequeat, qui fiat, ut gangraena jam ſine praevia inflammatione oriatur, e. ſ. p.

Prolatis itaque ſimilibus quaeſtionibus oſtendit, in quibus caſibus opium, in quibus ſal cornu cerui volatile, veſicatoria, et in quibus chinam adhibere vel utile ſit vel noxium. In univerſum enim cupit medicos chirurgos magis ſollicitos in eligendis remediis pro gangraenae diverſitate.

V.

Collectio opusculorum ſelectorum ad medicinam forenſem ſpectantium curante Dr. IO. CHRIST. TRAUGOTT SCHLEGEL Medico apud Longo Saliſſenſes. Vol. I. Lipſiae 1785. 8. pagg. 286.

Egregium ſane cepit Cl. SCHLEGEL conſilium, cum erudito orbe communicare rariores de medicina legali et politia medica commentationes, quarum in Germaniae academiis ſane et multae et optimae proſtant, et quarum cognitio non ſemper ad exteros devenit. Quapropter valdopere laudamus Cl. Auctoris ſtudium, ipſumque omnibus, quorum intereſt optima quaeque ſcire, commendamus. Continet vero primum volumen diſſertationes ſequentes: 1) HEISTER de principum cura circa ſanitatem ſubditorum. 2) MAUCHART et SALZER de inſpectione et ſectione legali harumque exemplo ſpeciali. 3) FABRICII et BRÜKMANN diſſ. exhib. praecipuas cautiones in ſectionibus et perquiſitionibus cadaverum humanorum pro uſu fori obſervandas. 4) ADOLPHI et DREYER de infanticidii notis

notis ſectione legali detegendis. 5) HEISTER de ſumme neceſſaria inſpectione cordis vaſorumque majorum ſub legali infantum ſectione. 6) MAYER et REIMANN diſſ. ſiſt. praecipua experimenta de effectibus putredinis in pulmones infantum ante et poſt partum mortuorum, ſubjunctis novis quibusdam experimentis circa pulmones infantum ante partum mortuorum inſtitutis. 7) DELIUS et BERGER de ſugillatione, quatenus infanticidii judicium.

VI.

First Lines of the practice of Phyſic: for the uſe of ſtudents in the univerſity of Edinburg, by WILLIAM CVLLEN, M. D. Profeſſor of the practice of Phyſic, firſt Phyſician to his Majeſty for Scotland etc. Vol. III. Edinburgh printed for Will. Creech. 1783. 8. pag. 389.

i. e.

Primae lineae praxeos medicae in vſum ſtudioſorum Vniverſitatis Edinburgenſis. Vol. III.

Nota iam in genere eſt ratio viris eruditis, qua primas praxeos medicae Cel. CULLEN lineas duxit; qua itaque praetermiſſa, morbos modo indicabimus in hoc volumine pertractatos, excerptis nonnullis, quae nobis notabiliora viſa ſunt. Agit vero cel. auctor de morbis nervos afficientibus vel de *neuroſibus*, quorum *libro I* eos affert, quos *comata* appellat, ad quae *apoplexiam* et *paralyſin* refert. Illam cenſet adeſſe, ſi omnis ſenſus interni externique, motusque muſculares certo quodam gradu ſint ſublati, vigentibus adhuc actionibus vitalibus: qua ratione ſub eadem *carum*, *cataphoram*, *comam et lethargum* comprehendit, quae omnia vnius eiusdemque naturae eſſe et vehementia ſolum differre aſſerit. Oriri vero eadem vel a quadam origines nervorum p. 5.

vorum

vorum comprimente cauſſa, vel virium nervoſarum mobilitatem deſtruente; quarum prior potius ſit, et forſan omnes apoplexias a cauſſa interna pendentes progignat. Remotiores cauſſas eſſe violentiam externam, tumores quoscunque in encephalo, vel nimiam extenſionem vaſorum, vel rupturam, qua fluida effundantur; quae vero quoque accumulari
p. 23. poſſint nimia vaſorum exhalantium ſecretione, vel ſtatu plethorico venarum reſorbentium, vel earundem relaxatione, vel nimia particularum aquearum copia. Differentiam quidem adeſſe inter apoplexiam ſangui-
p. 24. neam et ſeroſam, quae vero exigui uſus ſit in praxi, quia utraque ſaepe pendeat ab eadem cauſſa, nempe plethora venoſa; eaque ex ratione eandem fere requirat medendi methodum; excepta diatheſi hydro-
p. 25. pica praeſente. Cauſſis, quae deſtruunt nervorum mobilitatem directo modo, annumeranda eſſe aërem fixum, fumum carbonum, mercurii, plumbi cet. opium, ſpiritum vini, et alia narcotica; nec minus frigus, electricitatem, percuſſionem, mentis commotiones,
p. 26. rel. Eandem immobilitatem, certe quadam ratione productam, videri cauſſam appoplexiae epilepſiam, hyſteriam, vel podagram atonicam ſubſequentis, quum nulla fluida extra vaſa haerentia in cadavere reperiun-
p. 27. tur, quae etiam praeſentia, ſaepe modo vt eiusdem
p. 38. cauſae effectus, conſiderari poſſint. Ad apoplexiam curandam ſuadet venaeſectionem, vel capitis ſcarificationem, purgantia acria, vel ore vel ope clyſteris ingeſta; veſicatoria capiti applicanda: vomitoria ve-
p. 40. ro, et remedia ſtimulantia noxia ei videntur, excepto iſto caſu, quo immobilitas neruorum eiusdem apparat cauſſa. (Remedium nobis ſupereſt valde efficax, fomentationes nempe capitis frigidiſſimae, quas ex analogia feliciſſimae methodi, in vulneribus capitis gravioribus a cel. *Schmuckero* adhibitae, propoſuit Ill.
p. 46. CRELLIUS (Neues Magaz. f. Aertze B. I. St. I. pag. II.)

De

De *paralyſi* agens Cl. CVLLENIVS eam modo p. 46.
intelligit, quae a cauſa generali, non locali, pendet, eadem itaque ratione ſananda, qua apoplexia: ſi vero p. 54.
iam invaluerit, et ſymptomata apoplexiae ſublatae ſint, nec indices compreſſionis cerebri occurrant, adhibeantur, eo praecipue in caſu, ſi narcotica morbum p. 56.
induxerint, ſtimulantia, inprimis in nervos, non vaſa ſanguifera agentia; e. gr. ſalia alcalia volatilia, et vegetabilia e *tetradynamia* deſumta; e contrario vero electricitas, balnea frigida, aromatica, reſinoſa, foetida, amara, et cortex peruvianus ad ancipitia remedia plurimis in caſibus Auctori referenda videntur.

Liber II. *adynamias* comprehendit, quarum primae, p. 69.
ſyncopes, rationes remotas duplices eſſe cenſet; unam p. 75.
in cerebro, vel alia parte a corde remota latentem, quae vero interveniente cerebro in cor agit; alteram in ipſo corde haerentem; quibus itaque hicce apta remedia opponit. *Dyſpepſiam* diſtinguit ciborum ap- p. 60.
petitu deficiente, nauſea, interdum vomitu, ſubitis et tranſitoriis ſtomachi diſtenſionibus, variae conditionis eructationibus, ardore ventriculi, et dolore, alvo obſtipata. Adhibet antimonialia emetica, ut removeat cruditates in primis viis obvias, acidum vero praeternaturale corrigit ſalibus et terris alcalinis, in- p. 104.
primis cauſticis, nimia doſi non propinandis, et diaeta; alvoque obſtructae opponit laxantia leniora. Reſtaurant ventriculi tonum, quae vel modo imme- p. 111.
diato in ventriculum agunt, vel ſyſtema nervoſum in genere roborant: ad illa pertinent acida, vitriolicum, muriaticum, et vegetabile deſtillatum; (ut e. g. in aqua picis,) ſalia neutra, inprimis muriatica, aromatica, (quorum vero effectus citius iuſto tranſit,) ama- p. 113
ra, (quorum vero nimis continuato uſu tonus ventriculi, quin totius ſyſtematis, perit; an ab immixta vi narcotica, non liquet;) amara adſtringentibus nupta, ut cortex peruvianus, (qui vero eodem quoque, ut amara, laborare vitio videtur;) tandem chalybeata, et p. 114

inprimis aquae minerales, (quarum vero effectus potius a cauſis concurrentibus derivandi videntur.) Nervorum ſyſtema in genere roborat 1) corporis exercitium, perſpirationem promouens, actionemque excitans vaſorum eius ſuperficiem occupantium, quae
p. 115. inter et muſculares ſtomachi fibras ſingularis adeſſe videtur conſenſus: cavendum vero ab eiusmodi genere, quod corpus fatiget; quamobrem nave vel equo vehi praecipuum eſt. Aliud remedium non ſpernendum 2) frigidorum applicatio; ut aër frigidus, vel bal-
p. 118. neum eiusdem indolis: quae omnia ſaepe quoque dyſpepſiam ſymptomaticam ſanant, cum tonus ventriculo redditus ob conſenſum ſaepe ad reliquum ſyſtema tranſeat.

p. 120. *Hypochondriaſin* definit eſſe dyſpepſiam cum languore, moeſtitia et metu ex cauſis non aequis in temperamento melancholico coniunctum, eamque ab affinibus morbis bene diſtinguit. Cuius cauſam quae-
p. 127. rit in rigiditate quadam ſolidorum, torpore virium nervoſarum, et ſingulari quadam relatione ſyſtematis arterioſi ad venoſum. Infert inde, hypochondriaſin non eadem, ac dyſpepſiam, ratione eſſe ſanandam: rarius in illa adeſſe ſaburram in primis viis, ideoque emeticis rarius opus eſſe; ſaepius vere antacidis,
p. 133. ſupra enumeratis et iisdem purgantibus. Tonica vero, quae in dyſpepſia omnem paginam abſolvunt, hic neque neceſſaria, nec tuta eſſe; deficienti, non tono, ſed activitati, (ut ita dicamus) nervorum eſſe medendum: hypochondriacis rarius balneum frigidum, ſaepius calidum, et potum theae et caffeae proficua eſſe, quae in illa quam maxime noceant: corporis motum utrique morbo prodeſſe. Sed praecipuam conſiderationem poſcere mentis conditionem, cui in ſuetis laboribus, ab affectionibus, anxietate vel defa-
p. 139. tigatione liberis ſit perſiſtendum; (minime vero in contrario caſu) quique alternent recreationibus, cum corporis motu et dexteritate atque ardore quodam coniunctis.

Librum

Librum III. explent affectus ſpaſmodici, quos non dividit Cel. A. in tonicos et clonicos, (quia ſaepe mixti generis ſint,) ſed eosdem, uti vel animales, vitales vel naturales actiones corripiunt, enumerat. Sub *tetani* nomine comprehendit quoque opiſthotonum, emproſthotonum, et trismum, ut unius morbi diverſos gradus, eidemque praecipue opponit opium largiori in doſi etiam ope clyſteris aſſumendum, interpoſitis remediis laxantibus: nec minus moſchum, camphoram, balneum calidum, (cum cautione adhibendum) et ſalivationem mercurialem. Sequuntur *epilepſia*, et *Chorea Sti Viti*, in qua impuberes utriusque ſexus motus edunt convulſivos ex parte voluntarios, plerumque alterius lateris, quam maxime ſingulares, in greſſu pedem alterum ſaepius trahentes, quam attollentes. p. 143 p. 150. p. 165. p. 173. p. 177. p. 227.

Ad morbos ſpasmodicos actionum vitalium referuntur *cordis palpitatio*, (e corde ipſo vel remotis partibus originem ducens,) *dyſpnoea*, et *aſthma* (*convulſivum*), cuius cauſa proxima videtur eſſe praeternaturalis, et velut ſpasmodica fibrarum muſcularium in bronchiis conſtrictio, plenariam harum dilatationem impediens, et rigiditatem quandam inducens. Quod itaque rariſſime penitus ſanatur, allevationis modo capax, cui fini ſaepe reſpondent clyſteres emollientes laxantibus copulati, lenia emetica acceſſum ſaepe praecaventia, ſalia acida et neutra. Vt vero praediſpoſitio ad conſtrictiones ſpaſmodicas et praeternaturalis pulmonum mobilitas et irritabilitas tollatur, tentanda ſunt antiſpasmodica, (gummata vero foetida non ſine cautione) moſchus, aether vitriolicus, inprimis opium, in vero aſthmate (convulſivo) tutum; maximi vero momenti eſt cauſarum occaſionalium paroxyſmos accerſentium evitatio. p. 233. p. 241. p. 247. p. 257. p. 263.

Pertuſſis, a materia contagioſa ſpecifica oriens, in initio requirit interdum venaeſectionem, remedia alvum laxam reddentia, veſicatoria, praecipue autem p. 27 p. 284

 vomi-

vomitoria, (tartarum emeticum:) in morbi progreſ-
ſu idem non perſiſtere videtur ob contagioſam cor-
pori adhuc inhaerentem materiam; ſed ob habitum
p. 290. quendam contractum; cui tollendo inſervit caſtoreum,
moſchus, opium cicutae extractum, inprimis cortex
peruvianus.

Affectibus ſpasmodicis, actionibus naturalibus mo-
p. 294. leſtis, annumeratur *Pyroſis*, epigaſtrii dolore urente,
et copioſi humoris aquei, plerumque inſipidi eructa-
tione, cognoſcenda, ortaque e fibrarum ventriculi ſpas-
mo, vaſa ad maiorem ſecretionem ſollicitante; eam-
que expugnant opium, rarius aether vitriolicus et ſal
alcali volatile. Sequitur *colica*, quae ratione cauſſa-
p. 301. rum remotarum forſan diſtingui poſſet; ſed quoad
cauſſam proximam, i. e. conſtrictionem canalis inte-
ſtinalis ſpasmodicam, eique ſuperſtructam indicatio-
nem curatoriam, eadem eſt, quae ſpasmum ſcilicet
tollere antiſpasticis et actionem inteſtinorum purgan-
p. 307. tibus et aliis quoque modis excitare iubet; praemiſſa,
ſi morbi vehementia id poſcit, venaeſectione. Qua
ex cauſſa ſanant fomentationes, veſicatoria, rubefa-
p. 311. cientia, opium (circumſpectius adhibendum), olea ex-
preſſa, lente purgantia, (ut cremor tartari) ore aſſu-
menda, fortiora clyſmatum ope adminiſtranda (quorum
efficaciſſimum e terebinthina rite paratum videtur)
fumus tabaci, larga aquae calidae, vi quadam, ope ſy-
ringae, iniectae quantitas. (Recentiſſimis tempori-
bus iure ſuo laudantur clyſteres frigidi, vel ex aceto
p. 320. parati) *Cholerae* medentur copioſa diluentia mollia,
ore et ano ſuſcipienda ad bilis evacuationem; qua fa-
p. 330. cta, opiata, parca, ſed repetita doſi conducunt. *Diar-
rhoeam*, cuius ſummus gradus *lienteria* ſit, interdum ex
inteſtinorum inflammatione eryſipelatoſa oriri docet:
p. 349. *coeliacam* quoque pro diarrhoeae ſpecie habet.— Vrina,
p. 364. in *diabete* excreta, ſemper fere dulci ſapore praedita
eſt. Non negat cel. *Cullenius*, eandem interdum com-
binatam eſſe cum affectibus calculoſis, et irrationem

in

in renibus urinae ſecretionem promovere quidem poſſe; ſed inde mutatam urinae conditionem, eamque ſaccharinam, nullo modo explicari; quae potius a vitio quodam aſſimilationis aſſumtorum pendere videatur: rariſſime vero huic morbo mederi, nec, ſi factum, remediis ad eundem hactenus laudatis tribuendum eſſe.

Hyſteria cognoſcitur ventris murmure, ſenſu p. 372.
globi in abdomine ſe volventis, ad ventriculum et fauces adſcendentis, ibique ſtrangulantis, ſopore, convulſione, urina limpida copioſiſſima, animoque maxime vario et mutabili; nec ſoli ſexui ſequiori propria, licet frequentiſſima, eſt, et in utero vel partibus genitalibus ſedem praecipuam habet; eiusque proxima cauſſa ſyſtematis nervoſi mobilitas, a ſtatu ple- p. 384.
thorico utplurimum pendens cenſenda eſt, iisdemque, ac epilepſia, remediis oppugnanda. Finem egregio libro imponunt animadverſiones de *hydrophobia*, de p. 387.
cuius pathologia conſtare cel. auctori non videtur; nec magis de medendi methodo, in eadem maxime fallaci: interim opinatur, maxime ſecurum morbi praecavendi modum eſſe deſtructionem partis a rabioſo cane commorſae; efficaciſſimam quidem protinus in initio, minime tamen etiam aliquot diebus poſt negligendam; omnibus vero remediis, ad hunc diem usque in uſum vocatis, mercurium largius et diutius ex- p. 389.
hibitum palmam praeripere videri. Ineſſe huic noſtro operi plura, quae a receptis hactenus medicorum opinionibus valde recedant, cuique, nobis etiam non monentibus, apparebit facile; interim cum a cel. viro profecta ſint, cui rei medicae penetralia pateant, maxime digna ſunt, quae a doctis viris curatius ponderentur.

VII.

Diſſertations on ſelect ſubiects in chemiſtry and medicine, by MARTIN WALL, *M. D. Phy-*

ſician at Oxford, public reader of chemiſtry in that Vniverſity, and late fellow of new College. Oxford, printed for D. Prince 1783. 8. m. p. 166.

i. e.

Diſſertationes ſuper ſelectis aliquot chemiae et medicinae materiis; auctore MART. WALL M. D.

p. 1. Tria potiſſimum ſunt momenta, de quibus Cl. Auctor mentem ſuam exponit. Primo loco nobis communicat orationem inauguralem, quam praemiſit praelectionibus ſuis chemicis, et in qua ſuper
p. 4. *ſtudio chemiae* diſſerit. Cuius definitiones luſtrans, taxat a BOERHAAVIO et MACQUERO propoſitas,
p. 8. quibus illam Cel. BLACKII praefert, qua chemia dicitur ſcientia, quae experimentis docet effectus mixtionis et caloris in corpora. Cuius ſcientiae utilitatem multiplicem exponit, eiusque hiſtoriam addit,
p. 21. quam a generis humani primordiis fere repetit. Non
p. 33. praetervidet incrementa chemiae, quae eadem debet copioſiſſimis alchemiae, quam vocant, cultoribus; quam vero artem inanem, quin impoſſibilem cenſet.
p. 50. Non diffitemur, totam hancce diſſertationem, cum ſtudio et elegantia conſcriptam, nos non ſine quadam voluptate legiſſe; attamen non invenimus, quae ignota ſint noſtratibus.

Secunda commentatio ſiſtit *coniecturas de antiquitate et uſu ſymbolorum, quibus aſtronomia et chemia ad deſignanda corpora coeleſtia et metallica utitur.* Negat Cl. Auctor, illa ſymbola a chemicis primum inven-
p. 92. ta eſſe, et indicare qualitates intimas metallorum:
p. 95. quae potius referenda ſint ad vetuſtiſſimos aſtronomos, qui corpora iſta coeleſtia ſplendidiſſima haberent
p. 99. habitationes deorum ſuorum. Itaque opinatur, ſo-
p. 100. lem eſſe ſupremo numini, Oſiridi, dicatum; lunam ipſius uxori, matri omnium communi; reliquorum planetarum ſplendidiſſimum primo mortalium inter di-

vos

vos relato, Iovi, cuius ſignum erat arietis cornu; p. 103.
addita cruce, quae columnis impoſita, diverſos inun-
dationis Nili gradus indicabat. Veneri, vel Iſidi, p. 108.
reginae coelorum, ſtellam dicatam ſiſtro eſſe deno-
tatam: Saturni ſignum fuiſſe falcem, in memoriam p. 111.
agriculturae inventoris: planetam, primo heroum p. 114.
conſecratum, a reliquis charactere haſtae et clypei eſ-
ſe diſtinctum: cet. Quibus poſitis, quo modo ſi- p. 126.
gna planetarum ad metalla translata ſint, coniectu-
ris declarare ſtudet Cl. Auctor; cui licet animi ſaga-
citatem et ſingularem cum veteribus auctoribus ſic di-
ctis claſſicis familiaritatem minime denegamus, ta-
men nos fugit, quid inde chemia capere poſſit emo-
lumenti!

Vltimum locum occupant *obſervationes in morbos, in inſulis maris auſtralis praevalentes, praecipue vero in luem veneream, cum animadverſionibus in tempus, quo primum in Europa apparebat.* Cl. Auctor ſub ini-
tium rationes proponit non leves, quibus motus Cel.
I. R. FORSTERVS incunabula morbi venerei quaeren- p. 136.
da eſſe ante tempora Americae detectae contendit;
eundemque inprimis iam ſaeviiſſe prius in maris au-
ſtralis inſulis, quam Europaei illas viſitaverint. Qui- p. 151.
bus vero omnibus Cl. WALL opponit argumenta, contrarium ſuadentia, iisdem vero carere illos poſſe nobis videntur, qui Cel. HENSLERI egregium opus hac de re conſcriptum *) debito ſtudio pervolverunt.

VIII.

Verſuche mit Queckſilber, Silber und Gold, angeſtellt zu Guildfort im May 1782 und beſchrieben von JAMES PRICE, *D. d. A. und Mitgl. der Königl. Societät der Wiſſenſch. — Nebſt einem Auszuge aus* BOYLE'S *Erzählung von einer Degradation des Goldes. Aus dem Engl. — Deſſau, auf Koſten der Verlagskaſſe für*

*) vid Comment. noſtr. Vol. huj. p. 149.

Gelehrte und Künſtler, und zu finden in der Buchhandl. der Gelehrten. 1783. 8. min. pagg. 63.

i. e.

Experimenta circa hydrargyrum, argentum et aurum, auct. JACOBO PRICE; vna cum epitome narrationis BOYLEI de auri degradatione.

Multos magnosque rumores excitarunt haecce experimenta, quae Auctor circa transmutationem hydrargyri in aurum et argentum, argentique in aurum inſtituit. Prodiit libellus, quo illa experimenta prouulgauit, anglice conſcriptus Oxfordiae a. 1782. Apud nos verſio germanica avidiſſime tum a chemiae ſanioris cultoribus, cum ſublimioris alchemiae adeptis arripiebatur. Sed eo magis auctor omnium admirationem mouebat, quum notum eſſet, ipſum eſſe virum clarum, doctum, nulla famae ſiniſtrae labe adſperſum, quem auri ſacra fames ad fraudes ſeducere non poſſet.

In *prooemio* ipſe cauſſas, quibus ad hos conatus ſuſcipiendos appulſus eſt, ac analogias, quae inter veterum recentiorumque ſententias de partibus conſtitutiuis metallorum dantur, enarrat. Tunc teſtes, qui experimentis ipſius circa miram illam transmutationem adſtiterunt, tales eſſe declarat, quibus omnis fides haberi poſſit. Confitetur tamen, ſe feliciorem adhuc exiſtimaturum fore, ſi haec experimenta, quae tam inſueta eſſent, ſententiamque a cunctis fere reprobatam confirmarent, coram teſtibus, quorum ſumma auctoritas valet, ipſa in metropoli inſtituere potuiſſet. At dolet, omnem transmutantis materiae copiam iam conſumtam eſſe, nouamque ob diutinum, operoſum, ſuaeque valetudini infeſtiſſimum laborem, quo illa excoquenda ſit, ſe parare non poſſe. Sed ſpectatorum fidem, ſcientiam, probitatem, ſuamque integritatem incul-

inculpatam fraudumque neſciam ipſum reiteratione experimentorum eximere poſſe perhibet. Vt conciliaret ſuis experimentis maiorem adhuc fiduciam ope ſimilium exemplorum, praemittit epitomen narrationis BOYLEI de degradatione auri ex ſcripto eius minus vulgari, qua drachmas duas auri antea cupellati et fuſi ope pulueris rubicundi, octauam, aut decimam grani partem vix aequantis, mox in aliud metallum, quod ductilitate, colore et inprimis grauitate ſpecifica multum ab auro diſtaret, mutatas eſſe, ille refert. p. 21.

Primo experimento, quod D. PRICE coram IV teſtibus d. VI. Maii 1782 inſtituit, narratur, hydrargyri ſemunciam, in fluxum ex borace carbonisque et nitri fruſtulo paratum in crucibulo haſſiaco, (omnibus antea a teſtibus ſcrupuloſe examinatis), effuſam, poſt inſperſionem grani dimidiati pulueris rubri nec fumos emiſiſſe, nec ebulliiſſe, etſi crucibulum igne candeſceret. Adaugebatur tunc ignis gradus et addebatur adhuc pauxillum boracis per teſtes inueſtigati. Crucibulum poſt ſemihoram ſenſim refrigerari curarunt, et confracto ipſo, in eius fundo repererunt metallum flauum, eiusdem plura fruſtula in ſcoriis, pondere X granorum. Hydroſtatice exploratum iuxta omnium aſſertionem ipſius grauitas ſpecifica vt 20: 1 deprehendebatur; caeterisque omnibus ſicuti aurum genuinum ſe geſſit. Solutio enim huius auri chemici in aqua regis facta cum ſolutione ſtanni purpuram mineralem, vitrum cramesino colore tingentem, exhibuit. Sal volatile cauſticum ex ſolutione eius aurum praecipitauit fulminans; aether vero vitrioli in illius ſolutionem egit, ſicuti in eam auro genuino factam. p. 37.

Secundo experimento coram iisdem et duobus adhuc aliis teſtibus d. VIII. Maii inſtituto eadem quantitas hydrargyri in ſimilem fluxum effundebatur, ipſique leniter calefacto pulueris albi granum vnum inſpergebatur. Omnes nunc hydrargyrum viderunt in p. 44.

fundo crucibuli candentis quietum, nec ebulliens, nec fumans. Crucibulo poſt tres horae quadrantes igne extracto fractoque, multos in ſcoriis diſperſos inuenerunt globulos metalli albi, pondere gr. XIII. Carbonum in hocce experimento nimiam quantitatem pro parando fluxu adhibitam eſſe, Dr. *Price* monuit, ideoque ſequenti die viciſſim inſtituebatur experimen-
p. 46. tum. In ſemunciam hydrargyri iamiam ob fortuitam moram ebullientis iniiciebatur pulueris illius albi granum dimidiatum, ſic ſtatim hydrargyrum ebullire ceſſit, etſi calor gradum ad eius ebullitionem requiſitum ſuperaret. In fundo crucibuli reperiebatur
p. 47. globulus metalli albi, pondere gr. X.

Eodem die, iisdem adſtantibus teſtibus, aliud experimentum cum argento captum eſt. Huic enim in eundem fluxum, vti ſupra dictum eſt, in crucibulo impoſito et fuſo granum dimid. rubri pulueris inſpergebatur. Poſt horae quadrantem crucibulum ex igne trahebatur, quia illud diſruptum inueniebat D. PRICE. Sed metalli globulus in fundo eius nihil amiſerat pon-
p. 48. dere. Poſtero die idem experimentum cum argento repetebatur, eiusdemque XXX granis fuſis iniiciebatur gr. dimid. pulueris rubri. Reperiebatur in fundo crucibuli metallum, quod auro adunatum inuentum fuit. Id quod itidem de argento in priori experimento adhibito comperere. Aurum in hoc illoue inuicem fuſo argenti efficiebat adhibiti octauam partem.

p. 53. Sexto experimento hydrargyri fluidiſſimi unciae duae cum duabus guttulis Naphthae Vitrioli terebantur, et addebatur vnum granum pulueris albi. Hydrargyrum ſpiſſius euaſit, et poſt expreſſionem per pannum remanſit maſſa amalgamae ſimilis, quae tubulo ferruminatorio fuſa exhibuit metallum album, quod XXIV gr. ponderavit, et argentum ſe praeſtitit genuinum.
p. 54. Poſtea loco pulueris albi addebatur hydrargyro puluis ruber et ſimili modo inſtituebatur experimentum. Sic hydrargyri XXIV partes vna tantum parte dicti

pul-

pulueris in aurum genuinum mutatae ſunt. Reiteratis in experimentis coram iisdem aliisque ſpectatoribus ſimiles effectus apparuere.

Omnia tandem, adſtantibus multis teſtibus, repetebantur experimenta, et vna pars pulveris albi quinquaginta partes hydrargyri in argentum; eadem vero quantitas pulueris rubri LX. partes eius in aurum exaltabant. p. 57.

Quocunque in experimento omnia per teſtes, quos in chemia verſatos ex parte declarat Noſter, rite et ſcrupuloſe examinabantur, aut ab ipſis apportabantur. At res euentum habuit tragicum, vti nunc legimus *). Dr. *Price* ſedulo rogabatur, vt experimenta ſua coram teſtibus, qui omnia phaenomena rite meliusque diiudicare poſſent, inſtitueret. Per ſex ſeptimanas nunc aſſiduo pro conficiendo illo puluere transmutante *fruſtra* laborauit. Grauiſſimo tandem moerore preſſus vexatusque hauſtu aquae ex lauro-ceraſi foliis a ſe ipſo deſtillatae vitam ſibi priuauit, annum agens XXVIII. Miſer ipſe amico confeſſus eſt, ſe flagitaſſe, vt magnam ſibi compararet famam nomenque celeberrimum. — Sic vana ſpe luſit alchemiae adeptos eorumque credulam fregit exſpectationem.

IX.

Abhandlung über die Bereitung des Brechweinſteins, von IOH. GEORGE ALBRECHT HÖPFNER. *Mit einer Vorrede von* I. C. WIEGLEB. *Weimar 1782 bey C. L. Hoffmanns ſeel. Wittwe und Erben. 8. 55 Seiten.*

h. e.

Tractatus ſuper tartari emetici praeparatione, Auctore I. G. A. HÖPFNERO.

Libellus hic veluti ſupplementum ad diſputationem BERGMANNI de tartaro antimoniato, Vpſalae

*) vid. CRELLII annales chem. Faſc. III. p. 235.

ſalae MDCCLXXIII defenſam, conſiderandus eſt, vtpote in quo variorum de optima metallici huius ſalis conficiendi methodo ſententiae et recenſeantur breviter, et accurate diiudicentur. Etenim quum HÖPFNERO laudata BERGMANNI diſputatio haud eſſet omnibus numeris abſoluta viſa, ipſe ſibi propoſuit, experimenta quaedam nova inſtituere, ut methodum inveniret, qua emeticus tartarus parari queat, qui et efficax admodum ſit, et virtute ſibi ſemper conſtet. Ac primum quidem, ſua experientia nixus, contendit, cauſam, cur hoc ſal eadem vi haud ſemper polleat, non quidem a partibus illud conſtituentibus, ſed potius a perverſa eius parandi ratione repetendam eſſe; deinde contra BERGMANNUM dicit, qui methodum, quam deſcripſit, optimam, tutiſſimamque cenſuerit, docetque ſimul, plures, easque quodammodo inter ſe diverſas eſſe rationes, quibus produci valde efficax et medicis uſibus peridoneum antimoniale emeticum poſſit. Non repetemus autem, quae Noſter adverſus BERGMANNVM, aliosque chemicos monuit, ſed potius de ipſis, quae inſtituit, ex-
p. 32. perimentis breviter referamus. Scilicet *croci metallorum* recte edulcorati unciam unam cum duabus unciis cremoris tartari, librisque duabus aquae communis in ollam argillaceam immiſit, et omnem hanc maſſam, ſub continua agitatione, leni igne coxit. Iam autem, cum dimidia fere liquidi portio in vapores acta eſſet, aquae libram denuo addidit, hancque affuſionem tam diu repetiit, donec materies per integras decem horas coxiſſet. Immiſit deinde decoctum filtro, et quod haud ſolutum in vaſe manſerat, rurſus cum una aquae libra per breve tempus coxit, ſolutionemque hanc, poſtquam eam filtri ope depuraverat, ſimul cum priori ad puluerulentam ſiccitatem inſpiſſavit, quo facto tartari emetici duas uncias et triginta grana obtinuit. Vt autem de antimonialium particularum in hoc ſale copia Auctor certior fieret,

fieret, puluerem, qui in filtro ſupererat, itidem leni calore exſiccauit, ipſumque duarum drachmarum et ſex granorum pondus habere animadvertit; hinc calcinati antimonii quinque drachmae et quadraginta quinque grana tartaro nupſerant. Patet proinde ex hoc experimento, eam parandi huius emetici ſalis methodum, qua aequales tartari cryſtalliſati et croci metallorum partes adhibentur, omnino ineptam eſſe, cum, ſi dupla cremoris tartari portio ſumta fuiſſet, quaedam antimonialis calcis pars adhuc indiſſoluta reſtiterit.

Aliud experimentum cum *antimonio per ſe calcinato* p. 37. inſtituit; ſumſit enim huius calcis partem unam et duas partes cryſtallorum tartari pulueriſatorum, pulueremque ex horum ingredientium commixtione ortum cum ſufficiente aquae copia ea, quam modo laudauimus, ratione tractauit. Ita animaduertit, calcis antimonii quinque drachmas et quinquaginta duo grana ſoluta fuiſſe atque cum tartaro mixtionem iniiſſe. Non multum ergo differentiae inter hunc emeticum tartarum, illumque, qui cum croco metallorum paratur, intercedere patet; nam uterque fere eandem antimonii calcinati copiam continet. At enim p. 40. vero qui ope *vitri antimonialis* producitur ſtibiatus tartarus, ſemimetallicae ſubſtantiae magis diues eſt, quam illi, de quibus hactenus locuti ſumus; namque cum vitrum antimonii dupla portione cremoris tartari mixtum cum ſufficiente aquae copia Auctor coxiſſet, duos tantum vitri ſcrupulos indiſſolutos remanſiſſe, tartarum emeticum vero vnciarum duarum et quadraginta granorum pondus habuiſſe expertus eſt.

Vltimum experimentum, de quo HOEPFNERVS p. 43. retulit, cum *mercurio vitae* fuit inſtitutum, quem quidem ea ipſa, quam ſupra deſcripſimus, methodo cum tartari cremore commiſcuit et in communi aqua ſoluit. Iam cum duarum horarum ſpatium praeterlapſum eſſet, omnis fere materies ſoluta fuit, quare ſtatim lixiuium depurandum et ſufficiente calore ad ſiccitatem

redi-

redigendum curauit. Emeticus tartarus, quem hoc modo obtinuit, ponderis fuit duarum vnciarum, trium drachmarum et quinquaginta ſeptem granorum, filtro autem ſex tantum grana inerant. Hinc mercurius vitae ad parandum hoc metallicum ſal ipſi vitro antimoniali omnino praeſtat; veruntamen cum hic ipſe mercurius nimis caro pretio vendatur, et praeterea vitrum etiam efficaciſſimum emeticum medicamentum cum tartari cremore, modo recte fuerit tractatum, conſtituat, ſuadendum chemicis antimonii vitrum potius, quam aliam antimonialem calcem, ad hunc finem eſſe Noſter cenſet, eorumque, qui vitrum minus idoneum iudicant, dubia diluit. Ceterum lixiuium, ſiue antimonialis calcis et cremoris tartari in aqua communi ſolutionem, haud quidem cryſtalliſari, ſed potius ad puluerulentam ſiccitatem inſpiſſari Auctor iubet; nam huiusmodi euaporatione emeticum tartarum oriri, qui virtute ſibi ſemper conſtet, cryſtalliſatione non item, experientia multiplici probatum eſſe contendit.

X.

IO. G. ROEDERERI et CAR. G. WAGLERI tractatus de morbo mucoſo, denuo recuſus annexaque praefatione de trichuridibus novo vermium genere editus ab HENRICO AUGUSTO WRISBERG — cum tab. aen. Goettingae 1783. 8. 22. pl.

Notiſſimus omnibus quum jam ſit celeberrimorum quondam virorum ROEDERER et WAGLER de morbo mucoſo doctiſſimus liber, nouam ejus lectoribusque commodam editionem prodiiſſe, Editoris, V. Cl. additamento auctam indicaſſe ſufficit. Praefatio Cel. WRISBERGII 38. paginas comprehendit, et commendationem primum operis, poſt eamque

trichu-

trichuridum hiſtoriam continet. Trichurides ante annum 1760 nemini innotuiſſe, FABRICIUMque HILDANUM non trichurides, ſed lumbricellos aciculares deſcripſiſſe. Media hyeme 1761. ſtudioſus aliquis in theatro anatomico Gottingenſi praeparatione valuulae coli puellae quinquennis occupatus, ex improuiſo vulnuſculum coeco inteſtino, frequentiſſima in cadaueribus trichuridum ſede, inflixerat. Prodibant tunc cum aqua ligatum inteſtinorum fruſtulum replente et reſiduis excrementorum partibus, teneri vermiculi, qui a b. WAGLERO, aliisque ad aſcarides aut ad lumbricos iuniores referebantur. Quum tandem b. ROEDERERO et BUTTNERO hi vermes oſtenderentur, in eo demum hi viri conuenerunt, quod hoc vermium genus pro nouo habendum ſit. Ob filiformem caudam *trichuridum* nomine hi vermes donati ſunt. Quum demum epidemia mucoſa incidente, inteſtina hoc morbo defunctorum diligenter examinarentur, b. ROEDERERVS, quum tales vermes in omnibus paene cadaueribus inueniret, nimis liberaliter forte credidit, eos epidemiae mucoſae adſcribendos eſſe. Ipſe beatus ROEDERERVS Gottingenſi ſcientiarum academiae horum vermium exactam deſcriptionem communicauerat, cuius vero editio morte optimi viri praepedita eſt. Quae WRISBERGIVS de his vermibus in his pagellis tradit, ſpolia ſunt, quorum ex ore praeceptoris ſui recordatur, quum maxima harum obſeruationum microſcopicarum pars eo praeſente in theatro anatomico conſcripta fuerint.

Primi, quos WRISBERGIVS, V. Cl. vidit, in duodeno inteſtino inueniebantur. Eos in vniuerſo inteſtinali tubo, excepto tamen ventriculo, frequentiſſime tamen in coeco inteſtino inuenit. Alii corpus habebant in veram lineam ſpiralem conuolutum, alii leuiter ſolummodo incuruum. Corpus modice craſſum proboſcide prominente et tenuiſſima cauda terminatur. Maxima corporis craſſities ter- Praefat. Wrisb. p. 9.

tiam lineae partem aequat; longitudo corporis ad 7. caudae vero ad 15 lineas accedit. Proboſcis ex inferiori capitis parte prodit parumper incuruata, et vagina incluſa, ex qua magis minusue exſeri poteſt. Ipſa proboſcis in obſcurum canalem continuatur, intra ipſum vermem reconditum, qui in trunco vermis parumper lateſcit lineamque cauam vermis ſequitur. Totius vermis ſubſtantia eleganter granulata apparet. In longitudine eius ſtriae transuerſae ſunt. Per omnem extenſionem corporis longitudinalem canalis decurrit albus materia albiſſima plenus, aliusque adeſt, longe tenuior, in medio vermis, canalis genitalis. In extremo canalis genitalis ouula copioſiſſima inueniebantur in ſpiralibus trichuridibus, incuruae vero nihil ouulorum exhibuerunt. Canalis alimentaris ex proboſcide continuatur. In cauda peculiaris adhuc canalis eſt.

p. 25. Haec omnia a ROEDERERO obſeruata ſunt. Ipſe autem Cl. WRISBERGIVS quum nouas ſaepius ex hoc tempore obſeruationes inſtitueret, inuenit ſpirales modiceque curuatas trichurides duas ſpecies, in eo diſtinctas conſtituere, quod ſpirales proboſcide inſtructae ſint, quam curuatae nunquam oſtendunt. Ambae ſpecies glomeratim ſaepe in inteſtinis aſcaridibus lumbricisque immixtae reperiuntur. Deprehendit ſaepe Cl. WRISBERGIVS glomera ex 15 — 24 trichuridibus conſtantia, quarum longiſſimae caudae tam arcte erant implicatae, vt, vno verme prehenſo, totum glomus ſuſpenſum teneretur. Nunc ea traduntur, quae nouis aliis obſeruationibus circa curuarum trichuridum internam ſtructuram Cl. WRISBERGIVS microſcopio obſeruauit, ea, quae ROEDERERVS obſeruauerat, maximam ad partem confirmantia. *)

XI.

*) Sufficit hic notare aliis O. F. MÜLLERI et GOEZE obſeruationibus probari, partem, quam caudam dixerunt Auctores, de quorum libro retulimus, caput vermis potius eſſe habendum, vermemque ipſum, *Trichocephalum* nominandum.

XI.

Beobachtungen der epidemiſchen und einiger ſporadiſchen Krankheiten am Oberharze, vom Jahr 1777. bis 1782. von LEBRECHT FRIDRICH BENJAMIN LENTIN. — *Mit einem Kupfer. Deſſau und Leipzig, in der Buchhandlung der Gelehrten. 1783. 8. 160. Seiten.*

i. e.

De morbis quibusdam epidemicis et ſporadicis obſervationes, Auctore LEBR. FR. BENJ. LENTIN.

His obſervationibus, quibus partim rari et parum viſi morborum caſus enarrantur, partim morborum frequenter incidentium melior diagnoſis curatioque traditur, introductio praefixa eſt, 28 paginas explens, in qua de aëre, aquis, locis, morbis cet. Clauſthalienſibus et Zellerfeldenſibus agitur. Anno 1781 pauciſſimos morbos in his regionibus obſervatos eſſe. Subinde homines et humidiſſima tempeſtate perdurante parum aegrotare, frequentiſſime vero catarrhalibus febribus malignis cum diſpoſitione ad putredinem aut ad miliarem efflorefcentiam, ſi calor; aut rheumatiſmis bilioſis aliisue morbis bilioſis corripi, ſi frigus hanc tempeſtatem excipit. Autumnales morbos in his regionibus vernalibus longe mitiores eſſe, huiusque rei rationem in oleribus tunc comparatu facilibus latere. De gratiſſimis et corpus mire refocillantibus abietum, floreſcentiae tempore, exhalationibus. Morborum copiam ſemper frugibus horaeis, fragis etc. deficientibus, longe majorem eſſe, quam copioſis his fructibus exiſtentibus. De tuſſi efficacique ad eam medicina cantharidum puluere externe aut dorſo, aut humero applicato. De epilepſia arcenda.

In ipſo opere primum de ictero agitur. Colluuiei bilioſae in ventriculo, hepate et inteſtinis ſigna

adfuerunt, morbusque mitis, nullique mortem inferens, diluentibus lenteque reſoluentibus ptiſanis, tartaro tartariſato cum oxymelle ſquillitico, purgantibus ac roborantibus medicinis ſanatus eſt. Sub finem morbi methodus lente diaphoretica profuit. Rheum parum praeſtitit. In grauidis puerperisque, quae pueros ſuos non lactarunt, malum rebellius extitit.

p. 8. *De febre catarrhali epidemica 1782 (Influenza).* Aëris ſingularis mutatio inprimis ad hunc morbum contulit. De medendi huic morbo, pro varia ejus indole, methodo.

p. 16. *De variolis.* Ipſe Cel. Auctor 32 pueris variolas inſeruit. *Dimsdalii* methodo ad praeparationem, et ad inſitionem antiqua methodo, quae per inciſionem peragitur, (omnibus vtique praeferenda, quicquid Galli cantent) vſus. Hanc methodum ob ſuppurationem ſuccedentem inprimis praeſtare. De variolis naturalibus artificialium inſitionem proxime excipientibus. Accidit ipſi Cl. Auctori, vt filius ipſius poſt inſitas ipſi artificiales variolas a naturalium variolarum contagio corriperetur occidereturque, aliusque et eiusdem Cl. Viri filius in ipſo paene felici variolarum ipſi inſitarum decurſu malignarum contagium ſuſcepit. De praecordiorum irritatione in prima variolarum febre moderanda. Ab hac plurima mala ſymptomata et id inprimis pendere, quod morbidae materiae coctio in ſuperficie impediatur. Vrinae etiam interceptionem ſymptoma ſubinde peculiarem tractationem requirens conſtituere. Aërem moderatum eſſe debere, nimisque frigidum criſibus per cutem obſtare. De bilioſa ſaburra durante eruptione variolarum et poſt eam moderanda. De ſecunda variolarum febre tractanda. Ad vrinae effluxum liberum etiam reſpiciendum eſſe. De oculis in
p. 383. variolaſo morbo affectis tractandis. Collyrium ex melle, cui boracis grana quaedam admixta ſint, inprimis

mis ad variolas in oculis conuenire, difficilem vero ſemper et diuturnam earum curationem eſſe.

Obſeruationes de aquae, in qua ferrum fuſione liquatum in grana redactum ſit, ad varios morbos vſu. Exempla a Cl. Auctore allegata probant, hanc aquam in contabeſcentia articulorum a vi externa exorta, paralyſi perfecta articulorum infernorum, articulorum debilitate et tumore, debilitate poſt malum hyſtericum, morbum nigrum, arthritidem remanente, paralyſi poſt ſaturninam colicam, hyſterica paſſione intenſa cum manuum paralyſi conjuncta, articulorum infirmitate, ſpaſmis in articulis vagis, hemicrania, inſignes effectus edidiſſe; in variis vero vagis muſculorum ſpaſmis, paralyſi toti cuidam familiae familiari, diurna pollutione, articulorum intenſo tremore, articulorum difficili mobilitate poſt apoplexiam parum aegris contuliſſe. p. 55.

De hydrope quaedam, inprimis de ſignis, ex quibus incipiens hydrops cognoſci poſſit. Subinde primas hydropis origines in vrinae interceptione quadam latere. De nimio potu hydropis cauſſa, inprimis de ſpiritus frumenti potu. Viſcerum et ventriculi atoniam ab his ſpiritibus exortam fructuum aurantiorum immaturorum vſum optime curare. Hydropis poſt efflorescentias cutaneas et poſt febres oriundi, rationem ſubinde in atonia cutis paralytica latere. Aſthma, a quacunque demum cauſſa ortum fuerit, in hydropem demum terminari. De hydrope poſt haemorrhagias, a mercurii ſublimati vſu. Qua ratione hydropicorum aquae per aluum educendae ſint. Gummi guttae omnibus aliis medicinis, praemittendis, praemiſſis praefert. De vrina pellenda. Squillam in pectoris hydrope ſemper obeſſe. Alcaleſcentes et acres factae aquae hydropicae quomodo corrigendae ſint. Cremorem tartari, aliaque acida lenia huic aquarum vitio, alcalino quippe, maxime obeſſe. In abdominali hydrope paracenteſin inſti- p. 93.

 tuen-

tuendam eſſe, ſimulac aquae fluctuatio percipiatur; tunc curationem longe melius ſuccedere.

p. 141. De hydrope anaſarca. Eum ſaepiſſime malum paralyticum conſtituere, quod in aliis, aut poſt alios morbos; aut ab humorum diſſolutione ortos, aut poſt eos, in quibus cutis functiones perſpirationisque negotium vitioſa erant, oritur. Mineralia acida, caute data, ei in initiis optime mederi. Vaſis exſpirationi inſeruientibus paralytice affectis, excitantia cutem, vrticationes, fumigationes, frictiones, caet. conuenire. De inciſionibus faciendis.

p. 155. *De polypoſa angina.* Externe in aegris hoc morbo affectis, in initio, ad majorem glutinis congelationem minuendam, vnguentum ad ſcabiem *Werlhofii* applicuit, veſicatorium emplaſtrum intra ſcapulas poni, et laneum pannum camphora impraegnatum pectori imponi juſſit. Interne ammoniacum gummi cum aqua ſolutum et ſenegae radix data ſunt. In progreſſu morbi ſalis ammoniaci ſpiritus datus eſt, et ſolutam glutinoſam materiem emetica medicina feliciter expulit. Eadem methodo et alius aeger ſeruatus eſt.

Ad finem tabulae additae ſunt, modum docentes, quo hiſtoriam morborum ad vſum ſuum priuatum medicus conſcribere poſſit.

XII.

Magazin für die gerichtliche Arzneykunde und mediciniſche Polizey. Stendal. 1782. in 8vo. Erſter Band. Ebendeſſelben Werks, Zweyten Bandes, erſtes Stück. ebendaſelbſt. 1783.

i. e.

Medicinae forenſis et politiae medicae promtuarium.

Manuale in phyſicorum vſum primum conſcribere tentauerat editor Cl. UDEN, cui vero pro-

propoſito quum varia obſtarent, et quum neque politia medica nec ipſa forenſis medicina in libris plene tradita eſſent, promtuarium quoddam condidit, in quo omnia ea colligerentur, quae judicibus iisque, qui rerum politicarum curam gerunt, ſcitu inprimis neceſſaria ſunt. Eam ob cauſſam et opuſculorum lectu dignorum iam impreſſorum, inprimis diſſertationum academicarum opuſculorumque lingua alia, quam vernacula, conſcriptorum verſionem a fine ſuo haud alienam duxit.

Primo autem volumine haec continentur:

De infanticidio tractatio, occaſione celebratiſſimae quaeſtionis conſcripta. Infanticidii crimen hoc inprimis modo auerti debere, vt omnis impraegnationis illegitimae macula deleatur. p. 1.

De melancholia. Eam animi imbecillitatem eſſe ex corporis vitioſo ſtatu ortam, in qua animus a certis externis objectis tam vehementer afficitur, vt perceptionibus ex iis obortis reſiſtere haud queat. De neruea melancholia, eiusque eſſentia. p. 53.

De legali vulnerum per medicum inſpectione poſt homicidium ſumme neceſſaria. Verſio diſſertationis academicae eſt, a *Petro Gerike* 1737 Helmſtadii editae. p. 108.

De *Io. P. Ph. Roſenfeldio*, famoſo fanatico et haeretico Berolinenſi. Educatus maleque in prima juuentute tractatus a paſtore quodam eſt, in eoque forte ratio ſita eſt, quod poſt varia alia infortunia chriſtianae demum religionis aduerſarius euaſerit. Per duos annos poſtea in mente captorum noſodochio detentus dimiſſus eſt, quum nil amplius fanatici in eo perciperetur. Poſtea ſeptem ſigillorum vitae poteſtatem a Deo ſibi traditam eſſe dixit, vt autem haec ſigilla aperirentur, ſeptem virgines neceſſarias eſſe, in quibus ſigillorum ſolutionem ſtupratione tentauit. Tandem ad judicem res a muliere delata eſt, quae tres ipſi filias ad talem ſigillorum ſolutionem dederat. Iu- p. 151.

 dicium

dicium medicum de mentis huius hominis morbo ſequitur.

p. 171. *Aquarum ſoteriarum ad Brunkau examen. Librorum cenſurae.*

p. 239. In altera parte huius operis *de melancholia* tractatio continuata eſt. De cauſis melancholiae natura. De ſpaſmodicae melancholiae, et medicinis ad eam. Plurima ex *Lorry*, V. Ill. opere deprompta ſunt.

p. 350. *De his, quae a phyſicis in terris Boruſſiae regno adſcriptis praeſtanda ſunt.* Formulae ſimul variae iudiciorum, caet. additae ſunt, eaque tota tractatio inter bene elaboratas referenda eſt.

p. 368. *Meieri*, aulae medici Hannoverani ex cadaueris violenta morte occiſi inſpectione iudicium. Ex BALDINGERI, V. Ill. promtuario medico.

De ſuggillationibus et contuſionibus, periculo ex iis rite aeſtimando, iisque curandis.

p. 401. *Cur omnia ad boum luem auertendam hactenus tentata non ſuffecerint.* Principiis inprimis obſtandum, et vbi inualuerit lues, eius inoculationem tentandam eſſe.

Io. Henr. Schulze diſſertatio, qua probatur, *funiculi vmbilicalis deligationem in infantibus recenter editis abſolute neceſſariam eſſe.* Ex latino verſa diſſertatio.

Catalogus eorum, qui Berolini ab anno 1779, vſque ad annum 1780. et ab anno 1780 vſque ad annum 1781. demortui ſunt. Bona vtilisque tabula eſt. Morbi ſimul, ex quo mortui ſunt, additi ſunt.

Librorum cenſurae.

Alterius voluminis prima pars *Cothenii*, V. Ill. *cogitata continet, de neceſſitate mulo-medicinam publice docendi*, ex hiſtoria *Academiae Regiae ſcientiarum Berolinenſis* e gallico translata.

Hiſtoria ſtatusque rei medicae in terris Boruſſorum regno adſcriptis. Bona, imo optima tractatio, notitiam

tiam omnium, quae ad rem medicam in his terris pertinent, maxime diſtinctam continens.

Vogelii de his, qui aqua ſuffocati ſunt, vitae reſtituendis. Ex Ill. BALDINGERI promtuario.

De legibus circa infanticidium in Suecia datis. Et in his terris rigorem legis hodie valde mitigatum eſſe. p. 103.

Noſocomii publici Petropolitani pro pauperibus et inſanabilibus aegris inſtituti hiſtoria ſtatusque. De aliis inſtitutis medicis publicis, inprimis *Tigurino.*

Ex actis judicialibus varia. De aegro morbum ſimulante. p. 135.

Num plumbi in grana fuſio cereuiſiae, quae in loco huic fuſioni vicino paratur, nociuas qualitates impertire poſſit. Poſſe aliquid nociui in cereuiſiam ex plumbo redundare utique adſeritur. p. 144.

Librorum cenſurae.

De cloacarum exhalationibus noxiis.

Vita litteraria Dn. de *Chamouſſet.*

XIII.

Gazette de Santé, *oder gemeinnütziges mediciniſches Magazin für Leſer aus allen Ständen, und zum Beſten einer Privatanſtalt für arme Kranke herausgegeben von* IO. HEINR. RAHN. *Med. Dr. Erſter Jahrgang, I — VI. Stück. Zweyter Jahrgang I. und II. Stück.*

i. e.

Promtuarium medicum in vſum lectorum cuiuscunque conditionis editum a IO. HENR. RAHN. Annus I. Pars I — VI. Annus II. Pars I et II.

Hoc periodico opere, in quo partim propriae Cl. editoris aliorumque medicorum lucubrationes, partim et ex variis bonis libris varia continentur, doctrina de natura corporis humani, de conſeruanda bona valetudine, de valetudine morbisque cuique ho-

minum conditioni opificioque propriis, de infantum educatione, ſimulque regulae traduntur in morbis quoad diaetam et medicamentorum vſum obſeruandae, hoc tamen reſpectu habito, vt liber non medicis proprie inſeruiat, ſed communem vſum habeat, quem in finem et hic liber ob argumenti bonam pertractationem merito commendari debet.

Primum *hominis hiſtoria naturalis* traditur bene elaborata, vt ii, qui medicinam non didicerunt, multum ex hac tractatione commodi exſpectare poſſint.

p. 39. *De corporis cura infantum diligenter gerenda*, de parentum cura, quam, foetu nondum in lucem edito, gerere debent. De tempore ad matrimonium contrahendum maxime opportuno (anno vigeſimo). Matrimonium tantum ſanos contrahere debere. De veſtimentorum, inprimis in ſexu ſequiori, cura.

p. 71. *De bona valetudine conſeruanda.* Ex *Frankii* ſyſtemate politiae medicae.

De litteratorum valetudine tuenda. Ex Cll. virorum *Tiſſoti*, *Ackermanni*, *Leuthneri* et *Frankii* libris.

De artificum morbis, ex *Ackermanni* libro.

p. 122. *De inſitionis variolarum in patria Cl*[i] *Auctoris vrbe progreſſibus.*

Catechiſmus, in quo praecipua de variolarum inſitione, in eorum vſum, qui rus colunt, traduntur, auctore Cl° *Aepli.* Egregie elaboratum opuſculum eſt, ad cuius normam plures iam in Heluetia variolas feliciter ſuis inſeruerunt.

De periculo ex ſecundinis in vtero reſiduis, eodem V. Cl° auctore. Caſus ſimul, catechiſmi forma, in quibus ſecundinarum extractionem tentare conuenit, remediaque in variis caſibus adhibenda bene traduntur.

Varia ex ſcriptis medicis in communem vſum conſcriptis, aliaque.

p. 267. *Tertia* et *quarta primi anni* parte hominis naturalis hiſtoria continuatur, et de corporis infantum cura diligenter gerenda vberius agitur. De his, quae in

in ſexu virili obſeruanda ſunt, de manuſtuprationis noxis, caet.

De ſecunda valetudine conſeruanda, inprimis de ſignis bonae ex omni parte valetudinis. p. 333.

De agyrtis et circumforaneis, auctore Cl° *Aepli*, Plurimae talium circumforaneorum et ex vrina medicorum hiſtoriae partim a Celeberrimo auctore, partim ab editore traduntur. p. 344.

Varia ex ſcriptis et alia ſequuntur.

Quinta et *ſexta* pars continuationem naturalis hiſtoriae exhibet, in qua inprimis de vitae tempore et duratione agitur. p. 520.

De medicis ocularíis circumforaneis, auctore Cl° AEPLI. Continuatio tractationis de agyrtis eſt, in qua plura infelicium ab his hominibus temere ſuſceptarum curationum exempla traduntur.

De variis animi morbis, eorum originibus optimaque eos curandi methodo, editore V. Cl. auctore.

De corporis infantum recenter editorum cura gerenda. De his agitur, quae grauiditatis tempore agenda ſunt.

De variolarum inoculatione Cl. *Scherb*, agit.

De valetudine conſeruanda. Ex libris varia, variaque alia ad inoculationem variolarum, putredinis per acetum correctionem, medicos ex vrina, caet. pertinentia.

Secundi anni pars *prima* et *altera* edita eſt. In ea hominis naturalis hiſtoria continuatur.

De variolarum inſitione, argumentisque pro ea aut contra eam maxime vrgentibus. Doctiſſima tractatio, in qua *Sellii*, *Metzgeri*, *Platneri*, aliorumque argumenta examinantur.

In *Pauli* quendam locum, Epiſt. ad Timoth. 2, 12 — 15.

Morbi cuiusdam hiſtoria, in vſum eorum, qui in pſychologia occupantur.

De morbis artificum ex *Ackermanni* libro.

Ex libris varia. De magicis rebus, caet.

XIV.

Aufſätze und Beobachtungen aus der gerichtlichen Arzneywiſſenſchaft, herausgegeben von IOHANN THEODOR PYL — *Erſte Sammlung. Berlin 1783 in 8v. 272 pag.*

i. e.

Diſſertationes et obſeruationes ad medicinam forenſem ſpectantes. editae a IO. THEOD. PYL.

Varios caſus hic liber continet raros ſubinde lectuque digniſſimos cum doctiſſima epicriſi. Obſeruationes autem, quae in hoc tomo occurrunt, ſequentes ſunt:

Conthoralium, qui in lecto demortui reperti ſunt, legalis inſpectio cadauerumque ſectio. Mortis probabilis cauſſa carbonum vapor fuit. Ventriculus vehementer inflammatus, vaſa ſanguine diſſoluto, ſpumoſo turgida, cerebri vaſa turgidiſſima fuere; in pectore ſanguis extrauaſatus ſpumoſus, repertus eſt. Ventriculi in his cadaueribus inflammationem ab humorum acrimonia intenſa jam antea praeſente ortam eſſe Noſter putat, nulla plane veneni ingeſti ſuſpicione praeſente.

p. 29. *Panis venenati falſa ſuſpicio* in altera obſeruatione enarratur. Alius veneni dati accuſationis, pariter falſae, hiſtoriam tertius caſus continet.

p. 43. *Mortis ex arſenici cum aqua ſolutione externe ad ſcabiem profligandam adhibita* in puero quinque annorum hiſtoria. In inciſo cadauere pulmones inflammati, ſanguine referti, cor eiusque vaſa ſanguine pariter turgida, inteſtina aëre diſtenta, parum inflammata, durae matris cerebrique vaſa ſanguine tali modo referta diſtentaque inuenta ſunt, vt ſanguis, cerebri ſubſtantia inciſa, copioſe profunderetur. Plures ſimul hiſtoriae ex auctoribus citantur, quibus arſenici externe corpori applicati mortiferi effectus probantur. (Nos

nuper-

nuperrime diram capitis inflammationem externam immanemque dolorem in puero tredecim annorum obſeruauimus lactisque calidi copioſiſſimo fotu ſanauimus, qui circumforanei ſuaſu, cobalti puluerem capiti variis in locis exulcerato inſperſerat.)

Mortis ex arſenico dato hiſtoria, cadauerisque inciſio. Modi, quibus ea, quae in corpore eorum reperiuntur, quos arſenici ſumti ſuſpicio premit, examinanda ſunt, praeclare enarrantur, et quam cauti phyſici in talibus caſibus eſſe debeant, exemplis demonſtratur. Probatur inprimis, vapores iſtos allium redolentes arſenici ſumti ſignum certum haud eſſe, certaque ſigna, experimentaque traduntur, quibus arſenici praeſentia cognoſci poteſt. p. 53.

Singularium ſymptomatum mortisque poſt altheae paſtam effoetam ſumtam hiſtoria. Intenſus vomitus, ardor, delirium, neruorum diſtenſiones, caet. mortem praeceſſerunt. Sanguis in ventriculo pectore, cerebro accumulatus et in toto corpore diſſolutus repertus fuit. Inflammatio nulla. Aliud etiam exemplum noxarum ex paſtae altheae ſitu nimis diuturno corruptae eſu ortarum adducitur. p. 70.

De noxis ex euphorbii puluere externe corpori applicato.

Morbi mortisque ex opio ſumto hiſtoriam octaua obſeruatio continet. Cadauere inciſo ſumma putredo obſeruata eſt. Inteſtinalis tubus aëre valde diſtentus, ventriculus tumidiſſimus, in interna ſua ſuperficie valde inflammatus, hepar variis locis maculis ſubnigris foedum, bilis putrida, lien admodum fragile inuenta fuere. Omnes abdominales venae ſanguine nigro fluidoque tam valde diſtentae fuere, vt duplo craſſiores, quam in ſtatu naturali, eſſent. Pleura inflammata, cor praeternaturalem in modum dilatatum, cerebrique vaſa omnia ſanguine refertiſſima fuere. Opii grana LX hic homo ſumſerat, quem apoplexia ab opio inducta mortuum eſſe Noſter putat. p. 84.

Alia adhuc morbi mortisque ex opio hiſtoria traditur. Emetico dato aeger opii partem quidem maximam vomitu reddidit, verum alui obſtructio ab inteſtinorum paralyſi inducta tam pertinax remanſit, ut, gangraena et totius corporis rigore demum obortis, decimo poſt opium aſſumtum die, aeger animam redderet. — Epicriſis ſymptomatum ex opio nimia quantitate ſumto hiſtoriam, iisque medendi methodum continet. Fortis emetica medicina omnibus praeferenda eſt; eaque via natura ſubinde ſeipſam ab inimiciſſimo hoc ſibi veneno liberat. Nos juvenem curavimus, qui ad mortem ſibi conſciſcendam XC. grana opii puri veſpertino tempore devoraverat. Peſſima ſymptomata, ingens totius corporis rigor, nervorum diſtentiones, continuumque delirium ſtatim ſequuta ſunt. Septima poſt opium ſumtum hora vomitus ſpontaneus, copioſiſſimus obortus eſt, eoque opii non ſatis exacte triti fruſta plurima ejecta ſunt. Febris poſtea hunc hominem corripuit putrida, nervoſis ſymptomatibus ſtipata, cum vitae periculo maximo conjuncta, poſt XXXV. demum dies convenientibus medicinis, peruviano inprimis cortice et vitrioli acido meraco aut dulcificato, ſanata. Verum tam tarda lentaque digeſtio, tantaque virium defectio remanſit, ut poſt integrum annum elapſum aeger nondum penitus convaluerit.

Ad vaſorum diſtentionem avertendam Noſter venaeſectionem, medicina praemiſſa, ſuadet.

Pluribus denique caſibus expoſitis, ad infanticidium, remque obſtetriciam, quatenus ad medicum fo-

p. 219. renſem ſpectat, pertinentibus, XXIII. et XXIV. obſervatione *de impotentia virili* agitur, eaque obſervationibus quibusdam ſingularibus illuſtratur.

Num epilepſia correpti matrimonium inire poſſint, XXV. obſervatione expenditur. Concedi his poſſe matrimonium, ſana parte conſentiente; raro tamen epilepticos matrimonio ſanari.

Obſer-

Obſervationes et experimenta meloës majalis vim ad hydrophobiam concernentia, auctore SCHÖNWALD Med. Dr. libro annexa ſunt. Primum ſymptomata exponuntur, quibus infectio a rabidi animalis morſu in hominibus cognoſci poſſit. Vidit Cl. Auctor hydrophobiam in virgine ante XXIV. hebdomades morſu rabidi canis laeſa. Primum autem ſymptoma poſt morſum dolor intenſus in lacerata parte eſt, totum ſenſim corpus occupans. (In omnibus demorſis, quos vidimus curavimusque, dolor haud valde intenſus fuit. Vidimus adeo manum alteram ſine magno dolore tali morſu dire laeſam, neque profunda vulnera cum ſubſtantiae deperditione ori illata vehementer doluerunt.) Signa poſtea, quibus canum rabies cognoſci poteſt, exponuntur, et exempla demum plurima medicinae efficacem ad hunc morbum vim in hominibus animalibusque probantia adducuntur. p. 240.

Finis operi obſervatione plane ſingulari imponitur infantis ſtatim poſt partum, reſciſſo, et non ligato funiculo umbilicali, in ciſtam ſepoſiti, ex eaque poſt ſex horas, quum vitam adhuc ageret, ſanus vegetusque eſſet, extracti.

XV.

IOHANN DANIEL METZGERS — *Grundriſs der Phyſiologie. Zwote, umgearbeitete und verbeſſerte Auflage. Königsberg 1783. 8. 211. pagg.*

i. e.

Primae lineae phyſiologiae, auctore IOANNE DANIELE METZGER.

In hoc libro Cl. Auctor ſingulari ſtudio omnia in phyſiologiae diſciplina recenter inventa diligenter collegit, jam antea ab HALLERO aliisque dictis adjunxit, hocque modo mole quidem paruum, verum argumenti grauitate prae aliis multis conſpicuum lectu-

que

que digniſſimum opuſculum condidit, in quo laudabili breuitate principes phyſiologiae doctrinae praeclare traditae ſunt.

Epiſtola ad SPROEGELIUM, Berolinenſem profeſſorem celeberrimum, praemiſſa eſt, in qua, quid ad bonum et utile phyſiologiae compendium requiratur, ſimulque, quid in HALLERI primis lineis phyſiologiae deſideretur, ſuccincte exponitur, breuiſſimaque phyſiologiae hiſtoria praemiſſa, in praelectionibus academicis ulterius illuſtranda, *prima ſectione* de hominis hiſtoria naturali agitur. Varietates hominis quinque ſunt. Loquela, riſu, fletu, inprimis autem ſenſibus perfectis magis, greſſu erecto indeque pendente partium ſingulari forma ab aliis animalibus homo diſtinguitur.

Partium corporis humani analyſi chemica expoſita, in qua fixo aëri cohaeſionis partium cauſa non adſcribitur, de fibra, tela celluloſa, membranis, cet. agitur. Vires, quae humano corpori viuenti inſunt, *vis vitae* et *vis neruea* ſunt. *Vitae vis* quoad ſuam naturam nobis incognita in omnibus corporis partibus praeſens eſt, corporis partes ad functiones ſuas exercendas et ad ſibi noxia remouenda aptas reddens. Ea et poſt mortem adhuc in ſenſus incidit, in omnibus corporis partibus, oſſibus, cet. exiſtit, in muſculis vero *irritabilitate Halleriana* ſeſe manifeſtat. Conſenſus partium ex connubio vis vitae et nerveae oritur, tela celluloſa tamen, ſtructurae analogia, ſanguifera vaſa, cet. etiam aliquid ad eam conferunt. De temperamentis.

p. 15. Altera ſectione *actiones vitales* comprehenduntur, primumque de ſanguinis circulatione, et de ſanguinis indole agitur. Sanguineos rubicundos globulos ſanguinis partes conſtitutiuas haud, verum tantum particulas ſanguineas rubicundas eſſe aqueae parti innatantes, neque hoc verum eſſe, quod globuli rubri in flauos hique in albos diſſiliant. Sanguis in vaſis

vivi

vivi animalis detentus vitali quadam aut irritabili vi praeditus eſſe videtur, eaque vitalis vis ex ſanguine emiſſo vaporum forma in aërem forte aſcendit. Rubor ſanguinis a phlogiſtico principio pendet. Caloris animalis ratio in ſanguine hoc tamen modo ſita eſt, ut et neruea vis multum ad eum conferat.

Cordis anatome functionibusque ad ſanguinis circulationem, organorum reſpirationi inſeruientium, pectoris oſſei, diaphragmatis, pulmonum, aſperae arteriae anatomica hiſtoria, aërisque qualitatibus ſuccincte traditis, de reſpiratione agitur. Quantum pulmones ad ſanguinis indolem conferant, ex comparatione ſanguinis animalium frigido et calido ſanguine praeditorum perſpici poteſt, ex eaque comparatione patet, pulmones ad ſanguificationem maxime conferre. In pulmonibus ſanguis refrigerari haud videtur. Calorem ſanguinis a phlogiſto pendere admodum probabile eſt. Arteriarum poſtea, venarum et vaſorum lymphaticorum fabrica uſusque exponitur, hisque praemiſſis de ſecretionibus agitur. Quamvis autem omnium humorum ſecretorum principia in ſanguine jam inſint, ſecreti tamen humores, priusquam ſecernantur, in ſanguine non adſunt. Vires autem ſecernentes non in vi quadam attractili, aut gravitate ſpecifica quaerendae ſunt; poſitae potius in viva quadam vi ſunt, quae in *vi ſeparatoria*, *praeparatoria*, *ſecretoria* et *denuo ſecretoria* conſiſtit.

Tertia ſectione *animales functiones* pertractantur. p. 71. Primum de cerebro et neruis agitur, poſtea autem cerebri nervorumque functiones exponuntur. Senſorii communis ſedem nobis incognitam eſſe. Nervos non tanquam chordas tenſas agere, dubios tamen et hodie adhuc ſpiritus animales eſſe: ſanguinis enim quantitate cerebro advecta non neceſſario ſequi, ut ſecretio quaedam in eo peragatur, aliaque argumenta, quae in vitalium ſpirituum favorem adducantur, pariter dubia eſſe. Praeſtare itaque nerveam vim cerebro

rebro nervisque propriam, quoad naturam ſuam ignotam, verum ſecundum certas, nobis vero plane incognitas leges agentem vim dicere.

Senſationis theoria, organorum ſenſibus externis inſervientium anatome, ſenſuumque, qui in his organis locum habent, theoria expoſitis, ad *internos ſenſus* tranſitus eſt. Animae ſedes veroſimiliter in medulla oblongata quaerenda eſt. Cerebri diverſam magnitudinem, ſpecificam gravitatem cerebri variam, variam cerebri et cerebelli rationem multum ad animi facultates mutandas in hominibus et animalibus conferre certum eſt.

p. 123.

p. 130. Voluntariorum motuum theoria ſingulari capite pertractatur. De muſculorum ſtructura et vi iis inſita, elaſticitate et irritabilitate.

p. 140. *Naturales actiones* quarta ſectione exponuntur, primumque de alimentis et maſticatione agitur. Hominis ſtructuram eam eſſe, ut alimentis partim animalibus, partim vegetabilibus veſci poſſit. Salivae qualitates et actiones in cibos traduntur, poſteaque, quid in ciborum deglutitione accidat, exponitur. Ciborum in ventriculo mutationes bene deſcribuntur, diligens tamen expoſitio modi, quo cibi ſenſim in animalem ſubſtantiam convertuntur, deſideratur.

De bilis et hepatis functionibus copioſe agitur, nec non de ſanguinis in portarum vena contenti qualitate. Lienis uſum dubium adhuc eſſe. De inteſtinorum, vaſorum lacteorum, meſenterii, cet. fabrica et functionibus.

p. 165. Quinta ſectione *de excretionibus* agitur. Fecum aluinarum excretione expoſita, de urinae ſecretione et excretione, analyſi urinae chemica praemiſſa, agitur. De inſenſibili perſpiratione, ſudore, materiaque, quae exſpiratione e pulmonibus educitur (cuius tamen parcam tantum Cl. Vir mentionem facit.)

p. 177. *De iis, quae ad propagationem generis humani pertinent*, ſexta ſectione agitur. Primum, quid vir ad

gene-

generationem conferat, exponitur. *Tenſionem* coitu durante tantum in corpore cavernoſo penis inferiori produci. Debilitatem ex coitu a nervorum conſenſu (non a nobiliſſimi humoris profuſione?) oriri. Videtur Cl. Auctor ſemini virili propriam, activam, vivam, irritabilitati analogam vim, qua ovulo muliebri vitam inferre valet, tribuere; et ſpermatica animalcula, recentioribus obſeruationibus magis confirmata, negare.

De virginum partibus genitalibus. Irritabilitas valde magna utero tribuitur a muſcularibus fibris probabili modo praeſentibus deriuata. Corpus luteum poſt primam conceptionem (obſcuro paululum ſenſu, quum, WRISBERGIO, aliisque docentibus, poſt quamvis conceptionem corpus luteum naſcatur) in ovariis generari. Menſtruus fluxus periodicae uteri plethorae tribuitur. De eo, quod in partibus genitalibus accidit, vt conceptio ſuccedat, deque ipſa conceptionis theoria nihil certi traditur, phaenomena tantum exponuntur. Superfoetationem poſſibilem haud eſſe.

Matris imaginationis vis in foetum non plane negatur. Partus hiſtoria tradita, ea exponuntur, quae in foeminis poſt partum accidere ſolent. Tandem de differentia foetus et neogeniti agitur.

De nutritione. Nobis incognitum eſſe, quinam humor nutritioni quarundam partium inſerviat. Secretionum legibus eae inprimis partes ſanguinis ad has partes adferuntur, quorum nutritioni inprimis inſervire debent. Hae partes nutrientes vi vaſorum partis ipſius ulterius praeparantur, parti aſſimilantur poſtſteaque apponuntur.

Poſtremo de incremento, ſtatu et decremento corporis humani agitur. Decrementi inprimis cauſae bene exponuntur. p. 209.

Paulo prolixiores in argumento hujus libelli enarrando eam ob cauſam fuimus, ut, quanta rerum uti-

 lium

lium ſcituque neceſſariarum copia in tam anguſto pagellarum ſpatio incluſa ſit, lectores eo melius perſpicere poſſent. Liber ceterum aphoriſmorum forma, nervea brevitate talique modo conſcriptus eſt, ut paucis verbis rerum copia magna comprehendatur.

XVI.

De limitandis laudibus et abuſu moſchi in medela morborum diſſertatio, auctore BALTHASARO LVDOVICO TRALLES, medico Vratislavienſi, Vratislaviae 1783. 8. 150 pagg.

Moſchi hiſtoriam LVCAS SCHROECKIVS doctiſſimam primum dedit, quumque eo tempore *Academiae Imperialis Naturae Curioſorum* collegae in corporibus ex tribus regnis naturae illuſtrandis ſingularem operam impenderent, et eorum quisque, in corpore naturali ſuo, quod elegerat, vires ſalutiferas magnas mirasque qualitates inuenire putaret, factum inde eſt, vt et moſcho plus virium adſcriberetur, eaeque liberaliter nimis commendarentur. Moſchi famam noſtris temporibus inprimis auxit *Praxis Londinenſis*, moſchum largiter ad hunc diem exhibens. Factum inde eſt, vt facili nimis fiducia et coeco amore hoc medicamentum in morbo qualicunque exhiberetur, vtque omnium medicorum paene opera laudibus virium et virtutum, quas moſchus haud poſſidet, plena eſſent. Inualuit ſane peſſima aegrisque maxime damnoſa conſuetudo in Germania, vt medici medicinis ab exteris, falſis ſaepe experimentis, aut non ſatis fidis, laudatis, fidem maximam adhibeant, bonis vero, probatis et efficacibus omnes paene laudes demant.

p. 21. „*Moſchus ſumma et ſtupenda plane vi agit in neruos totumque eorum ſyſtema peruadit et commouet.*" Subtilitatis effluuiorum moſchi exempla plura adferuntur.

runtur, ex eiusque effectibus generalioribus demonſtratur, moſchum feminis delicatioribus plane non dari viris vero non ita promiſcue poſſe, nec in noſocomiis adhibendum eſſe, quum odore ſuo fragrantiſſimo cubicula omnia inficiat, ſicque varias difficultates inducat.

„*Moſchus circulationem ſanguinis celeriorem reddit* „*et fortiorem, eaque propter etiam calorem in corpore* „*auget.*" Hoc theorema teſtimoniis auctorum copioſiſſimis confirmatur, omnesque medici, qui ad pulſum in febribus excitandum moſchum praeſcribunt, eo ipſo profitentur, quod calefacientem et ſanguinem commouentem virtutem ipſi inhaerere credant.

„*Moſchus ſanguinem expandit, rarefacit eiusque* p. 32. „*volumen auget.*" Ab his moſchi hactenus enarratis viribus eius vis aphrodiſiaca pendet.

„*Moſchus ſanguinem ad caput congerit, vaſa eius* „*eo obruit et diſtendit, grauitatem eius, ſomnolentiam,* „*temulentiam inducit, tum et illum ſimul trudit ad pe-* „*ctus, in quo oppletionem et anxietatem excitat.*" Ipſe omni modo venerabilis auctor ex moſcho in aſthmatis conuulſiui inſultu exhibito tantam capitis grauitatem obſeruauit, vt plumbeum aegro caput eſſe videretur. Inſignem capitis a moſcho propinato in dyſenterico cum viſus obnubilatione perturbationem vidit, puellaque ſub vſu moſchi per aliquot dies ſibi non conſcia fuit, tandemque, ceſſante eius vſu, ſibi reddita eſt. In eodem ſtatu vir per quinque dies, a moſchi vſu permanſit, et ſomnolentus, temulentus, delirans demum obiit. — Moſchi effectus paene iidem ſunt, ac opii, ita vt et opio moſchus, dum debita doſi exhibetur, ſubſtitui queat.

Generalioribus his de moſchi viribus et qualitatibus p. 45. medicis praemiſſis, ad ſingulares morbos, ad quos moſchus ab auctoribus medicis laudatus eſt, Noſter tranſit.

 Pri-

Primum de *hydrophobia* et laudato ad eam *Sinenſi puluere* agitur.

Sinenſium autem medicina tam manca, ridicula omnique vero experimento deſtituta eſt, vt pollicitationibus eorum parum fidei tribuendum ſit. Moſcho vires adſcripſerunt, quas certe non poſſidet, et tamen eorum de hoc medicamento nugae in Anglia fidem inuenerant facilem. Nullus haeret Noſter, quin moſchum non ſaltem nil boni in hoc morbo praeſtare, ſed certum nocumentum afferre, conuictiſſimus declaret. Nemo hactenus aſſeruit moſcho vim hoc rabidi canis venenum deſtruendi ſpecificam ineſſe, adeoque mercurius (aliaeque efficaciſſimae medicinae) ei longe praeferendae ſunt. — Dubium praeterea adhuc eſt, num calidae medicinae omnes ad morbum auertendum valeant, in quo frigidae medicinae effectus maximos edunt. Praeſtantiſſimi medici morbum ceu ſumme inflammatorium tractari volunt, moſchus autem inflammationem producit, neque ob vim ſuam, qua ſanguinem ad caput pellit, tuto in morbo dari poteſt, in quo humores maxima vi ſuperiora petunt.

p. 59. Maximam autem famam moſchus in morbis conuulſiuis ſanandis acquiſiuit, verum paradoxum videtur, moſchum in paralyſi aeque ac in conuulſionibus laudari. Neque vlli conuulſionum cauſſae moſchus aduerſus eſt, nec ad neruorum motus ſedandos dari poteſt, quum praeternaturales neruorum motus potius concitet. In epilepſia dari nequit, quum cauſſas morbi non tollat, et ſi antiſpaſmodicis in hoc morbo ſanando medici indigeant, eorum praeſtantiorum copia detur. Ad hyſtericum morbum non valet, quum omnes hyſtericae neruorum ſenſilitatem ſummam habeant, moſchus autem neruos moueat, nec a feminis facile ferri poſſit. Nec in mania conuenit, eius cauſſis non aduerſum deſperatumque in deſperato et miſerrimo aegrorum ſtatu remedium, nulli indicationi ſatis faciens, morbumque augens. Conſtitit noſtris

ſtris temporibus, maniam maxime refrigerantibus curari, aceto deſtillato, fotibus frigidis capiti impoſitis, caet. moſcho vero et opio contraria plane curationi praeſtantur.

Medicus, qui omnes phyſicos moſchi affectus ante oculos habet, eum in *morbis acutis*, inflammatoriis certe, non adhiberet, et tamen factum eſt, vt et ad hos morbos ab egregiis viris laudaretur. Concipi autem fere non poteſt, qua ratione remedium ſumme penetrans, circulationem ſanguinis cito et inſigni modo augens, irritans, reſoluens, commotum ſanguinem ad viſcera vitalia vehementer pellens, verbo, eosdem, ac ipſa febris, effectus in corpore producens, febri ſanandae aptum et par remedium haberi queat. Nec delirium ſanare poteſt remedium, quod ſana capita turbat. p. 108.

Quodſi denique et moſchus eam ob cauſſam in febribus laudatur, quod ſudorem promoueat ſalutarem ſymptomataque perniciosa praeſocantem, ex SYDENHAMI aliorumque omnium obſeruationibus clarum eſt, ſudoribus in febribus imprudenter excitatis plurimos morti traditos eſſe. Sed praecipue ad febres malignas et putridas moſchus laudatur, et alexipharmaca illi vis prae aliis longe eminens tribuitur. In veteribus autem iam multi fuere, qui malignitatem acutarum non ſolum non ab eo corrigi, verum potius augeri aſſeuerarunt; Anglorum vero auctoritate recentiores medici inprimis ſeducti ſunt, vt huic remedio ad hos morbos vires, quas non poſſidet, tribuerent. Pulſus quidem et ſanguinis circulatio in hoc morbo augeri debent, verum hoc non moſcho, ſed remediis excitantibus ſimulque putredini aduerſis, quae indicatio in his morbis omnibus princeps eſt, obtinetur. Nec in conuulſionibus febrilibus multum valuit, omnesque, qui eum ad eas laudant, et alia ſimul magis probata remedia commendant. Exanthemata febrilia certe quidem expellit, verum quid

quaeſo boni ex his ſanguinis diſſoluti ſymptomatibus euidentiſſimis exſpectari poteſt? Praeſtat in his morbis moſchi loco camphoram, myrrham, corticem Peruuianum (acida mineralia) in vſum vocare, quam calidiſſima hac medicina ignem vix exſtinguendum augere.

p. 174. In variolis parum leuaminis moſchus ſemper attulit. Nec, quod ipſe Noſter expertus eſt, collo appenſus variolas benigniores reddidit.

Cephalicum remedium, quod cerebrum et neruos, eorumque fluidum grato ſtimulo excitet, et moueat, vel cerebrum neruosque roboret, moſchus haud eſt, atoniam potius cerebri et neruorum producit.

In apoplexia moſchus nullo modo exhibendus eſt. Antiparalyticam vim illi quidem medici tribuerunt, verum diligenter diſtinguendum eſt inter paralyſin calidam frigidamque, moſchusque in calida paralyſi nullo modo adhibendus eſt.

p. 137. Nec in aſthmate conuulſiuo moſchus a probatis medicis laudatur. In conuulſiua tuſſi non tam efficax, quam emeticae medicinae et cortex Peruuianus eſt. (Nos morbum manifeſte augeri ab eo in epidemia verna 1782. vidimus.) Nec phthiſicis prodeſt.

Vt autem iuſtum moſcho pretium ſtatuatur, tanquam probatum Noſtro eſt, opio et moſcho inter ſe, effectuum ratione, arctiſſimam ſimilitudinem intercedere, adeoque et moſcho, ceu debiliori medicamento, incertaeque efficaciae, haud opus eſſe, quum omnia, quae a moſcho exſpectantur, opium felicius et certius praeſtet. Accedit, quod moſchus, ob peculiarem odorem, pluribus inimicus ſit. — De doſibus moſchi, genuinique veris qualitatibus, et adulterato (ſanguine inprimis variorum animalium) cognoſcendo.

Liber TISSOTO, veteri Noſtri amico, inſcriptus eſt. Eum non ſine magna voluptate legimus, et noſtris obſeruationibus cum moſcho inſtitutis probantibus,

parum

parum vtique praeſidii ex medicamento exſpectandum eſſe, quod a pluribus, in ſummo mortis periculo, ceu ſacra ancora, adhibetur.

XVII.

PETRI IOANNIS VASTAPANI — de china china in ſynochis putribus animadverſiones. Argentorati 1783. 8. pag. 162.

Quum Peruviani corticis uſus ampliſſimus et ſumme efficax praedicetur in ſynochis putribus, quinimo penes multos fere unicum et tutiſſimum remedium ſit, alii vero tantam antiſepticam virtutem ipſi non tribuant, obſervationes, quas circa corticis uſum in noſocomio IOANNIS BAPTISTAE Taurinenſi, et in epidemicis conſtitutionibus variis collegit, Noſter hoc libello publici juris fecit.

Corticis Peruviani analyſi chemica ex variis au- p. 7. ctoribus tradita, ſynochi putris naturam exponit. Duplex *lentoris* genus in hac febre obſervavit tum epidemice graſſante; in aliis enim a materie phlogiſtico — rheumatica, initio morbi putreſcentem ſuperante, morbus ortus eſt, vix autem in aliis ſigna a primis morbi exordiis obſervata ſunt, quae lentoris cauſam diatheſi inflammatoriae tribuendam eſſe ſuaderent. In omnibus tamen aegris ſepticum miaſma praevaluit.

Symptomatibus huius febris traditis, num utilis p. 18. in ea corticis Peruviani uſus eſſe poſſit expenditur. Is autem ex Noſtri ſententia in tali febre, in qua externa quaedam cauſa humores ad *ſtaſin* induxit, utilis eſſe non poteſt, quum lentor humorum oppugnandus ſit, isque ab omnibus tonicis et ſubadſtringentibus augeatur. In morbis inprimis a rheumatica acrimonia pendentibus haec ſtaſis et adſtringentium noxa valde magna eſt. Acrimoniae etiam, febribus anſam praebenti et a febribus generatae, corrigendae cortex Peruvianus penitus impar eſt, et his, aliisque ejusdem argumenti, rationibus probatur, Peruvianum

corticem neque in incremento, neque in ſtatu, nec in decremento febrium ſynocharum putrium convenire.

Deinde et ex ipſo corticis Peruviani ad febres aut remittentes aut intermittentes ſanandas adhibiti ſucceſſu et ex teſtimoniis medicorum copioſe allatis probatur, hunc corticem, febre nullas remiſſiones habente, nullo plane modo convenire, metaſtaſibusque pernicioſiſſimis aliisque ſymptomatibus diriſſimis anſam dari, ſi in febribus vere continuis continentibus, licet et nulla topica inflammatione ſtipatae ſint, exhibeatur.

p. 61. Neque ex putredine in ſynocho putri praeſente indicatio corticem Peruvianum adhibendi deſumenda eſt. Longe enim alia ratio experimentorum eſt cum cortice et carnibus aut putridis aut recentibus inſtitutorum ad antiſepticam illius vim evincendam, eorumque, quae in vivo corpore animali inſtituuntur; etſi indubitatam corticis antiſepticam vim ponamus, in ſynocho putri, experientia teſte, oeconomia animalis ſemper pervertitur, ſi ea, quae a ſanitatis regulis receſſerunt, non eliminentur; indeque tam varii tamque difficiles morbi, qui poſt febres ſynochas continuas cortice curatas orti ſunt, explicari debent. Denique et vim vere antiſepticam corticis Peruviani in putridis febribus temere, et parum firmis rationibus in dubium vocat.

p. 84. Ex omnibus autem hactenus expoſitis ex Noſtri mente patet, chinam chinam adverſus febres in corruptionem pronas, quodcunque fuerit harum ſtadium, promiſcue adhibendam haud eſſe.

Quae omnia argumenta corticis Peruviani uſum in morbi genere prohibentia, in quo omnes medici, corticisque fautores maximi eum pro medicamento habuerunt, ſumma circumſpectione et cautiſſime, febre continenti et humorum diſſolutione putrida non ſumma exiſtentibus, adhibendo, obſervationibus ab Auctore confirmantur, morborumque hiſtoriis.

Prima obſervatione febris hiſtoria deſcribitur, continentis primum, poſtea manifeſte remittentis, corticis

cis Peruviani uſu in continentem iterum mutatae. (Recidiuam ſordes non ſatis evacuatae produxerunt, eamque cortex, omnibus debite praemiſſis, certe non produxiſſet.) In altero caſu in eadem re vehementer peccatum eſt, et petechiae poſt corticis uſum non corticis, non ſtagnationis ab eo inductae, ſed ſordium a cortice interceptarum effectus fuére. Corticis malam vim hae obſervationes certe non probant, verum inconſideratam, damnoſam, morbo faventem corticisque uſui contrariam Auctoris medendi methodum. In corticis enim uſu haec regula, experientia et probatiſſimis medicis probantibus, prima eſt, *eum tuto dari non poſſe, neque ſperatos effectus edere, niſi probe antea a ſordibus purgato corpore.*

Tertia hiſtoria pariter non corticis, ſed praepoſterae ſanationis infelices effectus enarrantur. Aegro febre tertiana inflammatoria laboranti ipecacuanha primum (Salina primum ad ſordes praeparandas medicina et tartarus emeticus ad eas exturbandas praeſtitiſſet) deinde nitrum cum *opio* (!), poſtea cortex magna doſi datus eſt. Talis medendi methodus non ſolum ad morbum maligniorem reddendum, ſed et ad mortem advocandam prae omnibus apta eſt. Praeſtitiſſet bilem tenaciſſimam, foetidiſſimam, quam aeger in pernicioſi morbi decurſu copioſe dejiciebat, efficaci modo evacuare, et *peracta* hac evacuatione corticem dare.

In omnibus ſequentibus hiſtoriis idem error in medendo graviſſimus caſtigandus eſt. Emetica, et indicationibus manifeſtiſſimis praeſentibus, aegris non, ejusque loco purgans medicina data eſt, poſteaque auctor, praemiſſis ſubinde medicinis impuri fomitis corruptionem manifeſte augentibus, *aqua theriacali* (corpore, nondum purgato atque ſatis adhuc impuro!) cet. corticem adhibuit, naturali hoc penitus eventu, ut febris augeretur et ex benigna maligna evaderet.

Corollaria libro addita ſunt, in quibus adſeritur, p. 159.

 ſine

ſine omni praemittendorum mentione *tuto* exhiberi poſſe corticem Peruvianum, ſi tempus remiſſionis diuturnum ſatis ſit. (Subinde, *Torti* hoc probante, et breviſſimo remiſſionis tempore exiſtente, *una* aegri *ſalus* in cortice poſita eſt.)

Nunquam dandum eſſe corticem in acuti morbi principio, augmento et ſtatu, tertio corollario adſeritur, quod pariter falſum eſt; ſubinde enim, morbo putrido exiſtente, vita aegri cortice ſervanda eſt, nullo plane ad tempus morbi, ſi praemittenda praemiſſa fuerint, reſpectu habito.

Veriſſima ſunt, quae quinto corollario de peſſimis corticis, corpore non purgato, effectibus Noſter affert. Verum medendi methodus, quam, hiſtoriis morborum probantibus, ipſe, adhibuit, his, quae in corollario adferuntur, directe contraria eſt.

Quum noſtris temporibus, virorum de medica ſcientia praeclare meritorum inſigni omnique modo laudabili opera, corticis Peruviani uſus in morbis acutis et intermittentibus rite jam aeſtimatus et determinatus ſit, non opus eſt, ut Auctoris argumenta futilia, et jam ab aliis, BAGLIVIO inprimis, melius aptiusque agitata ulterius convellantur; caueant autem ii, quibus in rebus medicis non conſtans mens eſt, ne hujus libri, inprimis hiſtoriarum, argumento decipiantur, eoque commoti medicinam damnent, qua, ſi rite datur, praeſtantior, ſi vero praepoſtere exhibetur, nocentior nulla reperitur.

XVIII.

WENCESLAI TRNKA de KRZOWITZ — hiſtoria febris hecticae, omnis aeui obſervata continens. Vindobonae 1783. 8. 401. p.

Notiſſima Celeberrimi Auctoris opera ſunt, quibus febres intermittentes, amauroſin, ſurditatem, leu-

leucorrhoeam, caet. illuſtrauit, et quamuis in iis parum inueniatur, quod amplificandae medicinae proprie inſeruiat, vtile tamen et jucundum eſt, in his libris omnia paene, quae ab auctoribus de morbi quodam genere dicta ſunt, in ſcitum ordinem redacta digeſtaque reperire.

Talium autem librorum vtilitas quum inde maxima ex parte pendeat, vt omnia pathologo practicoque ſcitu neceſſaria in iis contineantur, primum ordinem in opere ſeruatum, poſteaque ea, quae libro deſunt, aut addi poſſunt, fideliter enarrabimus.

In duas partes liber diuiſus eſt. Prima de natura ac varietate febris hecticae agitur. *Hectica febris* Noſtro *febris continua remittens chronica eſt, a paſtu veſperique ſemper ingraueſcens et corpus ſenſim extenuans.* Eius mentionem HIPPOCRATES non fecit. (Nominis quidem, quantum memini, non, verum ſymptomatum, varietatum et ſpecierum febris hecticae certiſſime. cf. de veterum doctrinis circa hunc morbum, doctam b. BRENDELII diſſertationem, in *Opuſc. part. III.* recuſam *de phthiſeos hecticaeque diſcrimine.*)

Hecticae febris genera duo ſtatuuntur. *Protopathica*, ſeu primaria citra aliam aegritudinem, ex ſolo rerum non naturalium errore ortum ducit, eaque rariſſima (forte medicis tali modo nunquam viſa) eſt, *deuteropathica* vero aut *genetica* (a morbo alio praeſente producta) aut *ſymptomatica* eſt, huicque et phthiſicorum febris accenſetur. Porro hectica febris, quoad ſtatum in inchoatam, adultam et conſummatam diuiditur, (incognitus eſt Cl° Viro, vt iam monuimus, liber doctiſſimus BRENDELII, huc inprimis referendus.)

Symptomatibus febris hecticae (pariter non omnibus, eorum enim mira, pro loci affecti ratione, varietas eſt) generalioribus ſatis bene expoſitis, *cauſſae proëgumenae* recenſentur. Hecticae febris ex praeternaturalibus in corpore genitis, ſcirrhis, caet. oriundae p. 41. hiſtoria copioſe pertractatur. In procatarcticis hecticae

cae febris cauſſis aeſtus ſolis, pathemata animi, dyſpepta alimenta, ſpirituoſi potus, acria medicamenta (mercurius ſublimatus, cortex Peruuianus, caet.) vermes, humorum, chyli, lactis, ſanguinis, ſeri, lymphae, ſeminis, ſpirituum iactura inſignis, metaſtaſes ſudoris, ſanguinis, exanthematum, vlcerum, tumorum, febres ſudatoriae, acutae inflammatoriae, remittentes gaſtricae, bilioſae, intermittentes, contagium, recenſentur.

p. 140. *Diagnoſis febris hecticae abſoluta* vnico hoc ſigno pathognomonico abſoluitur, calore febrili ſcilicet poſt paſtum ſemper ingraueſcente, cum pulſu accelerato. *Relatiua* vero diagnoſis difficilior eſt, inprimis complicatarum cum intermittentibus febribus, continuis remittentibus, caet.

p. 147. *Prognoſis* in ſequentibus conſtat: 1) diuturna admodum eſt febris hectica, 2) tumores, hydropes, lacrymandi impotentia, articulorum crepitus, anchyloſes, phthiſes, illius effectus ſunt. 3) curabilitas febris hecticae a vario eius gradu variaque cauſſa pendet. 4) hectica febris interdum calore aut frigore atmoſphaerae, appetitu automatico, febre, variis excretis, metaſtaſibus variis ſoluitur. Lethalia in hectica febre ſigna ſunt recidiua, orthopnoea, lethargus, coma, paralyſis, pulmonum exulceratio, maraſmus cum Hippocratica facie, diarrhoea colliquatiua, exanthemata varia, vrina pinguis.

p. 189. Altera operis parte *medendi febri hecticae methodus* traditur. Primum *de emeticis* agitur, quae requiruntur, ſi dyſpepta in ventriculo collecta ſunt, vermes ventriculo inſident, humorum prauorum colluuies in primis viis adeſt. Amplioris autem longe in febre hectica vtilitatis purgantia ſunt, quae tamen, inſigni virium proſtratione praeſente, aut in febre hectica ſimplici, non dari debent. Agaricus fungus parca doſi, ſed ſaepe datus in cohibendis hecticorum ſudoribus efficaciſſimus eſt.

De

De aperientium vſu. In his humectantia principem locum tenent. Aqua pura, aquae ſoteriae, emulſa varia (lactis, in his morbis celebratiſſimi remedii, lactis praeſertim aſinini parca, medicamentique dignitati nullo modo conueniens mentio redditur) optima humectantia ſunt. In incidentibus ſal ammoniacus eiusque ſpiritus, antihecticum POTERII, (hoc nocentiſſimum omni modo medicamentum, hecticum potius, quam antihecticum, ab Auctore valde laudatur, et, quum tamen adſtringat, incidentium claſſi adſcribitur. Maculam certe his nimis copioſis medicamenti humano corpori tam aduerſi laudibus libro ſuo Vir Cl. indelebilem inuſſit) cicuta laudantur. Nouum et inauditum nobis hactenus medicamentorum genus *haemorrhagica* conſtituunt. De mercurii ad febrem hecticam vſu. p. 216.

Spatioſus maxime medicamentorum roborantium campus eſt. In ſtomachicis, quae „poſt emetica et „cathartica — *continuo* ſunt exhibenda", quaſſiae lignum (praeſtat cortex Peruuianus) et mentha piperitis laudantur. Roborantibus et reſoluentia ſtaſes lentorum humorum ab atonia vaſorum collectas accenſentur. Ad eorum claſſem cereuiſiae variis herbarum infuſionibus medicatae, glandes quernae decoctae, martialia, balſamica antiſeptica, caet. referuntur. Medicamenta antiphlogiſtica ſimul et antiſeptica, *antipyreta* Noſtro dicta, *Saturnina* ſunt, inprimis ſaccharum ſaturni et tinctura antiphthiſica GRAMANNI, de quibus dicit, non mirum eſſe, ſi interno vſui data nonnunquam bonos praeſtiterint effectus, praeſertim in cohibendis colliquatiuis ſudoribus „*quum huiusmodi* „*medicamenta, aquae* GOVLARDI *documento, ad ex-* „*ternas inflammationes valeant.*" (Quanta, et quam indigna omni modo medico concluſio!) Ea tamen non tantopere, quam POTERII hecticum medicamentum, laudat Cl. Vir, talium caeteroquin, vt facile ex ipſa tractatione patet, medicamentorum amator, p. 250. p. 273.

tutio-

tutioraque iis putat acida mineralia, Peruuianum corticem, mixturam GRIFFITHII, ex myrrha, aqua alexeteria, aqua alia ſpirituoſa, ſale abſynthii et martis vitriolo, cui, loco ſalis abſynthii, ſubinde et nitrum (mala miſcela, ob duo acida mineralia coniuncta) adiicitur.

p. 308. De *chirurgicis adminiculis* altera partis alterius ſectione agitur, ſanguinis miſſione, quam temere inſtituendam in febre hectica haud putat. (ſcarificationis, cucurbitularum ſiccarum, frictionum, veſicantium nulla fere mentio iniecta eſt.) De balneorum tepidorum ex aqua communi et aquis ſoteriis vſu. Balnea et frigida ſubinde hecticis vtiliſſima fuere. De enematibus, litu, fotu, ceratis, caet. De fonticulis aliisque vlceribus in hecticis excitandis (et hoc caput calamo nimis feſtinanti conſcriptum eſt.)

p. 338. *Diaeta hecticorum* tertia ſectione pertractatur. De cibis hecticorum. Iura varia (viperarum, Italis et Gallis celebratiſſima, omiſſa ſunt) ptiſanae, cremores, pulticulae tenerae variae, gelatinae animales, fructus horaei, ſemina demulcentia, piſces ſaxatiles, carnes, ranae, teſtudines, oſtrea (?), cochleae laudantur. Ptiſanae hordei, lac humanum, aſininum, caprillum, vaccinum hecticis commendantur. Valde mirati ſumus, quod Noſter lac in hypochondriacis — ſtomacho debili laborantibus, viſcerum ſcirrhos et vlcera habentibus „*quia aut inutile eſt lac*, aut *noxium etiam* „*ex id genus cauſſis hectica laborantibus*," (!!) in his, qui cephalalgia et febre putrida laborant, contra indicari adſerat. De motu, quiete, aëre (nulla aëris dephlogiſticati, vtiliſſimi in talibus morbis, mentione facta) lecto, ſomno, animi pathematibus hecticorum, caet.

p. 385. Additae (haud bono certe conſilio) libro hiſtoriae hecticorum ſunt ex AMATO LVSITANO, P. FORESTO, LAVRENTIO HEISTERO, FRIDERICO HOFF-

MAN-

MANNO, KALTSCHMIEDIO, SCHENFELDERO collectae. Index auctorum rerumque adiectus eſt.

Vt autem de huius libri argumento candidum judicium feramus, negari nullo modo poteſt, eum multa continere ex auctoribus collecta, (propria enim non habet Noſter) ſcitu vtilia neceſſariaque; verum in hoc inprimis Vir Cl. hallucinatus eſt, quod partim non omnia ſcitu neceſſaria tradiderit, eiusque adeo liber „*omnis aeui obſeruata*" haud contineat, partim autem et obſeruata, ex auctoribus, melioribus ſaepe, fideque vere dignis non ſelectis, perſcripta tam copioſe in eo enarrentur, vt liber, ſine omni rerum in eo contentarum detrimento, in anguſtius longe ſpatium redigi potuiſſet.

XIX.

Dr. ERNST ANTON NICOLAI — *Sammlung von Beobachtungen, Recepten und Kurarten, mit theoretiſch-praktiſchen Anmerkungen. Iena. 1784. 8. 840. pagg.* Autore ERNESTO ANTONIO NICOLAI.

i. e.

Obſervationum, formularum medicinalium et curandi methodorum collectio. —

Iam ante aliquot annos Ill. Auctor librum de medicamentorum formulis medicamentisque in morbis rite adhibendis edidit, cujus nos etiam in his commentariis mentionem fecimus*). Hoc nunc edito opere hic liber continuatur, hoc tamen modo, ut partim de ſingularibus medicamentis agatur, partim vero morbi quidam pertractentur iisque maxime conveniens medendi methodus tradatur.

Primum *de inſigni uſu clyſterum ex vini aceto paratorum in iliaca paſſione, alvi obſtructione, inteſtinorum inflammatione, cet. agitur, ſimulque de inſigni aceti ad varios morbos vi diſſeritur.*

In

*) vid. Comm. noſtr. dec. III. Suppl. 3. p. 547.

In incarcerata hernia inguinali, omnibus aliis medicinis irritis, clyſteres ex vini aceto ſpaſmos morbumque ſuſtulerunt, quod tamen inflammationi adverſae aceti vi non tribueremus, verum potius irritanti, vehementiores conſtrictiones concitanti. Pluribus aliis caſibus fuſe probatur, clyſteres ex aceto ad inteſtinorum inflammationem, alvi obſtructionem, cephalalgiam ex colluvie in primis viis ortam, cet. valuiſſe. Acetum vini ſimplex deſtillato longe praeferendum eſſe, ob varia peregrina huic admixta (Nos nuperrime adhuc in pharmacopolio quodam potionem MINDERERI plane coeruleam venum proſtare vidimus.) De aceti ad morbos putridos curandos, et ad epidemicos putridos morbos avertendos vi, de variis acetum concentrandi modis, et de aceti cum aqua diluti ad febres acutas et morbos ex ſanguinis orgaſmo uſu. De inſigni aceti ad venenatos fungorum effectus praefocandos, aliaque venena animalia, vegetabilia et mineralia uſu.

p. 63. *Hiſtoria morbi duodecim aſae foetidae unciis perſanati.* Tumor fuit in abdominali regione ab obſtructis meſenterii glandulis pendens. Reſolventia ſalina amaraque vegetabilia incaſſum adhibita fuerant. Aeger demum pilulis ex aſa foetida cum gummi ammoniaco copioſe aſſumtis perfecte ſanatus eſt.

p. 71. *Furoris uterini curatio, injectione frigidae aquae in rectum inteſtinum, capitisque et partium verendarum fomentotionibus frigidis peracta.*

p. 75. *De galbani eſſentiae ad varios morbos inſigni uſu.* Rheumaticos dolores intenſos a perfrigerio ortos, externe applicata, ſedavit. De modo hanc eſſentiam, efficacem vtique medicinam, parandi et de viribus illius generalioribus varia.

p. 84. *De diverſa hydropi medendi methodo.* Variis ex aliis auctoribus de hydropis ſpeciebus diverſis, ſymptomatibus, cauſis remotioribus et propioribus traditis, de medicamentis ad hydropem alterantibus et

evacu-

evacuantibus, inprimis de paracenteſi abdominis, aquarumque mira quantitate, hac operatione iteratis vicibus inſtituta, educta, et de ejus ad hydropem curandum utilitate dubia adhuc agitur. De aquis hydropicis non omnibus evacuandis et de faſciae ab Ill. quondam MONRO deſcriptae uſu. (Nos compreſſionem, quae manuum ope ſit, ipſo aquarum ex vulnere profluvio durante, magis amamus, aquisque evacuatis abdomen faſcia obvoluimus; faſcia enim, dum abdomen mole minuitur, facile cedit, ipſumque ſubinde profluvium aquarum impedit) De medicinis emeticis hydropicis caute propinandis. Eas eo tantum in caſu convenire, ubi viſcerum infimi ventris obſtructio nondum invaluerit. In purgantibus leniora fortioribus ſemper praeferenda eſſe. Pilulae hydropicae BACHERI fuſe deſcribuntur, ſimulque demonſtratur, hellebori extractum jam ex longo tempore ad hydropem felici cum ſucceſſu adhibitum eſſe. Pilulae WILDEGANSII et JVNCKERI cum BACHERI pilulis ſatis ſane conueniunt. De elaterio forti ad hydropem purgante medicamento. Veteres efficacius elaterium ſuum ex pulpa colocynthidis paraſſe, nos idem ex ſucco horum cucumerum aquoſo parare, indeque potiſſimum effectus diuerſitatem pendere. De gummi guttae, rhamno cathartico, radicis ireos noſtratis ſucco, turpeto minerali, ſcammonio, aliisque purgantibus medicinis ad hydropem adhiberi ſolitis.

Ab his ad *diureticas* transitus eſt, in iisque de terebinthina primum agitur. Tartari cremor ad diureſin producendam valde laudatur. (Nos in inveterato hydrope nullos ab eius vſu ſucceſſus vidimus.) Mineralia acida in hydrope parum, magis vero dulcificata conueniunt. De cinerum, aliorumque ſalium alcalinorum et mediorum, nec non de vitrioli, cantharidum, caet. ad hydropem vſu. p. 250.

Diureticis autem medicinis paene omnibus ad hydropem adhiberi ſolitis juniperi baccae palmam du-

 biam

biam reddunt. Earum ſolo vſu Noſter plures hydropicos ſanauit. Colchici oxymel valde laudatur, idque ſquillae Noſter fere praeferre videtur.

p. 300. Diaphoreticae medicinae plures allegantur, in iisque et *Doveri* puluis. De mercurialibus, antimonialibus, roborantibus martialibus ad hydropem medicinis. Infuſum glandium quernarum toſtarum ſubinde ſalutares in hydrope effectus praeſtitiſſe. De olei externo ad hydropem vſu. (Chamomillae oleum ab Ill. WEIKARDO adeo laudatum nobis tamen non ſucceſſit) De cutis vſtione, ſcarificatione, per veſicatoria impoſita exulceratione, caet. Vulnerum vlcerumque hac arte factorum cura, ne gangraena accedat, bene traditur. De thermis, balneisque in hydrope adhibendis.

p. 385. Quid irritantes clyſteres in hydrope valeant, hiſtoriis valde notabilibus exponitur. De venaeſectionis in hydrope vſu, et de faſciis relaxatam ab aquis diſtentamque cutem adſtringentibus. De diaeta hydropicorum, inprimis copioſo potu iis adminiſtrando, ex MILLMANNI et BACHERI operibus. Additae his omnibus hiſtoriae improuiſarum hydropis curationum ſunt.

p. 431. *De oculorum morbis et medicinis ad eos.* De quibusdam tantum oculorum morbis et de ophthalmia primum Noſter loquitur. In omni vehementi ophthalmia aut jugularem venam, aut temporalem arteriam incidendam, oculorum vero ſcarificationem damnoſam eſſe. De hirudinibus oculis ex inflammatione dolentibus applicandis. Reuellentia fortiora praemiſſa ſanguinis miſſione demum adhibenda eſſe. Externarum medicinarum, quae dolentibus oculis imponi ſolent, formulae copioſiſſimae exhibentur. De pſorophthalmia, puris in oculis recens natorum collectione, caet. In palpebrarum aut conjunctiuae tunicae ſuppuratione medicamentum *Yveſii* ex butyro

et mercurio praecipitato rubro omnibus aliis praeſtare. De corneae opacitate, medicinisque ad corneae maculas delendas. Earum formulae plurimae ex probatiſſimis auctoribus deſcribuntur. Nucum juglandium oleum ad corneae maculas prae aliis valere.

De amauroſi. Eam haud raro ab infarctu vaſorum oculi oriri et antiphlogiſtico regimine et ſanguinis miſſionibus curandam eſſe. Saepius et morbi cauſſam in primis viis latere. Signa amauroſeos, eiusque characteres eſſentiales exacte deſcribuntur, ſimulque ex obſeruationibus probatiſſimorum virorum probatur, pupillae pigritiem immobilitatemque amauroſeos ſignum certum haud eſſe. Cauſſarum amauroſeos partem maximam in ſanguine latere, ſaepius etiam hunc morbum a morbida materie in corpore latente produci. Aliae cauſſae amauroſeos ex metaſtaſi, ex pure aliaue materia peregrina in orbitae parte poſteriori collecta, ex vaſorum nimia inanitione, caet. fuſe recenſentur et obſeruationibus illuſtrantur. — De humoris vitrei morbis amauroſin mentientibus quaedam ſubnexa ſunt. p. 544.

His praemiſſis de *amauroſeos curatione* agitur. p. 600. Electricitatis in hoc morbo vſus exemplis copioſis illuſtratur. De aliis medicinis non tam fuſe agitur.

De curationibus morborum magnetis ope peractis. p. 627. Hiſtoria huius famoſi et a Vindobonenſibus ſine dubio nimis laudati remedii exacte et ita tradita eſt, vt hac tractatione omnes paene obſeruationes circa magnetis vim, quae publici juris factae ſunt, excerptae contineantur. Vim remedii ad dentium dolorem primum noſtris temporibus KLAERICH, celebris Gottingenſis medicus, detexit. — Haec operis pars, quum abſolutam paene hiſtoriam magnetiſmi contineat, prae omnibus aliis nobis placuit, eamque omnibus, qui hiſtoriam rerum ad medicinam pertinentium amant, ſeu lectu digniſſimam, jure commendamus. Caſus

 tamen,

tamen, notabilis omni modo et doctiſſime a Cl° DE WOLTTER deſcripti, nulla mentio injecta eſt.

p. 749. *De inſigni aquarum medicatarum Schwalbacenſium vſu.* Scriptorum de his aquis hiſtoria perſcripta, locus deſcribitur, ex quo hae aquae ſcaturiunt, earumque analyſis chymica exhibetur. Proficuae fuere in animi morbis melancholicis, infarctu viſcerum infimi ventris ex conaminibus haemorrhoidalibus, oculorum inflammatione arthritica, vomitu ex cardialgia, haemoptyſi, neruorum inſigni debilitate, conuulſionibus, rheumaticis febribus, variisque capitis ex antiquo vulnere ſymptomatibus.

p. 771. *De emeticorum in tumoribus ſalutaribus effectibus.*

p. 774. *De auri tincturis, aurique tinctura* BESTUSCHEW *et la* MOTTE. Et in hac diſſertatione omnia paene excerpta inueniuntur, quae de celeberrimo hoc quondam medicamento ſcripta ſunt. Eius hiſtoria optime tradita eſt, modique illud conficiendi varii tali modo perſcripti ſunt, vt claram omni modo medicamenti ideam ex iis haurire valeas. Methodus medicamentum praeparandi a GEORGI publici juris facta et li-

p. 516. bro Ill. PALLAS: *Nordiſche Beyträge* inſerta, omnium optima eſt. — De auri tincturis. Eas paene omnes ex auri in oleo quodam aethereo aut naphtha ſolutione conſtare.

Eſſentiae dulcis, modique, quo ea parari ſolet, deſcriptione ex Ill. BALDINGERI *promtuario*, finis libro imponitur, multa lectu digna et practico medico ſcitu inprimis neceſſaria, bono ordine digeſta continenti. —

XX.

Nouveaux Memoires de l' Academie de Dijon, pour la Partie des ſciences et arts. Premier Semeſtre, CIↃIↃCCLXXXII. A Dijon, chez Cauſſe, Imprimeur-Libraire de l'Acad mie

des

des ſciences, 1783. 8. pagg. 225, cum tabula aen.

i. e.

Noui Commentarii Academiae ſcientiarum et artium Diuionenſis. Semeſtre primum.

In prima diſputatione, cuius Auctor DE MORVEAV est, nonnulla tentamina cum variis terreſtribus, metallicisque calcibus, quibus pingendi artis magiſtri vti poſſint, inſtituta recenſentur, vt appareret, quae pigmenta cum oleoſis et gummoſis liquidis coniunctionem facile inirent, nec mutationi a phlogiſto eſſent obnoxia. Neque tamen Auctor hic de tentaminibus, quae ad viride, coeruleum, cet. pigmentum ſpectant, reddidit rationem, ſed ea modo praeparata accurate deſcripſit, quae forte ceruſſae ſubſtitui poſſent. Hanc enim plumbi calcem, quae ſola hodie in vſu eſt, haud dignam eſſe laudibus et commendatione demonſtrat, quae, vtut hoc, vel illo modo praeparata, et ad vſum velut aptior reddita ſit, ita tamen mutari omnino nequeat, vt ſua ipſi maneat albedo, ſi phlogiſticis vaporibus, acidi quibusdam guttis hepate ſulphuris expulſis, exponatur. Accedit, quod hoc ipſum calcinatum plumbum iis, qui manibus illud tractant, nociuum ſit atque infeſtum, vtpote qui varios, eosque graues inde morbos contrahant. Hinc vna plures cauſſae fuerunt, quae Noſtrum ad hos labores ſuſcipiendos excitarent, qui, quos euentus habuerint, iam diſpiciamus. Et quod ad ſimplices terras attinet, eae, quamuis fixae admodum ſint, nec a phlogiſto valde mutentur, haud tamen commendari merentur pictoribus, quae oleoſis et gummoſis liquidis difficulter nubant, et praeterea, ſi his fluidis iunctae fuerint, albedine ſua orbentur. Ipſa aluminis terra, quam BAVMEVS his vſibus idoneam cenſuit, album pigmentum haud largita eſt Noſtro; nec

p. 1. p. 9.

magis apta ad pictorum vſum varia cum naturae, tum artis producta, velut iaſpidem album, ſpatum ſcintillans, gypſum ſpatoſum, marmor album, porcellanam, ſeleniten, boracem calcareum, maſſas mixtione et fuſione quarundam terrarum enatas, cet. reperit, quae proinde calcinato plumbo ſubſtitui omnino non poſſe patet. Solus fere tartarus calcareus ex calce viua et tartari cremore productus Auctori aliqua commendatione dignus viſus eſt; etenim eum album, nec phlogiſticis vaporibus mutandum pigmentum cum gummoſis liquidis, cum oleoſis non item, exhibuiſſe animaduertit.

p. 14. Ex periculis, quae cum metallicis calcibus Noſter inſtituit, hoc clarum redditum eſt, ſtannum pigmentum largiri, quod phlogiſtico vapore non mutetur, antimonium autem cum nitro calcinatum in terreſtrem puluerem abire, qui ſatis albus quidem ſit, ſed mox albedinem perdat, ſi phlogiſti halitibus fuerit expoſitus. Diaphoretica antimonii calx aeque ac perlata materia cum oleo mixta et in aëre iisdem effluuiis inquinato aſſeruata flauedinem contraxit, ſimilemque etiam mutationem biſmuthi magiſterium ſubiit, zincum e contrario, ſiue per ſe, aut cum nitro calcinatum, ſiue alcalini ſalis, aut aquae calcis ope ex ſolutione praecipitatum eſſet, terreſtrem materiam, commemoratis pulueribus omnino praeferendam, dedit, quae cum oleis et mucilaginoſis liquidis coniunctionem lubenter ineat, neque a phlogiſto alteretur; hinc eam commendandam valde pictoribus eſſe Noſter ratus, de inuenienda methodo, qua negotio facili et ſine magnis ſumtibus parari ea poſſit, fuit ſollicitus. Nec profecto ſpe excidit ſua; nam operationem, de qua alia occaſione vberius locuturus eſt, ita inſtitui poſſe fatetur, vt haec calx albiſſima, ſubtiliſſimaque euadat, neque tamen magno pretio conſtet, cet. Magneſiam vitriariorum et arſenicum Auctor etiam diſquiſiuit, neutrum tamen metalli-

tallicum corpus in pigmentum album et commendabile abire expertus eſt.

Secundi Commentarii Auctor MARETVS eſt, qui in eo de conſtruendis noſocomiis ſermocinatur, et ſimul de modo, quo effici poſſit, vt in aegrotorum cubiculis aër purus et ſalubris ſeruetur, conſilia dat, quae profecto attentione digniſſima ſunt. Etenim quum certum omnino atque euictum ſit, aegrotos, quorum quandoque numerus in noſocomiis admodum inſignis eſt, exhalationibus ſuis aërem, quem inſpirant, corrumpere, eumque ita reddere impurum, vt noxius ipſis et ſaepenumero funeſtus euadat, eorumque morbos faciat curatu difficiliores; non poteſt inanis et ſuperuacanea videri Auctoris opera, quam in eo conſumſit, vt remedia inueniret, quibus impediri poſſit, quo minus huiusmodi atmoſphaerae mutatio locum habeat. Arbitratur autem, hunc omnino finem obtineri poſſe, ſi ita conſtruantur in noſocomiis cubicula, vt maſſa aëris in iis ſtagnans pro lubitu mutari, ideoque agrotorum atmoſphaera puro aëre velut emendari queat. Hinc praecepta varia dedit, quae, quanto grauioribus et ad perſuadendum aptioribus argumentis nituntur, tanto magis digna ſunt, quorum rationem architecti in conſtruendo huiusmodi aedificio habeant. Demonſtrauit autem primum MARETVS, aërem in ſuperiori aedium parte minus corruptum eſſe, atque in inferiori; carnem quippe in atmoſphaera aegris proxima breui tempore in putredinem abiiſſe, eam contra, quae remoto ab aegris loco ſeruaretur, diu manſiſſe ſaluam et perfectam expertus eſt. Hinc conuenit, vt ille aër, qui lectos aegrorum proxime circumſtat, ſaepe mutetur, cet. — Formam ipſam, quam habere debet noſocomium, accurate deſcripſit, eamque etiam icone illuſtrauit. Sub finem addidit nonnulla de quibusdam aëris corrupti emendandi mediis, ſcilicet de acido ſalis volatiliſato et vegetatione plantarum, eaque nonnunquam ſummo cum fructu adhiberi poſſe contendit.

p. 25.

Hunc tractatum excipit obſeruatio de congelatione acidi vitriolici concentrati, quam DE MOR-
p. 68. VEAV fecit, litteriſque conſignauit. Quum enim non conueniant inter ſe chemiae doctores de frigoris gradu, qui congelando vitrioli acido ſufficiat, quaedam tentamina repetenda Noſter duxit, quibus fuit edoctus, hoc acidum frigore tredecim gradibus multo inferiori ſolidam naturam induere. Scilicet poſtquam acidi aliquam portionem concentrauerat, phialam, qua illud erat exceptum, in vas glaciei plenum indidit, ſtatimque ſpiritum nitri fumantem glaciei affudit, quo facto tale frigus productum fuit, vt thermometrum ad gr. 16 ſub o deſcenderet. Atqui hoc non ſolum frigore, verum etiam gradu thermometri 2—o concentratum acidum ſolidum euaſit, dilutum non item. Congelata acidi maſſa albida apparuit et ſemitranſparens, viſaque eſt niuis fere ſimilis, quae, antea quodammodo calore liquata, nouo frigore rurſus ſoliditatem adepta eſt; regulari enim cryſtallina forma omnino non gaudebat. Ceterum quod fluidum reſtiterat ſuper congelatum acidum, nec in ferrum, nec in calcareum lapidem agere videbatur, quod nimis concentratum erat; ipſum congelatum acidum nec corium album, nec lignum nigrum reddidit, cet.

p. 73. In quarto tractatu ſiſtitur Tabula arcuum ſemidiurnorum ſub parallelo Diuionenſi, 47° 19′ 20″, ad ſingula quinque minuta declinationis, tam borealis, quam auſtralis, inde a o, vsque ad 31 gr. auctore ROGER.

p. 100. Quintus commentarius complectitur examina quaedam minerarum cupri earum, quae viridi et coeruleo colore conſpicuae ſunt, et montani viridis atque coerulei nominibus ab aliis aeris mineris diſtinguuntur. Ea quidem nuper SAGIO opinio fuit, coeruleum minerarum cupri colorem a volatili alcali repetendum eſſe, tamen neminem vnquam hoc lixiuum ſal ex huiusmodi mineris educere potuiſſe conſtat. Hinc dubia admodum DE MORVEAV, huius diatribes Auctori, viſa eſt SAGII ſententia, praeſertim quum ea in co-

pia volatile alcali in tellure haud inueniatur, vt poſſit coerulei coloris omnium cupri minerarum, quae eo gaudent, cauſa exiſtere. Neque tamen auſus eſt Noſter, huic ſententiae publice contradicere, antequam propriis tentaminibus fuiſſet edoctus, eam veritati haud conſentaneam eſſe. Atqui de ſuis, quos ea de re inſtituit, laboribus hic rationem reddit, ſeque iis, ait, fuiſſe conuictum, praecipuam diuerſitatis harum cupri minerarum coloris cauſſam a phlogiſti maiori, vel minori portione, quae cum calcinato cupro coniuncta manſit, repetendam eſſe; etenim aliam, expertus eſt, cupri metallici copiam nitri acidum, in quo eam ſoluiſſet, coeruleum reddidiſſe, quod diſſolutio admodum lente proceſſiſſet, aliam eius ipſius metalli portionem eidem menſtruo, quod vero ad hoc experimentum magis, atque ad illud, eſſet concentratum, viridem colorem fuiſſe largitam, quod acidum vehementius in metallum egiſſet, atque adeo maiori phlogiſti quantitati inde ſub vaporum forma abeundae data fuiſſet occaſio, cet.

In ſexto Commentario agit MARETVS de aëre, qui ex calcis cremore et minio expelli poteſt, ac ſimul deſcriptionem addit eorum experimentorum, quibus de vera natura ſubtilis fluidi his corporibus expulſi certiorem ſe reddere ſtuduit. Quanquam enim multi nuper varia ratione in calcis cremorem inquiſiverunt, eumque ab ignito calcareo lapide in eo differre animadverterunt, ut ille fixo aëre abundet, eaque ipſa de cauſa volatile alcali ex ammoniaco ſale expellat quidem, nec tamen cauſticum reddat, hic vero aëreo illo fluido deſtituatur, et proinde efficiat, ut lixiuum ſal ex ammoniaco ſale ſeparatum fluida natura utatur, valdeque urens ſit; tamen BUCQUETO illa de aëreo acido in calcis cremore praeſente opinio aſſumta magis, quam demonſtrata, viſa eſt; quippe qui faſſus ſit, ſe etiam ope illius cremoris cauſticum alcali ammoniaco ſale expuliſſe, cet. Hoc ergo experi- p. 106.

 men-

mentum Noſter ea de cauſa repetiit, ut argumenta, quae eo nituntur, non poſſet non diluere. Animadvertit autem, aërem, qui in regenerata calce ineſt, omnino fixum eſſe, atque volatile alcali hac calce ex ammoniacali ſale eductum cum acidis valde effervescere, aërisque pleniſſimum reperiri, hinc BVCQVETI oppoſitionem locum habere nullum. Ceterum ſeparavit etiam MARETUS acidi vitriolici et nitroſi ope gas ex illa calce, et aquam eo ſaturam cunctis illis virtutibus gaudere vidit, quibus aqua fixo aëre impraegnata
p. 113. inſignis eſt. — Ex minio, quod per ſe vehementi igni expoſuerat Noſter, (nam ope acidi vitriolici aut nitroſi perparum tantum aëris indé ſeparare potuit,) dephlogiſticatum quidem gas, illud tamen haud penitus purum, ſed cum ſexta circiter parte acidi aërei mixtum obtinuit, et ipſam plumbi calcem hac operatione in flauum pulverem (*Maſſicot*) mutavit. An forte haec calx, ſi vehementiorem ignem Auctor adhibuiſſet, in verum metallum abitura fuiſſet? videtur; nam parietibus vaſis, in quo illa in igne detenta fuerat, quasdam ſplendentes veluti particulas accretas fuiſſe, obſervavit, quas de incipiente reductione teſtari ſibi perſuaſum habet. (Nos ex huiusmodi particulis potius concluderemus, plumbi calcem vitri quicquam ſoluiſſe, et cum eo in maſſam ſplendentem et veluti vitriformem abiiſſe.)

p. 116. Commentarius ſeptimus agit *de obſtaculis* (éclu-
p. 159. ſes) *canalium vehendi navibus*, auctore GAUTHEY

Commentarius octavus complectitur Obſervationes mineralogicas et chemicas ſuper Gypſo ſpatoſo WALL. ſive Marmore metallico CRONST. Et primum quidem refert Auctor (DE MORVEAU) nonnulla de natalibus huius foſſilis corporis locis, narratque, ſe illud Chaſſeleyi in Lugdunenſi territorio et Thotae in Burgundia mox quarzo griſeo, eique puro vel tantum inhaerens, vel intimius immixtum, mox etiam quarzo conchyliorum variorum pleno innatum repeciſſe; deinde repetit methodum, qua BERGMANNVS

in

in ſeparanda ab hoc ſpato terra ponderoſa (*Barote* vel *terre barotique*) uſus eſt, et tandem de experimentis quibusdam, quae ipſe huius terrae conficiendae cauſa inſtituit, reddit rationem. Etſi enim BERGMANNI modum ad ponderoſam terram producendam eſſe admodum aptum non diffitetur, ſibi tamen perſuaſum habet, eam longe faciliori ratione parari poſſe. Nimirum calcinatione unciae unius et ſemis marmoris metallici cum duabus drachmis pulveris carbonum mixti, et ſolutione huius calcinatae maſſae in aqua lixivium obtinuit, ex quo ope aceti aut acidi muriatici Salia media terreſtria, eaque diſquirendis variis liquoribus aptiſſima, confici poſſe, expertus eſt.

De vaſis omphalo-meſentericis in nono tractatu loquitur CHAUSSIER, ſuaque cum in quadrupedibus nonnullis, tum in homine ſuper hac re facta obſervata recenſet, et cum aliorum anatomicorum relationibus comparat. Sunt, ait, in umbilicali funiculo, praeter magnos illos canales, quibus funis ipſe conſtat, duo alia ſanguinea vaſcula, quae in nonnullis animalibus, ſimulatque eorundem abdomen apertum eſt, facile in conſpectum prodeunt, et ab umbilico ad meſenterium proficiſci videntur, quare ipſis vaſorum omphalo-meſaraicorum nomen a diſſectoribus datum eſt. Sequuntur ea, pergit, omnem funiculi longitudinem, ramisque ſuis peculiari membranae, ab allantoide, chorio et amnio prorſus diſtinctae, inſeruntur. Atqui haec illa membrana eſt, cuius iam olim NEEDHAMUS meminit, quaeque in concava placentae ſuperficie, prope umbilicalium vaſorum diviſionem et ſupra allantoiden tunicam ſitum habet, et ope cellularis textus partibus vicinis adhaeret. Primis poſt conceptionem hebdomadibus eam capſulam ſeroſi liquidi plenam formare, hoc ipſum autem fluidum copia ſenſim diminui et tandem prorſus diſparere, neque tamen membranam non conſpicuam eſſe Noſter aſſeverat, quae multis ſanguineis vaſis abundet, p. 175.

ac,

ac, ut NEEDHAMI verbis utamur, *ſucco omni abſumto, membranulam choroiden in cerebro adeo accurate imitetur, ut exempla incautis imponere poſſit*, cet. Iam, quod ad horum vaſorum, quorum rami in hac membrana, *capſulari* aut *vaſculoſa* a CHAUSSIERO dicta, naturam et directionem attinet, alterum eorum arterioſum, alterum venoſum eſt, illudque ex meſaraica ſuperiori ortum habet; hoc ex ipſa membrana permultis minoribus ramis enaſcitur, qui deinde in unum veluti truncum mutati, arterioſum vas primum ſequuntur, prope umbilicum autem illud relinquunt, et ſub inteſtinis tenuibus progrediuntur, tandemque venae portarum ventrali inſeruntur. Atque hoc iter haec vaſcula in animalibus, quae Auctor diſſecuit, feciſſe, in humano fetu, in quo non ita facile ea demonſtrari poſſunt, arteriam quidem ſuperioris meſaraicae arteriae etiam ſubolem fuiſſe, venam autem magnae meſaraicae venae ſe inſinuaſſe animadvertit. De uſu utriusque vaſculi pariter, ac de tempore, quo capſula illa in veram membranam mutetur, cet. nihil certi definire audet.

p. 199. Decimus tractatus, qui DURANDIUM Auctorem habet, de calculis biliariis, et de aetheris vitriolici cum ſpiritu terebinthinae mixti virtutibus medicis in colica hepatica ab huiusmodi lapidoſis concretionibus producta inſcriptus eſt, continetque cum variorum medicorum, tum ipſius Auctoris, de ſede, et ſignis huius colici morbi, et de varia ipſi medendi methodo cogitata, quae alia occaſione vel refutaturum, vel confirmaturum ſe propriis tentaminibus eſſe, pollicitus eſt. Quae autem in hac prima commentarii parte diſputavit, eo potiſſimum redeunt, ut demonſtret, calculos biliarios peculiarem colici morbi ſpeciem, quam male SYDENHAMUS cum hyſterica, alii cum inflammatoria et nephritica colica confuderunt, producere, eamque, utut haud raro admodum pertinacem et cum gravibus quibusdam ſymptomatibus coniun-

iunctam, idoneae medendi rationi non reſiſtere, ſed omnino ſanabilem eſſe. Quodſi nimirum variis ſignis, velut doloribus dextri hypochondrii et umbilicalis regionis, inſultibus colicis periodicis, flavo oculorum colore, itemque ictero vel partiali, vel univerſali, eoque mox ſponte evaneſcente, mox regrediente, porro urina crocea, aut lateritia, intumeſcentia felleae veſiculae, deiectionibus albae materiei poſt colicos inſultus, et potiſſimum calculis biliariis excrementis immixtis, medicus fuerit certus redditus, hepatica colica aliquem laborare, longum humectantium atque diluentium, item aperientium medicamentorum uſum ipſi primum commendandum, et deinde cum his aetherem vitrioli cum terebinthinae ſpiritu mixtum coniungendum eſſe. Noſter ſuadet, quo quippe medicamento, cuius quotidie drachma una cum cyatho ſeri lactis, ſyrupi violarum, cet. pro doſi matutino tempore ſumi debet, diſſolvi calculos, ſua ſe experientia edoctum eſſe fatetur. Ceterum ſi forte haec medicina nimis calefacit, aut dolores in hepatis regione excitat, venae ſectione et balneis his ſymptomatibus obviam eundum, ipſum autem illud medicamentum diu continuandum eſt; nam quandoque malum omnino non tollitur, niſi ad minimum libra integra mixturae illius ſenſim aſſumta fuerit. Finem curationis Noſter lenibus purgantibus facit, quae tamen haud eſſe adhibenda monet, priusquam ſymptomata admodum mitigata ſint.

In ultimo huius voluminis commentario tradit MARETUS hiſtoriam meteorologicam anni MDCCLXXXII. p. 235.

XXI.

IO. ZACH. PLATTNERI, D. et Prof. Med. Lipſ. Inſtitutiones Chirurgiae rationalis, tum medicae, tum manualis, in vſus diſcentium. Editio

Editio nouiſſima, recenſuit, notasque adjecit CAROLVS CHRISTIANVS KRAVSE, Med. Doct. et Profeſſ. Lipſienſis. Lipſiae, ſumtibus Caſpari Fritſch. 1783.

Celeberrimi quondam Viri, qui et ſermonis elegantia delectat, et doctrinae praeſtantia adeo excellit, vt Chirurgorum Germanorum tum temporis primus noſtraeque Academiae inſigne decus habendus ſit, Inſtitutiones Chirurgiae tertia iam vice editae ſunt a Profeſſore Academiae noſtrae, elegantiſſima Celſi editione, multisque aliis modis de re medica optime merito. Addit nunc doctrinae copia, qua nouam hanc editionem Plattnerianarum inſtitutionum non perluſtrauit ſolum, ſed talibus etiam illuſtrauit animaduerſionibus, quae de Ipſius egregia eruditione praeclare teſtantur, nouum ſuis in artem medicam meritis. Quod formam attinet, inde etiam huic editioni, effigie b. PLATTNERI ornatae, aliquod paratum eſt commodum, quod moles libri minoribus literis quaſi imminuta, et tum ipſe ad normam verſionis eius Germanicae, a BOEHMERO curatae, in partes duas diuiſus, tum illi appendix medicamentorum, quae tamen, vti et index, non mutata eſt, adjecta fuerit. Animaduerſiones Cel. Editoris, crucis ſigno diſtinctae, pleraeque ad explicandum vel et emendandum nouiſſimisque inuentis praecipuis illuſtrandum Auctorem faciunt.

Maxime autem iis illuſtrata ſunt ſequentia capita: de gangraena et ſphacelo; de aduſtis; de amputatione membrorum; de ſcirrho et cancro; de aneuriſmate; de neruorum diſtenſione; de hydrophobia; de oculorum morbis; de labio leporino; de bronchotomia; de vexatis; de paracenteſi; de polypo narium; de herniis; ſarcocele; hydrocele, cui pneumatoceles hiſtoria adiuncta eſt; vna cum deſcriptione hydroceles funiculi ſpermatici; de vlceribus; de

fiſtula

fiſtula lacrymali, et ani; de dentium morbis; de lu-
xatis et fractis; de ſuffuſione; de viarum vrinariarum
incommodis, catheteriſmo, paracenteſi veſicae, et
calculoſorum curationibus.

Praefertur ſpongia non cerata, arctius fortiusque p. 12.
ſiue torculari, ſiue craſſioribus cannabinis filis vehe-
mentius conſtrictis compreſſa, quum promtius ſor-
beat et intumeſcat, minus vero premat et irritet.
Defenduntur ii, qui de ſanguinis extra vaſa arterioſa p. 17.
in telam celluloſam effuſione dubitant; oculorum
enim, aliarumque partium vere inflammatarum vaſa
ſingula diſereta turgent. In inflammatione interio- p. 22.
rum partium quatuor inflammationis notae non ſem-
per manifeſtae ſunt; et febris inflammationem conco-
mitans ſaepe tantum eſt catarrhalis, eryſipelatodes,
vel putrida. Pus ſaepius in abſceſſibus et ulceribus p. 24.
diutius pus plorantibus gignitur, licet nulla inflam-
matoriae cruſtae nota in ſanguine adſit, idque in le-
vioribus inflammationibus non raro locum habet, quod
contra HAENIUM contenditur. Gangraenae averten- p. 31.
dae gratia ſanguis etiam, tertio die jam elapſo, mit-
tendus eſt, ſi reſolutionis ſpes evanuerit. Ad ma- p. 42.
gnos abſceſſus aperiendos, ſi circa eos multus tumor,
non, ſi ii altius conditi ſint, ſetacea proſunt. Loco p. 47.
ferri candentis, butyrique antimonii alia aptiorque
carbunculorum curatio demonſtratur. Parotidum p. 50.
tumores vix non ſemper a glandula illa conglobata,
quae parotidi inſidet, initium capiunt. Cereus, materia p. 53.
virulenta infectus, laudatur ad gonorrhoeam revo-
candam; ſanguiſugae plures ad ſcrotum applicatae p. 54.
in incipiente teſticulorum inflammatione commen-
dantur. Quartum paronychiae genus a Cel. Editore p. 60.
emplaſtro malactico feliciter diſcuſſum eſt. Additur p. 64.
puſtuloſa vel bulloſa eryſipelatis ſpecies. Cuius mor- p. 65.
bi cauſa frequens eſt cacochymia billioſa. Metaſtaſis p. 77.
critica in febribus interdum eſt generis gangraenoſi.
In omni gangraena, ea quoque, quae a vehemen- p. 79.
tiori

tiori inflammatione ortum cepit, nocent evacuantia.
p. 86. Cauſa gangraenae increſcentis ſaepe eſt impurus noſo-
p. 87. dochiorum aër. Bene de utilitate et damno corticis
p. 95. Peruviani in gangraena. Dubium adhuc, quid agen-
p. 99. dum, ſi in media artus parte ſteterit gangraena. Li-
quamen myrrhae, ulceris nutriendi ergo ſolum adhi-
bitum, nimis ſiccat; praeſtant igitur unguenta bal-
ſamica.
p. 100. Aduſti digiti etiam liberali uſu aquae vegetomi-
p. 108. neralis curvi redduntur. Quum linteum, in vulnus
demiſſum, ſerram, dum ea ducitur, remorari poſſit,
eius loco adhibeatur corii genus, quod Pergamenum
p. 109. audit. Eſt dubium adhuc, num vaſorum compreſ-
ſorum vel conſtrictorum parietes intus concreſcant.
p. 116. In ſcirrho recte definiendo durum a tumido pro-
p. 117. be diſcernendum eſt. Sententia veterum de melan-
cholico ſucco, ut cauſa ſcirrhi, non adeo inepta eſt.
p. 128. Sed in hoc morbo utilitas electricitatis dubia; verru-
p. 131. carumque equinarum laus ſuperſtitionem olet; pro-
deſſe tamen poteſt aqua calcis vivae, lacte commixta,
niſi ventriculum laedat. Aliquem novit Cel. Auctor,
qui, quotiescunque de alique re ſtuperet, labrum in-
ferius non dentibus mordendo, ſed vehementius tan-
tum comprimendo, iſtius cancrum letalem ſine prae-
p. 133. greſſis verrucis ſibi contraxerat. Prohibentur vali-
diora ſaturnina, quorum uſu aliquis tumor ſcirrhoſus
p. 136. immenſe auctus eſt. In Medici, cuius oculus ſaepe
maculis rubentibus plerumque verſus externum can-
thum mutatus fuerat, capite, et quidem hemiſphae-
rio illius lateris, magna vomica purulenta reperta eſt.
p. 155. Ill. PLATTNERVS in ophthalmia mercurialia nimis
p. 167. parum laudauit. Pterygium naſcitur a coniunctiuae
ab inferioribus ſolutione, cuius vaſcula nullum ſangui-
nem receperunt, non autem ab acribus humoribus
in partes ſolidas coëuntibus; niſi ex praegreſſo mu-
tatoque panniculo enatum: panniculus vero ex arroſis,
p. 177. aut ſanguine diſtentis vaſculis. Errant, qui nouae
ſub-

ſubſtantiae generationem in locum vulnere deperditae negant. Sutura cruenta, interdum vtique neceſ- p. 189. ſaria, in vulnere longo ter ſuendo raro bene procedit, nec diu adeo relinquenda eſt. Totum ſyſtema arterio- p. 211. ſum morboſum eſt, ſi aneuryſmata in pluribus locis ſine euidenti cauſa oriantur. Verum aneuryſma, in p. 215. medio humeri ortum, ſimplici illo apparatu, qui ad fonticulos in humero deligandos adhibetur, ſplenioque ſat craſſo feliciter curatum et retentum fuit. Me- p. 223. thodus noua LE COMTE arteriarum vulneribus medendi fruſtranea creditur. Opium in dolore ad maiorem p. 225. inflammationem auertendam neceſſarium, neruorum vires minime frangit! impedit hoc enim tenſio nervorum a dolore facta. Machinae ad maxillam vi p. 229. deprimendam propoſitae vanae ſunt. PLATNERVS opi- p. 233. nioni de noxa illa, quae aëri a glandibus maioribus perniciſſimo motu prouolutis compreſſo, et partes corporis humani male afficienti, licet glandes ipſae partes non attingant, attribuitur, nullam fidem dediſſe dicitur.

Virus a rabidi animalis morſu natum non in ſola p. 250. ſaliua haeret; ea enim eſt humor ex ſanguine ſecretus. Veroſimile, hydrophobiae naturam ſpaſmodici p. 252. generis eſſe.

Pericranium cum oſſe coaleſcere poteſt, niſi aut p. 265. pericranium, aut os, iam alienatum fuerit, etiam tum, cum ſuprema oſſis lamella tantum alienata, quae radendo auferenda eſt. Cuius ſententiae Ill. Auctor etiam fuiſſe videtur, licet maius in hac re periculum obſtare putet, quam Cel. Editor. Reſonitus ſeu con- p. 273. trafiſſurae in oſſibus docent, ex obſeruationibus, quae in vulneribus capitis partes alterius, vulnerato oppoſiti lateris laeſas tradunt, nil certi de chiaſmo fibrarum medullarium colligi poſſe. Methodus Auctoris p. 288. modiolum applicandi optima judicatur. Addita eſt p. 319. ratio, guttur ad illapſa extrahenda aperiendi. Ex- p. 327. ſuctio aëris humoriſue, in pectoris vulneribus com-

mendata, ſugenti vere noxia eſt; et quum humor contagioſus etiam halitu, nec non ipſa vulneris contrectatio nocere queat, et diaphragma in aliquo tubuli loco efformatum noxam hanc auertere nequeat; melius eſt, quod aut vulneratus vulneri incumbat, aut hu-
p. 331. mor inciſo thorace extrahatur. *Thedenii* modus, arterias ſub coſtis ad anteriora currentes vulneratas curandi, contra *Steidele*, arteriae, quae fonti ſuo vicina ſit, et cum coſta et pleura arctius cohaereat, libertatem ſeſe contrahendi denegantem, ita defenditur, vt angulus, ſub quo iſtae arteriae ex trunco ſuo exeunt, impetum ſanguinis a vicinitate profectum multum infringere, arteriarum diſſectio et a coſta reſolutio, verſusque ſpinam replicatio ipſarum contractionem adiuuare; communia igitur haemorrhagiarum auxilia et per turundam facienda mediocris compreſſio poſt haec ſanguinis profluuia ſiſtendo ſufficere poſſe dicantur.

Part. II.

p. 374. Additur, hydarthron, ſcirrhoſa, eryſipelatodes,
p. 379. ſpeciebus oedematis. Pediluuia ex globulorum mar-
p. 385. tis ſolutione parata praeſtant lithargyrio. Adiungi-
p. 398. tur hydrophthalmiae nothae hiſtoria. Ganglia minora nec nimis dura, nec nimis vetuſta, emplaſtro mercuriali et ſpiritu ſaponato optime diſcutiuntur.
p. 400. Polypus narium non ſemper a pluribus pediculis dependet, ſed increſcens pluribus locis magis aggluti-
p. 402. natur. Externa remedia, quibus aliquid acidi mineralis adhaeret, valde diluta polyporum altius occultorum vaſa contrahendo ipſorum radices exſuccas red-
p. 411. dere et ita ſeparare poſſunt. PAVLVS AEGINETA et AETIVS jam rupturam peritonaei in herniis nega-
p. 420. runt. *Le Dran* et *Palſini* notio de herniis vmbilicalibus, quae optime duabus pilis retinentur, a vero
p. 422. diſtat. Propter magnam herniarum diuerſitatem,
p. 428. ſcalpellum caute et in herniis inflammatione caren-
p. 429. tibus non ſtatim adhibendum, maius etiam periculum

in

in herniarum non incarceratarum, quam in incarceratarum operatione. *Elſii* methodus, hydrocelen per cauſtica curandi, in viro quodam a Cel. Editore feliciter adhibita eſt. p. 449.
Poſt vlcuſcula venerea male tractata in ſano et ſeducto iuuene praeputium, plane immobile, cum glande arctiſſime coaluit, ſubſtantiaeque ſimul iacturam cauae cicatrices euidentiſſime indicarunt. p. 456.
Flaccida praeputii pars ſectione orbiculari ita caute auferenda eſt, vt culter nullo modo frenulum laedat. p. 457.
Tincturae cantharidum in verrucis vſus, vanus eſt. Sola eorum, omnisque, quod circa eas eſt, duri reſectio iuuat. p. 462.
In clauis pedum adeps ſuillus recens praeſtat emplaſtris. p. 464.
PLATTNERVS, qui vtique herpetis curationem difficilem judicauit, contra *Schmuckerum* defenditur. p. 487.
Nocet in porrigine capillorum euulſio, vſusque pulueris bufonum toſtorum dubius eſt. p. 488.
Fiſtula eſt vlcus anguſtum, et paulo longius procurrens, non autem calloſum, niſi ſola vetuſtate. Callus ex ſolidis partibus a varia cauſa mutatis exiſtit, fibroſa enim ejus eſt natura. p. 499.
Saccus lacrymalis, cuius tunicae multum debilitatae, non ad PLATNERI noxium modum, ſed ſolis dgitis crebro et caute comprimendus eſt. p. 522.
POTTII methodus fiſtulam ani incidendi Plattneriana praeſtat. p. 534.
Inciſio cutis cum panniculo adipoſo multum difficultatis habet, et PLATNERI, DE LA FAYE, PETITIque rationes, ſi fiſtula altius in inteſtinum pateat, neutiquam ſufficiunt. p. 537.
PETITI et Gallorum conſilia ſcalpello venas haemorrhoidales incidendi tum approbantur, cum in tuberculis majoribus ſanguis ſpiſſus et craſſus haeret. p. 542.
Condylomata, nates, perinaeum, poſterioremque ſcroti partem occupantia ex lue gallica nondum confirmata orta Cel. Editor experientia cognouit. Nocent in carie oſſium mercurialia, ſi largius exhibita, vt et acria decocta. p. 564.
Methodus *Belloſtii* denudato oſſi medendi non ſemper neceſſaria eſt. p. 565.
Quum obſeruationes de magnis partibus oſſium corruptorum, vel inte- p. 568.

gris oſſibus regeneratis, rariores ſint, quaeritur a Cel. Editore, qui ideo ad TROJAE in brutis facta experimenta prouocat, num haec regeneratio forte efficaci et acriori perioſteum externum grauius laedente curatione
p. 577. impediatur. In dentium febre nimioque calore proſunt hirudines ad maxillae inferioris angulum admo-
p. 578. tae. Cauſa proxima tartari dentium non cruditates et reliquiae alimentorum, ſed materia oſſea dentium lu-
p. 580. xurians et per ſuperficiem arroſam ſudans. Ad euel-
p. 605. lendos dentes ſola forceps apta eſt. Secundum *Vogelium* Lubecenſem mandibulae in poſteriorem partem luxatio affirmatur.

In addendis contra POTTIUM, qui nouiter gibberoſitatem et crurum imbecillitatem vel paralyſin a communi cauſa, ſcilicet vitio humorum per metaſtaſin ad ſpinam delato, deduxit, contendit Cel. Editor, crurum imbecillitatem, quippe quae in omnibus gibberoſis parum bene nutrita ſint, non ſemper ab eadem cauſa effici poſſe, quae gibberoſitatem, ſaepe et ab
p. 656. externa cauſa ortam, pariat. Cauendum, ne emollitum os pro fracto habeatur; et ipſe Cel. Editor expertus eſt, puellae quinquennis, tabe tandem abſumtae, femorum propter acidomucoſam humorum indolem emollitorum dextrum a duobus Chirurgis diu vti fra-
p. 664. ctum tractatum eſſe. Rationes, quas recentiores ad faſciarum longarum noxam in fracturis oſſium demonſtrandam afferunt, valent ad omnes faſcias conte-
p. 708. mnendas. In ſuffuſione curanda ille culter optimus, cuius dorſum obtuſum lineam rectam refert, mucro ſatis cuſpidatus, et per lineam geometricam anceps et minime cedens, latitudo inde a mucrone paulatim maior, et vbi maxima, corneae diametrum dimidiam
p. 711. aequat. Mydriaſis nec ab Ill. PLATNERO pro ſym-
p. 722. ptomate amauroſeos pathognomico habita eſt. Ce-
p. 741. reus, ſaepe ſufficiens, catheteri praeferri poteſt. Duriores calculi a nulla medicina intus ſumta mutantur.
p. 784. LE CAT ſupellectilem magis, quam enchireſin, mutauit.

tauit. Günziana methodus cutim incidendi a Celſiana differt, et *Bromfield* hanc imitari volens, quum vocem coxarum per tuberoſitatem iſchii, non per acetabulorum regionem explicuerit, errauit. Ductor canaliculatus *Hawkinſii* praeſtat illo *Bromfieldii.* Foemina quaedam filio ſuo quinquenni calculum prope exitum haerentem ſugendo extraxit. Inter ſcriptores artis obſtetriciae, quorum Catalogus adiunctus eſt, *Deleurye*, et *Baudeloequii* libri, quorum priorem *Flemming*, alterum *Meckelius* verterunt, liberque *Steidelii* ceteris omnibus praeferuntur.

p. 786.
p. 789.
p. 797.
p. 807.

XXI.

Vroedkundige Oeffenſchool, vervattende in een klein beſtek meerderendeels alles, 't geen tot deze Konſt eenige betrekking heeft, de Geneeskunde uitgezonderd, uitgegeeuen bij wijze van Leſſen, door den Profeſſor IACOBS. Met kopere Plaeten, Te Gend, 1784. 4. maj. 432 pag.

i. e.

Schola artis obſtetriciae breuiter complectens omnia fere, quae ad hanc referenda aliquo modo ſunt artem, arte therapeutica tantum excepta, in lectiones diuiſa et publici iuris facta a Profeſſore IACOBS, adiectis ſimul iconibus aeri inciſis.

Res ipſa loquitur, artem obſtetriciam noſtris temporibus prae reliquis doctrinis maxima cepiſſe incrementa, quum doctiſſimorum virorum ingenia excitata fuerint ad eam excolendam non ſolum et augendam, ſed etiam ornandam ac perficiendam. Quorum in numero et Cl. V. IOHANNEM BERNARDVM IACOBS eſſe intelleximus, qui non ſolum olim hanc artem doctiſſimis libris expoſuit atque illuſtrauit;

RAVLINI *) ſiquidem *ſuccinctas inſtitutiones artis obſtetriciae* belgico idiomate prodire iuſſit, et **) *manuale artis obſtetriciae* ſiue *catechiſmum* edidit, quibus doctorum gratiam promeruit virorum: ſed etiam hoc egregio libro eorum vſibus inſeruire ſtuduit, qui plura ſcire cupiunt. Ipſius libri paulo accuratior perluſtratio nos vtique de Cl[i] Auctoris doctrina in hac arte prorſus ſingulari certiores reddere poterit. Toti
p. 1. autem operi praemittit *introductionem*, qua docet, *artem obſtetriciam ad principes doctrinas medicas eſſe referendam*, et ſingulare prorſus ſtudium atque attentionem prae arte chirurgica requirere, eam potiſſimum ob cauſam, quia circa vitam duorum verſetur homi-
p. 3. num. Deinde *ipſam artem deſcribit*, atque docet, quali notitia imbuendus ſit, qui illi ſuum conſecrare ſtu-
p. 13. dium, eamque cum fructu cupiat exercere. Tandem *catalogum librorum de arte obſtetricia* adiecit, continens ſcripta aut belgico exarata idiomate, aut in illud translata, qui, quum multa ibi commemorata atque laudata, neque in HALLERI, neque in VIGILII DE VIGILIIS A CREVZENACH *Bibliotheca Chirurgica* inuenerimus, ſupplementi loco eſſe poterit.

Pars I. Primam vero quod concernit partem, illa *cap.* 1.
p. 23. *de partibus mulierum genitalibus* agit. Duplici diuiſione harum partium in actiuas et paſſiuas, et in molles et duras praemiſſa, peculiarem aggreditur deſcriptionem,
p. 24. incipiendo a *pelui*, cuius non ſolum ſtructuram, ſitum, ligamenta, ſed etiam vſum atque dimenſionem differentiamque a virili exacte et paulo verboſius explicuit. Accurata vero conuenientia, quae inter peluim
p. 45. ac caput infantis intercedit, Auctorem duxit *ad capitis infantis conſiderationem*, quod, quum dimetiendo diuerſae latitudinis eſſe deprehendatur, propter hanc diffe-

*) Prodiit anno 1771. ſub titulo: *Kortbondig Onderwijs aengaende de Vroedkunde.*

**) Anno 1777. publici factus eſt juris ſub titulo: *Vroedvrouwen Handboeksken ofte Catechiſmus.*

differentiam aptum eſt, vt per peluim commodius
queat tranſire. Hoc explicato, *molles partes genita-* p. 47.
lium explicat, quas more recepto in externas aeque ac
internas diuidit, easque ſeorſim eleganter et diſtincte
deſcribit. Sequitur ipſius *menſtrui ſanguinis* conſide- p. 58.
ratio, quae omnia paucis complectitur ad menſtruum
ſanguinem ſpectantia. Hanc vero excipit *conceptio,* p. 60.
cum ſignis, ex quibus illa cognoſcitur, quae quidem
penes primiparas ſunt incerta, penes alias autem cer-
tiora, euidentioraque, differunt tamen pro varia cor-
porum conſtitutione. Porro agit Noſter *de grauidi-* p. 65.
tate ſic, vt eius ſigna probabilia aeque ac vera indicet,
et de ſucceſſiuis eius incrementis, et tempore geſta-
tionis legitimo verba faciat. Simul vero etiam op- p. 69.
poſitum grauiditatis, *ſterilitatem,* ex ſuis cauſis explicat,
quae ex praeternaturali ſtructura partium generationi
inſeruientium, aeque ac ex morbis has partes infeſtan-
tibus colligitur. Propius accedit ad *embryonem eiusque* p. 70.
annexas in vtero partes, ſimulque explicat, qualis ſitus
infantis naturalis ſcilicet eſſe ſoleat in vtero. Hoc
caput tandem *deſcriptione vteri grauidi* abſoluitur. p. 79.

Cap. 2 partus hiſtoriam in vniuerſum proponit, p. 87.
atque ſigna ordine recenſet, ex quibus intelligitur, par-
tum proxime inſtare, quae quidem curatius ſunt ex-
ploranda: tranſitus denique fit ad *mechanismum par-* p. 90.
tus explicandum, qui quidem duplici modo perfici-
tur, a variis videlicet partibus, quarum aliae agendo,
aliae vero patiendo ſuo rite defunguntur officio.

Cap. 3. res cum partu naturali coniunctas peculiari p. 94.
ac proprio deſcribit modo, naturalis quippe partus
notione rite determinata atque expoſita, res illae ſeor-
ſim cenſurae curatiori ſubiiciuntur. Vnde de *tactu* p. 95.
ſiue *exploratione,* praeceptiſque ad hanc ſpectantibus
primo loco diſſeritur; quibus abſolutis, *inſtantis par-* p. 99.
tus ſigna recenſentur, vna cum *doloribus ad partum,* p. 100.
quorum genera diuerſa breuiter quidem, attamen di-
ſtincte declarantur. Oratio porro ad *aquas humectan-* p. 104.

dis partibus genitalibus inſeruientes dirigitur, vbi obiter praeiudicium, quaſi abſque his aquis partus naturalis abſolui queat, ſaepiuſque abſolutus ſit, refelli-
p. 107. tur. Pergit ad *parturientis foeminae ſitum* deſcribendum, qui in partu naturali non rigoroſius eſt vrgendus, ſufficit ſiquidem talis collocatio, qua ipſe foetus non laeditur, qualis vero optimus in lecto ſitus eſſe debeat
p. 109. addit. Maiorem tamen Ipſi attentionem meretur *praeſidiorum recenſio, quibus obſtetrix ac medicus obſtetricius in partu naturali praeſto eſſe ac ſuccurrere* debet.
p. 111. Igitur de *funiculi vmbilicalis deligatione*, *de ſecundina-*
p. 113. *rum extractione*, et *de ſoluenda placenta* in vtero fir-
p. 114. miter adhaerente et relicta neceſſariae encheireſes commendantur.

p. 121. *Cap. 4. curam circa puerperam* inculcat, quomodo ſcilicet verſandum ſit, ſi partes quaedam in partu laeſae aut contuſae ſunt, quomodo in lecto ſit collocanda, quibus ſtragulis tegenda, et quae obſeruanda ſint, ſi lac infanti praebeat, aut illum nutrici committat, etc.

p. 128. *Cap. 5. curam infantis neogeniti* graphice delineat. Hic de lotionibus infantis, de faſciarum applicatione, de capitis integumentis, de cunarum collocatione et motu agit, et inprimis recte nimium motum et horizontalem reprehendit, quia inde affectus vertiginoſi,
p. 133. ſtupiditas, aliaque mala oriuntur. Tangitur hic etiam *cura infantis a natiuitate vſque ad ablactationem* *) pau-
p. 135. cis, et *qualis* potiſſimum *nutrix* **) ſit eligenda, ne ſanitas et mores infantum corripiantur ac peſſundentur.
p. 140. Obſeruationes quaedam egregiae etiam hic de educandis infantibus leguntur, reprehenditur conſuetudo mammas praebendi paulo frequentius, pultis vſus, etc.

*) Plura ſcire cupientes ad BALLEXSERDI peculiarem libellum de hac materia ſaepius recuſum ablegamus.

**) Apud veteres medicos multa de hac electione inueniuntur, et noſtris temporibus hoc caput tractauit ROSENSTEIN *de morbis infantum.*

etc. et tandem quomodo remotio a lactis ſuctione fieri p. 145.
debeat. *Cap. 6. de abortibus* praecipit, quorum pe- p. 146.
ricula indicantur ſimul cum circumſpectione a me-
dico obſtetricio exigenda. *Cap. 7.* de *partubus prae-* p. 151.
maturis, et *cap. 8.* de *partubus ſerotinis*, et *cap. 9.* de p. 153.
partu mortuo agit. Signa, ex quibus mors infantis col- p. 154.
ligitur, duplicis ſunt generis; primum enim aut graui-
ditatis tempore mortuus eſt, aut demum ſub partus ni-
xibus laboribusque; propria illa ſigna diſtincte hic
indicantur. *Cap. 10.* de *gemellorum partu* ſic tractat, p. 160.
vt ſigna quidem dubia ſuppeditet, quae vulgo vendi- p. 165.
tantur. *Cap. 11. de ſuperfoetatione*, et *cap. 12.* de *gra-* p. 166.
viditate falſa, qua mola prodiit, atque *cap. 13. Mulie-* p. 169.
ris ſtatum poſt partum explicat.

Secunda huius libri pars *partus laborioſos et prae-* Pars II.
ternaturales ſiſtit, et quatuor ſigillatim ſectionibus ab- p. 175.
ſoluitur, quarum quaelibet in capita diuiſa eſt. *Prima* p. 177.
vero *ſectio laborioſos partus ob vitioſam parturientis con-
formationem* continet, quae propriis capitibus vberius
deſcribitur. Itaque *capite primo* commemorantur *vi-
tia in labiis vuluae* occurrentia, quorſum pertinent tu-
mores aquoſi, tumores ſanguinei, inflammatio tumo-
rum ichoroſorum, rigiditas ſiue immobilitas partium
genitalium. *Cap. 2. de vitiis vaginae* agit, vbi com- p. 180.
memorantur anguſtia praeternaturalis vaginae, con-
cretio vaginae, praeſentia hymenis, aut alius mem-
branae praeternaturalis, tumor vaginae, hernia ingui-
nalis, inflammatio vaginae, vlcera maligna, nimia
vaginae ſiccitas, ſpaſtica ipſius contractio, eius aper-
tura in inteſtinum rectum hians, aut verſus vmbilicum
directa. *Cap. 3.* perſequitur *vitia orificii vteri*, vbi p. 188.
concretio, induratio, intumeſcentia, inflammatio,
deſcenſio et ſpaſtica contractio orificii vterini deſcri-
buntur. *Cap. 4. vitia vteri* recenſet, ad quae refe- p. 194.
runtur, ſitus vteri obliquus, hernia vterina, inflam-
matio vteri, gangraena, atonia, fiſſura, et haemor-

p. 223. rhagia vteri. *Cap. 5. de laborioſo partu* deficientibus
doloribus ad partum diſſeritur. Duplici hoc vitium
prodit modo, videlicet ſi veri dolores ceſſauerunt,
p. 227. deinde a ſpuriis doloribus. *Cap. 6. de infirmitate et*
p. 228. *imperitia parturientis. Cap. 7. de impedimentis a vici-
nis vteri partibus* oriundis. Eiuſmodi autem impe-
dimenta ſunt, vrinae retentio a preſſione capitis infan-
tis, aut calculo in collo veſicae immobilis haerente,
excrementorum accumulatio, intumeſcentia vaſorum
p. 231. haemorrhoidalium, ouariorum tumores. *Cap. 8. de vi-
tiis caſu fortuito praeternaturales partus producentibus.*
Haec potiſſimum vitia ſunt, primiparae immatura iu-
uentus, aetas paulo prouectior, nimia pinguedo, hy-
drops, magna plethora, conuulſiones, claudicatio,
gibboſitas, parua ſtatura, epilepſia, mors.
p. 238. *Sectio ſecunda* laborioſos et praeternaturales *partus*
ſiſtit *propter vitia in ipſo infante* obuia, et partibus ad
illum pertinentibus. Dilucidius ſingula huc ſpectan-
p. 239. tia peculiaribus enodantur capitibus. Igitur *cap. 1. de
vitiis laborante capite infantis* agit, in quo inprimis
veniunt in cenſum, nimia capitis magnitudo, mala
conformatio, hydrocephalus, duo capita in vno trun-
co collocata, oſſificatio fontanellae et ſuturarum in
p. 252. caluaria. *Cap. 2. vitia in corpore infantis* occurrentia,
qualia ſunt nimia humerorum latitudo, mala corpo-
ris conformatio, concretio duorum infantilium cor-
porum, et hydropica affectio infantes inuadens, quo
in vlteriore caſu paracenteſin inſtituere ſuadet, ſi ſci-
licet viuus ſit infans. Huic operationi adaptari poteſt
inſtrumentum triquetrum aut ſimplex forfex, ita ta-
men, vt ſimul eius applicatio cum vſu recepta forcipis
conueniat applicatione, ita ſcilicet, vt inſtrumentum
directionem manus ex aſſe ſequatur, et omnis vteri
adiacentiumque partium vitetur laeſio.
p. 258. *Sectio tertia* complectitur *partus laborioſos ob par-
tium vitia*, quae tempore grauiditatis matrem et foetum
vniunt. Singulis capitibus ſigillatim haec expendun-

tur,

tur, et *primo* quidem *vitia vmbilicalis funiculi* deſcri- p. 259.
buntur, eius videlicet nimia breuitas, plexus circa collum, brachia, corpus, crura, ſi ſola prius, aut cum alia quadam parte infantis in conſpectum venit. *Cap.* p. 267.
2. vitioſam ſecundinarum conditionem examinat; ad tria potiſſimum haec redit, ſi in ipſo partu praecedit atque orificium vteri obſtruit, ſi arcte fundo vteri adhaeret, ſi partu vere excluſo remanet. *Cap. 3. de mem-* p. 276.
branis foetum inuoluentibus earumque vitiis, quae duplicis ſunt generis, nimia videlicet craſſities et nimia tenuitas.

Quarta denique ſectio *aquas* concernit, et duo po- p. 276.
tiſſimum vitia illius prodit, nimiam aquarum copiam et deinde earum defectum; in vtroque caſu parturientes labores ſuſtinere tenentur.

Pars tertia de *partubus praeternaturalibus in vni-* Pars III.
uerſum praecipit, et in prooemio non tantum accura- p. 281.
tam talium partuum definitionem praemittit Noſter, ſed etiam paulo vberius de ipſo *vertendi partum artificio* differit, deinde tranſgreditur ad magis propria partuum genera. *Primus partus* foetum ſiſtit duo- p. 293.
bus pedibus prodeuntem ſic, vt ſurae verſus anteriora, digiti vero verſus poſteriora matris dirigantur. *Se-* p. 308.
cundus docet infantem tranſitum cum poſterioribus tentare, ita, vt dorſum verſus anteriora, abdomen vero verſus poſteriora magis ſpectet, pedibus ad abdomen reclinatis, funiculo vmbilicali, in quo nodus eſt, circumdante collum et brachio corpus ambiente. *Ter-* p. 316.
tius duplicem infantis ſitum cum facie et abdomine verſus oſſa pubis matris directis. *Quartus*, infans p. 319.
cum podice ſeſe ſiſtens, dorſo verſus os ilei dextrum matris, abdomine vero et facie verſus ſiniſtrum inclinatis. *Quintus*, infans praemittit pedem dextrum, p. 321.
podex verſus ſiniſtrum os ilei, caput verſus dextrum, abdomen paullo profundius, dorſum altius collocatum, pes ſiniſter verſus abdomen circa nates adhae-

rens.

p. 325. rens. *Sextus*, infans cum dextro brachio primum ſe
oſtendit, caput quieſcit in ſiniſtro oſſe ilei, et anus
in recto, dorſum verſus anteriora et abdomen verſus
poſteriora ſpectans, quod ſuſtinet pedes ibi firmiter
p. 334. collocatos. *Septimus*, infans recto pede et ſiniſtra
manu prodit, facies in ſiniſtro oſſe ilei matris, et anus
in dextro eſt, abdomen profundius et dorſum altius
p. 335. collocatum eſt. *Octauus*, infans cum ſincipite orifi-
cio incumbit, occiput verſus os ilei ſiniſtrum matris
directum et poſteriora verſus rectum, dorſum paulo
altius et abdomen paulo profundius collocata ſunt,
p. 337. crura ad faciem ſunt poſita. *Nonus*, infans cum cer-
uice ſe ſiſtit, occiput dextro oſſi ilei et anus ſiniſtro
p. 339. incumbit, crura abdomini ſunt admota. *Decimus*,
infans cum ceruice ſeſe praebet conſpiciendum, cal-
uaria verſus partes laterales oſſis ſacri obtuſo in an-
gulo collocata eſt, dorſum ſuperiorem marginem li-
p. 340. gamentorum pudendi occupat. *Decimus primus*,
ceruix infantis inſtat, caluaria ſpectat verſus os pubis
matris, et dorſum ſupra angulum obtuſum oſſis ſacri
p. 342. eſt. *Decimus ſecundus*, dorſum orificio incumbit,
occiput ſiniſtro oſſi ilei, et anus dextro, crura abdo-
p. 346. mini. *Decimus tertius*, thorax in introitu vaginae
eſt, facies incumbit recto oſſi ilei matris, abdomen
p. 349. ſiniſtro, et crura ad dorſum ſunt adducta. *Decimus
quartus*, abdomen primum ſeſe oſtendit, thorax ver-
ſus os ilei dextrum matris ſpectat, poſteriora incum-
bunt ſiniſtro, pedes dorſo ſunt impoſiti, et funiculus
p. 354. vmbilicalis e vagina propendet. *Decimus quintus*,
humerus dexter incumbit orificio, auris dextra iacet
in ſiniſtro ilei oſſe matris, os femoris dextrum dextro,
abdomen verſus poſteriora, dorſum verſus anteriora
p. 356. directa ſunt. *Decimus ſextus*, axilla dextra ad orifi-
cium eſt poſita, brachium ſiniſtrum incumbit oſſi ilei
ſiniſtro matris, proxime adiacet caput in recta lumbo-
rum parte ipſi dextro oſſi ilei, thorax paullo altius,
p. 357. dorſum paulo depreſſius iacent. *Decimus ſeptimus*,

la-

latus dextrum infantis in orificio iacet, auris dextra incumbit ſiniſtro oſſi ilei matris, et lumbi recto, dorſum verſus anteriora et abdomen verſus poſteriora ſunt collocata. *Decimus octauus*, cubitus rectus in orificio vteri ſeſe prodit, caput quieſcit in ſiniſtro et poſteriora in dextro oſſe ilei matris. *Decimus nonus*, ambo genua inſtant, dorſum verſus poſteriora et abdomen verſus anteriora ſunt directa. p. 358. p. 359.

His rite explicatis atque variis deſcriptis manipulationibus in his caſibus adhibendis, Noſter accedit ad *praeternaturales partus, quibus infans cum capite primum prodit*, qui quidem partus primo obtutu facili negotio abſoluendus eſſe videtur, nihilo tamen ſecius variis de cauſis opus eſt artis auxilio. *Tales caſus in ſeptem partubus* commemorat, quorum *primus* declarat, infantis caluariam primum conſpici, occipite verſus poſteriora, facie verſus anteriora oſſis ſacri verſa et propendente funiculo vmbilicali. *Secundus*, caluaria quoque inſiſtit, facies ad oſſium pubis ſynchondroſin, et occiput ad os ſacrum directum eſt. *Tertius*, aeque caluaria innititur orificio, facies ad rectum os ilei matris directum eſt, et funiculus vmbilicalis collum et brachium dextrum ambit. *Quartus*, cum facie ſe conſpiciendum praebet infans, in linea media tranſuerſali in minoris peluis introitu, dorſo verſum anteriora et abdomine verſus poſteriora ſpectante. *Quintus*, latus dextrum capitis orificium occupat, caluaria verſa ad ſiniſtrum os ilei matris et humero verſus rectum. *Sextus*, occiput inſtat, caluaria ſpectante ad rectum os ilei matris, et ceruice ad ſiniſtrum. *Septimus*, ceruix cum parte occipitis praeſto eſt, caluaria ad rectum os ilei matris verſa, pedes adducti ſunt, et cum brachiis humero adiacent, atque in orificio ſe vna ſiſtunt. p. 361. p. 365. p. 366. p. 367. p. 371. p. 375. p. 376. p. 377.

Denique de *inſtrumentis* egit Noſter, quae noſtris temporibus quam maxime adhibentur. Quae autem circa vſum eorum potiſſimum notanda ſunt, praemittuntur, p. 379.

tuntur; et docetur, artis obſtetriciae magiſtrum non tantum probe imbutum eſſe debere exacta horum inſtrumentorum notitia, animi praeſentia et fortitudine, iudicio acri et peritia artis obſtetriciae probata, et recta inſtrumentorum applicandorum ratione. Nihil iam dicere attinet de diuiſione inſtrumentorum in acuta atque obtuſa, noſtri potius officii partes exigunt, vt illa nominemus. Primum nominat *vectem* RECH-
p. 381. BERGERI, quem ROSELT er BAVDELOCQVE emendarunt, ſimulque eius vſum docet: eadem ratione de
p. 384. *forcipe* LEVRETI praecipit, porro de *perforatione ca-*
p. 388. *pitis*, *de imminuendo thorace* lectu dignas adiecit ani-
p. 391. maduerſiones, nec non de *capite abrupto et in vtero*
p. 393. *relicto manipulationes* tradit, quomodo ſcilicet ſit ex-
p. 397. trahendum, ad *truncum denique a capite ſeparatum et relictum in vtero* ſe conuertit, atque rationem extra-
p. 398. hendi illum addit. Lectu quoque digna ſunt, quae *de ſectione ſynchondroſeos oſſium pubis* monet. Vix augurari ex eius verbis poſſumus, num illi faueat, aut aduerſetur. Succinctam tantum huius inuentionis antiquonouae hiſtoriam, et controuerſias narrat, addendo ſimul modum ac rationem illius perficiendae.
p. 400. Vltimo denique loco *de ſectione caeſarea* diſputat, atque docet, quibusnam in caſibus illa videatur eſſe neceſſaria, et qua ratione inſtituenda, et quomodo in vulneribus deligandis ſit verſandum.

p. 407. Ad calcem libelli *figurarum explicatio* eſt addita,
— 432. quae elegantiae et pulchritudini figurarum ita reſpondet, vt maxima inde perſpicuitas eluceat. Quum autem hae explicationes absque iconibus vix intelligi ac perſpici poſſint, ab eius commemoratione prorſus abſtinemus. Hoc tantum monemus Cl. Auctorem officio ſuo egregie defunctum eſſe atque exſpectationi artis obſtetriciae magiſtrorum ex aſſe ſatisfeciſſe. Interim tamen non reticemus, nos quaedam libenter fuiſſe lecturos de inclauato aut incuneato capite, et de artis adiumentis; paucis enim tantummodo hoc caput ab ipſo tactum eſt.

XXII.

XXII.

De cholelithis obſeruationes et experimenta, nec non de iconibus pathologico-ſemeioticis conſilium ſiſtit D. HENRICVS FRIDERICVS DELIVS conſiliar. intim. aul. brandenburgic. medic. Prof. primar. acad. imperial. natur. curioſ. adi. acad. ſcient. monſpelienſ. rothomag. et bauaric. ſodal. Cum tabula aenea ad naturam picta. Erlangae apud Wolfgangum Waltherum. CIƆIƆCCLXXXIV. 4. mai. pagg. 54.

Primae ſectionis obiectum primarium eſt hiſtoria morbi a Cl. ISENFLAMM conſcripta, in quo tamen et ipſe Cl. DELIVS conſultus fuerat. Nimirum vir non admodum robuſti corporis, ſatis tamen con- p. 4.
ſtante ſanitate gauiſus, neque diaetae negligentior, niſi quod placentarum eiuſmodique farinaceorum eſſet amans, et parcius forte iuſto biberet, ſenſim per plures annos doloribus colicis cum alui obſtructione afficiebatur, annum vigeſimum quintum agens quartanam ſatis vehementem et vltra annum protractam experiebatur, qua demum vſu largiore corticis peruuiani ſublata, per quatuor annos raro tantum leuiores recurſus affectionum priorum ſentiebat, donec vehementior inſultus cum acutiſſimo et profundo hypochondrii dextri dolore accederet, quo ſuperato, octo annos bene valebat: tum aetatis trigeſimo octauo anno absque cauſſa externa praegreſſa doloribus atrociſſimis et obſtructione grauiſſima corripiebatur, quae cum remediis conuenientiſſimis ſublata eſſet, breues induciae fiebant morbi poſt biduum multo vehementius redeuntis, adeo vt vomitu frequentiore ipſae faeces reiicerentur; clyſteribus emollientibus hisque ſubiunctis ex fumo nicotianae iam nihil efficiebatur, donec balneo

tepido

tepido per ſatis longam moram immergeretur aeger, adſtante abdomen alterna compreſſione agitante, quo corpus durum tactu percipiebatur in abdomine quaſi fluctuans et mox digitis explorantibus ſe ſubducens, quod, ſuccedente demum poſt iteratum clyſterum vſum alui depoſitione, indeque exorto protinus ſummo leuamine penitusque fugato morbo, (adeo quidem, vt quarto poſt, quum haec ſcriberentur, anno aeger conſtantiſſima ſanitate fruatur) cognoſcebatur eſſe cal-
p, 10. culus felleus, qui ablutus et modice ſiccatus longitudine pollicem vnum Pariſ. cum $7\frac{1}{2}$ lineis, latitudine maxima pollicem cum dimidia linea, pondere fere quinque drachmas aequabat, figurae ad ipſius veſiculae felleae figuram accedentis, ſuperficiei in quibusdam locis inaequalis et eleuatae, politae quaſi, coloris bruni ſeu badii, ſiccatione fiſſuras aliquas patientis; in aqua frigida plane non ſubſidens, ſed eidem innatans; facili negotio cultelli cuſpide diuidi ſe patiebatur, tumque offerebat corticem in medio tenuiorem, in extremitatibus craſſiorem, ex ſtriis primo parallelis, tum magis concentricis, quo propiores centro, conſtantem; hoc in centro ſtriarum faſciculi conici conuergebant, flaueſcentes ſeu ex badio nigricantes, interiectis aliis albis et ſelenitis ad inſtar ſplendentibus: nucleus igitur proprius nullus erat, qualis in aliis cholelithis obſeruatus eſt, cuius etiam ſpecimen aliquod Cl. Auctor in adiecta figura exhibet. Calculum vero iam deſcriptum, et iconibus quatuor, cum integrum, tum diſſectum, depictum, vere ex bile indurata conſtare, ex ipſa ſtructura cryſtallina quaſi patet, quum guttula bilis bouinae euaporata ſimiles ſtrias ſeu cryſtalliſationis ſpeciem oſtendat; quod icon in fronte ſcripti huius, ex alia diſſertatione Cl. Auctoris *) huc translata, docet.

Iam

*) Pericula nonnulla microſcopico-chemica circa ſal ſeri, Erl. 1766.

Iam ad diſquiſitionem chemicam ſubſtantiae ipſius quod ſpectat, fruſtum eius candelae admotum ſtatim liqueſcebat et flammam concipiebat; in vaſe fictili item ſtatim liqueſcebat, fumum denſum foedum ſpargebat, candebat, parum cineris relinquebat, vix a magnete attrahendi, cum acidis mineralibus efferueſcentis, ſed non perfecte ab iis ſoluendi: ex reſiduo alcali vegetabile paullum terrae calcareae deiiciebat. Aquae, neque ſimplex, neque variae minerales, neque per artem aëre fixo impraegnatae; ſerum lactis, lac ipſum, acida mineralia aqua diluta, acetum vini, alcali fixum vegetabile aqua ſolutum, ſpiritus ſalis ammoniaci aquoſus, lixiuium ſanguinis, ſolutio ſalium mediorum, vel nihil omnino, vel parum ſoluere viſa ſunt, ita vt colore tantum aliquo modo imbuerentur: alcali cauſticum aliquid ſoluebat et inde virideſcebat; aqua calcis viuae perparum mutabatur: oleum oliuarum et butyrum poſt aliquod tempus calculum liquare incipiebat: ſolutio ſaponis poſt plures dies eum diſſoluere videbatur, quod etiam ſolutio vitelli oui in aqua praeſtitit, item ſuccus expreſſus radicis et herbae taraxaci et radicis graminis; ſpiritus vini breui eum aggrediebatur ac demum ſoluebat, innatantibus tunc pluribus lamellulis ſplendentibus, ſali ſedatiuo ſeu floribus boracis ſimilibus; liquor anodynus, naphtha adhuc impraegnatus, frigidus iam ſolutionem praeſtabat, quae leni calore mox penitus perficiebatur, ſurgentibus ſimul bullulis aëreis, et poſt refrigerium ſimilibus, vt iam deſcripſimus, lamellis enatis; eadem fere phaenomena, licet tardius, tinctura antimonii tartariſata offerebat. p. 13.

Ex his phaenomenis colligit Cl. auctor, cholelithis nomen reſinae animalis deberi, et de earum origine differens penuriam ſalium alcalinorum eidem maxime fauere docet, dum acidum, ſalis communis nimium, cuius veſtigia in corpore animali ſe produnt, bilis coagulationem et efficit et promouet; tandem- p. 16.

que ex ſupra adductis experimentis colligit, ad eiusmodi concretiones aut praecauendas aut ſoluendas
p. 20. aptiſſima eſſe remedia liquorem anodynum, ſuccum taraxaci, ſaponem, vitellum oui, et praeſertim tincturam antimonii tartariſatam, hancque ſpiritui vini ſoli iure praeferendam ob noxas ab huius vſu metuendas; ad excretionem autem praecipue balnea tepida, adiuncta abdominis frictione.

p. 21. Iam deſcriptionem ſubiungit trium calculorum biliariorum in cadauere feminae quinquaginta aliquot annorum, poſt modicum prandium accedente vomitu paullo poſt mortuae, qui inter ſe ſpecie quadam articulationis iuncti integram veſiculam felleam eiusque collum occupabant, pondere vnciae vnius et drachmarum trium, quos itidem depictos exhibet. In plurimis hi calculi, praeter denſitatem paullo maiorem, cum prius deſcriptis conueniunt, niſi quod in maioris, qui capacitatem veſiculae replebat, extremitate ſeu baſi lamella conuexoconcaua nuclei quandam ſpeciem referat; in centro calculi cryſtalluli parallelopipedae conſpiciuntur, quas etiam ſeparatim pingendas curauit Cl. auctor. Neque experimenta inſtituta alia phaenomena largiebantur.
p. 23. Alium cholelithum inuenit in cadauere viri, itidem hic depictum, nucis auellanae magnitudine, in ſuperficie granulis obſitum: ac denique nonnullorum minorum calculorum variae formae variique coloris icones ſubiungit.

p. 27. Sed progrediamur ad alteram huius ſcripti ſectionem, cui prior tractatio originem ſubminiſtrauerat. Quum enim aptarum delineationum figurarumque in phyſicis, anatomicis omnique hiſtoria naturali non tantum, verum etiam in morbis variis vſus iam plane cognitus ſit, vt idem latius, praeſertim in commodum diſcentium, extendatur, optat Cl. auctor, qualia ten-

tamina

tamina iam aliquot facta ſunt, inter quae ſcopo huic proxime accedentia allegat, licet non exactiſſime elaborata, icones TAYLORI *) aliasque. Optat ergo delineationem faciei, quatenus ex eadem ſigna malorum, abdominis praeſertim, petuntur; morborum exanthematicorum aliorumque cutaneorum; tumorum; porro fluidorum excretorum, v. c. bilis, ſputi, vrinae, ſanguinis. Tunc ad vſum eiuſmodi iconum in medicina forenſi, atque in medicina conſultatoria progreditur. Difficultates huic conſilio plures ſeſe opponere non diffitetur: multum tamen eas minui poſſe exiſtimat, ſi aut pictores iuſta atque ad eiusmodi opera neceſſaria ſcientia inſtruantur, aut, quod praeſtantius, ipſi medicinae tirones horas ſubſeciuas artibus eiuſmodi ediſcendis atque vſu perficiendis impendant. Neque demum ipſas medicorum imagines omni prorſus vſu carituras arbitratur ad fiduciam aegrorum acquirendam firmandamque. In quibus quidem omnibus hic recenſendis nos quidem iam acquieſcimus, certe tamen perſuaſi, vix ac ne vix quidem veram naturam nos ſemper iconibus adſequuturos eſſe, quod iam ſatis ſuperque, vti ipſe teſtatur Cl. auctor, icones pleraeque ex hiſtoria naturali teſtantur: ne quid de ſumtibus tali inſtituto non euitandis addamus.

p. 35. p. 36. p. 39. p. 41. p. 42. p. 49.

XXIII.

Diſſertatio Entomologica, Nouas Inſectorum ſpecies ſiſtens, cuius Partem primam — publ. ventiland. exhibent Praeſes CAR. P. THVNBERG — et Reſp. *Sam. Nic. Caſſtröm* — d. XV. Dec. Ann. MDCCLXXXII. Vpſal. 4. plagg.

*) IO. TAYLOR noua noſographia ophthalmica, Hamb. et Lipſ. 1766. fol. vid. comm. noſtr. Dec. II. Suppl. I. p. 60. ſeqq.

plagg. 4. Tab. 1. Pars ſecunda: — reſp. *Io. M. Ekelund.* Maio. Anni MDCCLXXXIII. ib. 4. plagg. 3. tab. aen. 1.

Inſignem nouorum Inſectorum, praeſertim in Capite b. ſpei et Iaponia collectorum, numerum, methodo et ordine Linneanis deſcriptum, Diſſertatione in plures partes diuiſa tradet Cel. THVNBERG, Entomologiam non minus, ac Botanicam, detectorum copia ditans. Pars prima Coleoptera exhibet et Hemerobium. Praemiſſo generum charactere eſſentiali ſpecierum nomina dat triuialia et ſpecifica, loca indicat, deſcriptionem ſubiungit et plerarumque icones in Tabula annexa addit. Sunt iſtae ſequentes.

p. 5. LVCANVS: *Capenſis:* exſcutellatus, niger, elytrorum ſulcis punctatis. *Fig.* 1. Hab. in Cap. b. ſp. Corpus magnitudine *Tenebr. Foſſoris*, paullo maius.

p. 6. DERMESTES: *biſaſciatus:* niger, elytris faſciis binis vndulatis luteis, thorace cinereo-teſſellato. *Fig.* 2. Hab. ad C. b. ſp. Corpus magnitudine *Derm. vndati*, ſed paullo latius.

D. *interruptus:* niger, faſcia baſeos elytrorum rubra, interrupta. *Fig.* 3. magnitudo *Derm. vndati.*

D. *bipuſtulatus:* ater, glaber, capite, thorace punctoque baſeos elytrorum rubris. *Fig.* 4. magnitudo pulicis.

p 7. D. *maculatus;* niger, elytris faſcia vndata punctisque rubris. *Fig.* 5. Hab. in Suecia. Corpus ſtatura *Derm. vndati,* ſed paullo minus.

D. *marginatus:* niger, thoracis lateribus, pectore inciſurisque abdominis albis. *Fig.* 6. Hab. in Cap. b. ſp. et India Orientali. Magnit. et facies omnino *Derm. lardarii*, ſed paullo maior, totus pilis tenuiſſimis hirtus.

p. 8. D. *piceus:* totus ferrugineus elytris ſtriatis. Hab. in C. b. ſp. et India Or. Magnit. et ſtatura *Derm. marginati*, totus pilis tenuiſſimis decumbentibus hir-

tus.

tus. Color fere *Tenebr. culinaris*, ſed magis obſcurus.

ANOBIVM: *Ant.* claua perfoliata, triarticulata. *Thor.* marginatus, rotundatus. *Corp.* conuexum, lineari-oblongum. *Elytra* flexilia.

A. *ruficolle:* violaceum, hirtum; thorace, baſi elytrorum pedibusque rubris. *Fig.* 7. (*Derm. ruficollis* FABR. *ſyſt. Entom.* p. 57.) Hab. in Africa et India or. Magnitudo et ſtatura *Derm. violacei*, totum pilis erectis hirtum.

A. *capenſe:* atrum, hirtum, elytris violaceis, faſciis duabus albis. *Fig.* 8. Hab. in Cap. b. ſp. Magnit. maioris pediculi. p. 9.

A. *bifaſciatum:* nigrum, glabrum, elytris faſciis duabus luteis. *Fig.* 9. Hab. ad Cap. b. ſp.

A. *viride;* viride, hirtum, pedibus rubris. Hab. in Africa et India Or.

A. *rufipes:* violaceum, hirtum, pedibus rubris. Hab. in India Or. in Cap. b. ſp. inque Europa. Corpus magnitudine *Derm. violacei* ouatum, parum hirtum, totum, exceptis antennis et pedibus, violaceum. p. 10.

A. *caeruleum:* caeruleum, hirtum, lineare. Hab. in Cap. b. ſp.

COCCINELLA: Ant. claua ſolida. *Abdomen* planum. p. 11.

C. *fimbriata:* elytris flauis immaculatis margine nigro, thoracis margine poſtico punctis quatuor nigris. *Fig.* 10. Dictis punctis, raro duobus, aſt albis thoracis nullis differt a C. *marginata*. Corpus magnitudine C. 5-*punctatae*.

C. *minuta:* elytris rubris, thoraceque immaculatis. Hab. in Ind. or. Omnium minima, vix pulicem aequans, a C. *impunctata* differt thorace vnicolore.

C. *trinotata:* elytris rubris hirtis, punctis tribus nigris, capite rubro. *Fig.* 11. Hab. in C. b. ſp. Omnium facile minima, a C. *tripunctata* differt, hirſutie, capite immaculato et quod multoties minor. p. 13.

C. *iaponica:* elytris flauis, cruce ſuturae duplice ma-

culisque quatuor nigris. *Fig.* 12. Hab. in Iaponia. Magnit. C. *Hieroglyphicae.*

COCCINELLA *grandis:* elytris flauis, punctis nigris tredecim, thorace nigro, marginibus flauis. *Fig.* 13. Hab. in China, miſſa a D. BLADH. Omnium facile maxima, hinc vt et punctis tribus in ipſa ſutura com-
p. 13. munibus differt a C. 13-*punctata.*

C. *gibba:* elytris rubris, faſcia punctisque ſex nigris. *Fig.* 14. Hab. in C. b. ſp. Corpus magnitudine C. 7-*punctatae*, totum tenuiſſime hirtum.

C. *octomaculata:* elytris rubris, punctis octo nigris, thorace immaculato. *Fig.* 15. Hab. in C. b. ſp. Corpus magnit C. 7-*punctatae*, totum rubrum.

C. *Pſi:* elytris flauis, margine exteriore maculis quatuor nigris. *Fig.* 16. Hab. in C. b. ſp. Magnit. fere C. 7-*punctatae.*

p. 14. C. *iridea:* elytris rubris punctis nouem nigris ocellaribus. *Fig.* 17. Hab. in C. b. ſp. Magnitudo praecedentis

C. *oculata:* elytris rubris, punctis nouem nigris, circulo flauo circum oculos. *Fig.* 18. Hab. in C. b.
p. 15. ſp. Magnit. C. 7-*punctatae.* Similis C. *nouem-punctatae*, differt longitudine fere quadrupla, punctis inuerſo ordine poſitis, capite immaculato cum dicto oculorum circulo flauo.

C. *ſimilis:* elytris rubris, faſciis duabus punctisque quatuor nigris. *Fig.* 19. Magnit. C. 5-*punctatae*, ſimilis C. 11-et 13-*punctatae*, thorace toto nigro punctisque anticis connexis diuerſa, a C. 9-*punctata* differt thorace toto copiteque nigro, immaculato, faſciisque elytrorum.

C. *borealis:* elytris rufis, punctis 12 nigris, thorace 4-punctato. *Fig.* 20. (COCC. *borealis* FABRIC. *ſyſt. Entom.* p. 82.) Hab. in C. b. ſp. Magnitudo C. *ocellatae.* Omnia ſubtus lutea.

p. 16. C. *capenſis:* elytris rubris, punctis 12 nigris, thorace immaculato. *Fig.* 21. Magnit. C. *ocellatae;* dif-

fert

fert a praecedente thorace immaculato et punctis elytrorum nullis connexis, a C. 12-*punctata* thorace dicto, punctis rotundis, nec vltimo repando, magnitudineque maiore.

C. *puſilla:* elytris flauis, punctis octo nigris, quadrifariis. *Fig.* 22. Minimis annumeranda, cum *minuta* et *vnipunctata.*

C. *diſtincta:* elytris rubris, punctis 16 nigris diſtincta, p. 17.
Fig. 23. Hab. in C. b. ſp. Differt a C. 16-*punctata,* punctis omnibus diſtinctis, thorace nigro et quod maior.

C. *flexuoſa:* elytr. rubris, faſciis duabus punctisque duobus nigris. *Fig.* 24. Hab. in C. b. ſp. Magnit. C. 5-*punctatae.*

C. *repanda:* elytr. flauis, faſc. tribus vndatis, nigris. p. 18.
Fig. 25. Hab. in C. b. ſp. Corpus magnit. C. 7-*punctatae,* glabrum.

C. *flauicollis:* elytr. ſanguineis, punctis 10 nigris, thorace flauo. *Fig.* 26. Hab. in C. b. ſp. Corpus magnit. C. 7-*punctatae,* pilis tenuiſſimis hirtum.

C. *vndulata:* elytr. rubris, faſc. vndatis dentatisque variis nigris. *Fig.* 27. Hab. in C. b. ſp. Corpus magnitudine C. 7-*puſtulatae,* ſupra totum adſperſum pilis breuiſſimis cinereis.

C. *lunata:* elytr. flauis, faſc. duabus, arcu punctisque p. 19.
quinque nigris. *Fig.* 28. Hab. in C. b. ſp. Magnit. fere C. 7-*punctatae,* tota glabra; Signum (;) prope baſin elytrorum.

C. *crux:* elytris flauis, lineis duabus cruceque nigris. p. 20.
Fig. 29. Hab. in C. b. ſp.

C. *comma:* elytris flauis, ſutura, margine lineaque nigris. *Fig.* 30. Hab. in C. b. ſp. Magnitudo C. 5-*punctatae.*

C. *lineata:* elytr. rubris, margine omni maculisque duabus oblongis nigris. *Fig.* 31. Magnitudo C. p. 21.
5-*punctatae,* glabra.

C. *flauipes:* elytris nigris; thorace nigro, maculis

duabus flauis. Hab. in C. b. ſp. Magnitudo 2-*puſtulatae*, differt a C. *impuſtulata* thoracis lateribus flauis, absque puncto nigro et margine antico non flauo ſed thoraci concolore.

p. 22. C. *haemorrhoidalis*: elytris nigris; maculis duabus flauis, thoracis marginibus anoque flauis. C. 2-*puſtulata* minor. a C. *Cacti* differt magnit. multoties minori, macula elytrorum flaua, nec fulua, a Cocc. 2-*puſtulata* magnit. itidem minori, macula elytrorum ſimplici, nec compoſita ex maculis tribus confluentibus, thoracis marginibus luteis, ano tantum fuluo nec abdomine toto.

C. *laeuis*: elytr. nigris, punctis ſex flauis, thoracis angulis anticis flauis. *Fig.* 32. Magnit. C. 2-*puſtulatae*, glabra, differt a C. 6-*puſtulata* thorace maculato, capite flauo, ſitu et figura punctorum in elytris.

C. *riuoſa*: elytr. nigris, lunulis ſex punctisque quatuor rubris. *Fig.* 33. Hab. in C. b. ſp. Magnitudo C. *ocellatae*, tota gibba, glabra.

p. 23. C. *dentata*: elytr. nigris, margine exteriore linea tridentata, punctisque ſex flauis. *Fig.* 34. Hab. in C. b. ſp. Magnitudo C. 14-*punctatae.*

C. *hirta*: elytr. nigris, maculis duodecim rubris. *Fig.* 35. Hab. ad Promont. b. ſpei. Magnitudo fere C. *ocellatae*, tota pilis cinereis hirta.

p. 24. C. 20-*puſtulata*: elytr. nigris, punctis fuluis viginti. *Fig.* 36. Hab. in C. b. ſp. Magnitudo C. 7-*punctatae*, tenuiſſime hirta, gibba.

C. 8-*guttata*: elytris rubris, maculis octo flauis. *Fig.* 37. Hab. in regno Iaponico. C. *ocellata* paullo maior, glabra. Omnia ſubtus et alae rubra.

p. 25. CICINDELA *gigantea*: nigra elytris coſta longitudinali ſerrata, acuta, thorace bilobo. *Fig.* 38. Hab. in viis ad C. b. ſp. celerrime currens et mordens, vulgaris. Magnitudo Carabi maioris. Thoracis elytro-

trorumque facies a Cicindelis diuerſa, Carabis valde ſimilis.

Cicindela iaponica: violacea, elytris baſi, apice faſciaque cupreis, punctis duobus faſciaque luteis. *Fig.* 39. Hab. in Iaponia. Corporis magnitudo *C. ſyluaticae*. Subtus omnia e cyaneo violaceoque nitent.

C. *tridentata*: purpuraſcenti-aenea, elytris linea marginali tridentata. *Fig.* 40. Habitat in Ceylona et Coromandelia. Magnitudo C. *hybridae*, ſubtus omnia aenea nitida, barba ſparſa alba, inprimis femora. Differt a C. *marginata*, quod faſcia nulla ſit vndata, nec punctum vllum in baſi elytrorum. p. 26.

C. *catena*: viridi-aenea, elytris linea marginali flaua, triramoſa. *Fig.* 41. 42. 43. (FABR. *ſyſt. Ent.* p. 226 id. nom.) Hab. in C. b. ſp. inque Indiae orientalis plurimis locis ſatis frequens. Corpus C. *hybrida* paullo minus, ſimilis C. *capenſi*, vt forſan ſola varietas, licet paullo minor, ipſa varia; vtraque tomento albo in thorace et lateribus pectoris ac abdominis ſingularis. p. 27.

GYRINVS *capenſis*: elytris viridi-aeneis margine pallido. Hab. in riuulis prope Cap. alibique in Promont. b. ſp. GYR. *Natatore* minor.

HEMEROBIVS *grandis*: alis ſubaequalibus, reticulato-venoſis maculis duabus pallide flauis. *Fig.* 44. Hab. in Iaponia. p. 28.

Continuata paginarum ſerie continuoque Figurarum in Tabula addita numero pergit haec Pars CIMICES deſcribens. *Generis* characterem *Roſtrum* inflexum, *Pedesque* curſorii conſtituunt. Species ſequentes ſunt. Pars II. p. 29.

C. *Acaroides*: ſcutellatus, ater, thorace, ſcutello abdomineque albo-marginatis. Hab. in Cap. b. ſpei. Corpus magnitudine C. *ſcarabaeoidis*, totum aterrimum nitidum conuexum. Pedes lutei.

C. *ſilphoides:* ſcutellatus, niger thorace poſtice, ſcutello antice, margine linea media maculisque duabus albis. (STOLL. *Cim.* p. 19. Pl. IV. 21) Hab. in Cap. b. ſp. Corpus magnitudine C. *baccarum,* facie ſilphae.

p. 30. C. *diophthalmus:* ſcutellatus, ruber thorace punctis duobus nigris, pedibus cyaneis. *Fig.* 45. Hab. in C. b. ſp. Corp. fere Scarabaeum *ſtercorarium* magnitudine aequat.

C. *multipunctatus:* ſcutellatus, ruber thorace ſcutelloque punctis minutiſſimis plurimis nigris.
p. 31. (STOLL. *Cimic.* p. 40. Pl. IX. 60.) Hab. in C. b. ſp Corpus magnitudine C. *griſei.*

C. *grandis:* ſcutellatus, rufus maculis thoracis tribus ſcutellique quinque nigris. *Fig.* 46. Hab. in India or. Magnitudo fere Scarab. *ſtercorarii;* macularum
p. 32. ſitu et numero a C. *Druraei* diuerſus.

C. *Liligerus:* ſcutellatus, ferrugineus ſcutello punctis nigris duobus, faſciaque vndulata albida. (STOLL. *Cim.* p. 40. Pl. IX. 59.) Hab. prope Swartkops Zoutpan et Promont. b. ſp. interioribus regionibus. Corp. magnitudine C. *Stockeri.*

C. *guttigerus:* ſcutellatus, cinereus ſcutello baſi punctis duobus albis. *Fig.* 47. Hab. in Iaponia. Magni-
p. 33. tudine C. *Scarabaeoidem* vix ſuperat.

C. *ſpinifex:* ſpinoſus, linearis, cinereus ſcutello biſpinoſo. *Fig.* 48. Corp. lineare, facie et magnitudine C. *tipularii,* totum cinereum.

C. *hiſpidus:* ſpinoſus, oblongus, griſeus thorace, capite pedibusque hiſpidis. Hab. in Indiis.

p. 34. C. *acutus:* ſpinoſus, linearis, cinereus thoracis margine albido, abdomine punctis ſex nigris. Magnitudine et facie C. *clauati.* Thorax obſolete ſpinoſus, pedes inermes.

C. *clauatus:* ſpinoſus, lineari-oblongus, ferrugineus femoribus poſticis incraſſatis, ſcutello immaculato. *Fig.* 49. Hab. in Iaponia. Corp. magnit. C. *annulati,*

lati, ſed paullo anguſtius. Thorace punctis minimis nigris muricatis poſtice acute ſpinoſus, femora interne 3 - ſpinoſa.

C. *iaculus:* ſpinoſus, linearis, fuſcus femoribus poſticis incraſſatis ſpinoſis, ſcutello linea alba. *Fig.* 50. Magnitudine et facie C. *piloſi*, totus fuſco - ferrugineus, tenuiſſime villoſus. Thorax poſtice ſpinoſus, femora interne ſpinulis minimis ſerrulata, tibiae apice vniſpinoſae. p. 35.

C. *piloſus:* ſpinoſus, linearis, ferrugineus linea capitis pectorisque laterali albida. Corpus C. *clauato* paullo minus. Apex ſcutelli albus. Thorax poſtice ſpinoſus; Femora villoſa, interne multiſpinoſa.

C. *villoſus;* ſpinoſo - tuberculatus, totus piceus villoſus. (STOLL. *Cim.* p. 57. Pl. XIII. 90.) Corpus C. *annulato* maius.

C. *crux:* ſpinoſus, niger thorace flauo, cruce nigra. (STOLL. *Cim.* p. 43. Pl. IX. 65.) Hab. prope Swartkops Zoutpan in C. b. ſp. Corp. magnit. C. *perſonati*, oblongum. p. 36.

C. *pungens:* ſpinoſus, oblongus, ſupra fuſcus, ſubtus albidus pectore abdominisque lateribus nigro - punctatis. Hab. in Promont. b. ſp. Corp. magnit. C. *annulati.*

C. *notatus:* ſpinoſus, oblongus, ſupra ferrugineus, ſubtus cinereus, abdomine ſextuplici ſerie punctorum nigrorum. Hab. in Promont. b. ſp. Corp. vix magnitudine C. *annulati.* p. 37.

C. *trigonus:* ſpinoſus, teſtaceus hemelytris ſcutelloque puncto albo. (STOLL. *Cim.* p. 50. Pl. XI. 78, 79.) Hab. in Iaponia et Surinamo. Magnitudo C. *abietis*,

C. *muricatus:* ſpinoſus, oblongus, cinereus, muricatus tibiis poſticis baſi dilatatis. *Fig.* 51. Hab. in Promont. b. ſp. Corp. magnitudine C. *Hyoſcyami.* Similis C. *femorato* tibiis poſticis compreſſis, ſed hic multoties minor, vndique muricatus et thorace poſtice ſpinoſus. p. 38.

C. *vni-*

C. *vnipunctatus:* ſpinoſus, oblongus, teſtaceus puncto ſinguli hemelytri nigro. *Fig.* 52. Hab. in Iaponia. C. *trigono* plus duplo maior.

p. 39. C. *thoracicus:* ſpinoſus, oblongus, viridi-aureus thoracis margine luteo. (STOLL. *Cim.* p. 38. Pl. VIII. 55. A.) Hab. in India or. et Surinamo. Corp. magnit. C. *annulati*, ſed longius, ſupra aureo-viride, ſubtus flaueſcens, glabrum.

C. *analis:* ſpinoſus, oblongus, viridis abdomine rubro, ano nigro. (STOLL. *Cim.* p. 46. Pl. V. 72. B.) Magnit. praecedentis, ſed paullo latior.

p. 40. C. *transuerſus:* ſpinoſus, rotundatus, viridis capite thoraceque antice flauis. *Fig.* 53. Hab. in Africa, in Cap. b. ſp. Corpus magnitudine C. *iuniperini*, ouatum.

C. *humeralis:* ſpinoſus, ouatus, viridis hemelytris baſi luteis. *Fig.* 54. C. *iuniperino* quadruplo maior, quadrangulari-ouatus.

p. 41. C. *ſubulatus:* ſpinoſus, ouatus, vireſcens ſcutello linea eleuata ſubulata. *Fig.* 55. Magnitudine et facie praecedentis, ſupra fuſco-viridis, ſubtus albidus, obſolete et tenuiſſime punctatus.

C. *comma:* ſpinoſus, rotundatus, cinereus ſcutello linea flaua. *Fig.* 56. Hab. in Cap. b. ſp. Corpus magnitudine C. *baccarum*, ouatum.

p. 42. C. *reticulatus:* ſpinoſus, ouatus, cinereus, nigro-varius, thorace ſerrato. (STOLL. *Cim.* Pl. XVI. 111.) Hab. in Cap. b. ſp. Magnitudine C. *baccarum*.

C. *Fullo:* ſpinoſus, ouatus, niger, albo-irroratus, capite thoraceque linea alba. *Fig.* 57. Hab. in Iaponia, in inſula Dezima ſatis vulgaris. C. *rufipede*
p. 43. maior, totus vti Scarabaeus *Fullo* niger maculis albis ſingulis, minutis, inprimis ſupra irroratis et punctis impreſſis varioloſis.

C. *tibialis;* ſpinoſus, ouatus, brunneus albo fuſcoque lineatus, ſcutello maculis tribus albis. *Fig.* 58. Magnitudine C. *baccarum*.

C. *ſul-*

C. *ſulcatus:* ſpinoſus, ouatus, cinereus, fuſconebuloſus abdomine ſulcato. (STOLL. *Cim.* p. 33. Pl. VI. 47.) Hab. in India or. Coromandelia et alibi. C. *baccarum* paullo maior.

C. *fuſcus:* ſpinoſus, oblongus, ferrugineo-fuſcus antennis pedibusque hirſutis. Magnitudine fere C. *valgi.* p. 44.

C. *ſordidus:* ſpinoſus, cinereus thorace denticulato, antennis pedibusque piloſo-hiſpidis. Hab. in Iaponia. Magnitudine C. *marginati*, totus ſordide cinereus; Abdomen ſupra ſanguineum.

C. *jauanicus:* ouatus, luteus ano obtuſo, antennis pedibusque ferrugineis. (STOLL. *Cim.* p. 9. Pl. I. 2.) Maximus Cimicum, aeque fere latus ac longus. p. 45.

C. *chinenſis:* ouatus, flaueſcens ano quadridentato, ſterno porrecto. *Fig.* 59. Hab. in Iaponia et China. E maximis; ſterno porrecto ſingularis, quo, vt et antennis compreſſis, coloreque luteſcenti. Similis praecedenti, magnitudine minori et ano quadridentato diuerſus.

C. *brunneus:* ouatus, ſupra brunneus, ſubtus fuſcus, antennis piloſis. Hab. in India orientali. C. *rufipede* paullo maior.

C. *incarnatus:* ouatus, ruber thorace antice hemelytris ſcutelloque maculis duabus violaceis. STOLL. *Cim.* p. 14 Pl. II. 10. A. *D.* ib. p. 29. Pl. VI. 39. Cim. aurantius SVLZ. Cim. incarnatus DRVRY) Hab. in Bengala, Coromandelia, Ceylona et alibi. E maximis. Maculae ſcutelli interdum obſoletae. p. 46.

C. *Anchora:* rotundatus, thorace hemelytrisque maculis ſex nigris, ſcutello anchora alba. *Fig.* 60. Hab. in Iaponia et China. Magnit. C. *griſei.* Differt a C. *cruciato* colore, maculis et figura. p. 47.

C. *fimbriatus:* rotundatus, niger thoracis elytrorumque marginibus rubris. *Fig.* 61. Hab. in Cap. b. ſp. Corp. C. *oleraceo* paullo maius. Marginum latitu- p. 48.

titudine et pectorali faſciae ſanguineae intenſitate variat.

C. *variegatus:* rotundatus, nigro cinereoque varius, ſcutello punctis duobus flauis, capite thoraceque albolineatis. *Fig.* 62. Magnitudo C. *griſei.*

p. 49. C. *venoſus:* rotundatus, ruber, fuſco-pictus abdomine ſerie ſextuplici punctorum nigrorum. Hab. in Promont. b. ſp. Magnit. C. *oleracei.*

p. 50. C. *coſtatus:* ouatus, cinereus linea hemelytrorum nigra. *Fig.* 63. Hab. in interioribus regionibus Cap. b. ſp. C. *oleraceo* paullo maior.

C. *cornutus:* ouatus, depreſſus, cinereus thorace lineis tribus eleuatis, antennis fuſiformibus. Hab. in Iaponia Magnit. et facie C. *Cardui,* cui ſimilis, ſed differt antennis dictis et colore magis flaueſcente.

C. *melaleucus:* ouatus, ater hemelytris albis: maculis duabus nigris. Hab. in Cap. b. ſp. Magnitudo C. *ſcarabaeoidis.*

p. 51. C. *hirtus:* ouatus, ater, totus hirtus. Hab. in Cap. b. ſp. Magnitudo C. *oleracei.*

C. *niger:* ouatus, ater, thorace tibiisque ciliatis. Hab. in Cap. b. ſp. et Indiis vulgaris. Magnit. C. *oleracei* vel paullo maior. Variat magnitudine quadrupla et octupla.

C. *carnifex:* oblongus, rufus antennis roſtro tibiisque nigris (FABR. *ſyſt. Entom.* p. 781. id. nom.) Hab. in Tanaceto *crithmifolio* infra Tafelberg C. b. ſp. Magnit. C. *Rolandri.*

p. 52. C. *bilineatus:* oblongus, ſupra ſanguineus thorace elytris ſcutelloque albo-marginatis. Hab. in Cap. b. ſpei. Magnitudo C. *pratenſis.*

XXIV.

Tal, om nödig jämförelſe emellan de chemiſka Vnderſökningar, och Naturens verkningar, hållet i Kongl. Vetensk. Academien vid Praeſidii Nedläggande, den 9. Iul. 1783. af Herr IOH. GOTTSCH. WALLERIUS. Stockh. 1783. 8. pl. 1.

i. e.

Oratio de neceſſaria operationum naturae cum indagationibus chemicis comparatione etc. auct. IO. GOTTSCH. WALLERIO, Chem. Prof. et Reg. Ord. Waſ. Equite aurato.

De neceſſaria, quatenus liceat, dicta operationum actionumque naturae, cum indagationibus chemicis comparatione, ad tutam perfectioremque corporum indolis et compoſitionis notitiam obtinendam, ſermo eſt Cel. Auctori, qui triginta annorum laboribus chemicis edoctus, alienas ſaltem, recentiores ſententias, quin potius coniecturas, non nimis feſtinanter, antequam ad propria experimenta aut comparationem cum operationibus recurſum fuerit, eſſe aſſumendas, praeſertim, vbi de compoſitione corporum ſermo fuerit, errores reperiſſe aſſerit, quae non ſemper tuto chemicis poſſit inferri experimentis. Sic calcem iuxta vitriolum, vel acidum vitrioli, ineſſe poſſe monet aquae, modo non combinatam, aſt ſub euaporatione decomponi vitriolum et oriri gypſum ochramue, antea in aqua iſta non praeſentia. Similiter diuerſa illa producta, quae deſtillata det ſpiritus vini cum oleo vitrioli miſcela, decompoſitionem, recompoſitionem nouam et deſtructionem quandam, reſpectu obtentae terrae, requirere addit Noſter, neque obtenta per operationes chemicas educta ſemper eſſe cenſenda, et, quae analyſin rite factam optime demonſtret, ſyntheſin ſaepe contradicere, dum exacta arte-

p. 4.
p. 5.
p. 6.
p. 7.

artefacti cum naturali comparatio diuerſas ſaepe doceat proprietates. Sic artificialem MARGGRAFII, e terra aluminis et arena ſubtili, argillam a naturali differre, POTTIVM probaſſe, quippe illius terra alcalina omnibus acidis mineralibus ſit ſolubilis, ex hac vero ſolius vitriolici ope terra aluminis producatur. Naturam ergo conſultandam eſſe, pergit Cl. Auctor,
p. 8. et illuſtrationis cauſſa exempla proponit. Sic, occaſione ſic dicti aëris fixi ſ. acidi aërei, ſulphureis, ful-
p. 10. gura demiſſa comitantibus, veſtigiis docere Naturam putat, praeter caſu forſan eleuata acida non dari in aëre noſtro, niſi ſpiritum ſubtiliſſimum, volatilem, elaſticum actiuumque ſulphureum, electrico fluido eundem, aquarum mineralium acidum, pyritarum fa-
p. 11. tiſcentia ortum, ſique artefactum acidum aëriforme a vitriolico vel ſulphureo diuerſum ſe praebeat, horum minus violentam inde tantummodo ſequi ſeparationem, vt igitur, quod efferueſcentia alcalicorum cum acido vitrioli obtineatur, calci vel cretae tribuendum non ſit, ſed ipſi acido vitriolico, ſub efferueſcentia decompoſito inque ſpiritum inuiſibilem aëriformem reſoluto, vti ſimiliter nitroſum acidum ex parte mutari viſum ſit LAVOISIERO; quin reliqua aëriformia liquidum, a quo ortum duxerint, prodant;
p. 12. nequeſminus negandam eſſe putatam acidi aërei in calcibus metallicis praeſentiam, et vitrioli martialis ſub telluris ſuperficie per calcem decompoſitionem ac ortae ochrae per acidum ſurſum latum ſolutionem, nec calcinari ſub ſolutione metalla, ſed tantum ſub menſtrui ſeceſſu, quod tunc demum phlogiſton ſecum rapiat, metallicae terrae euulſum.

p. 13. Alterum exemplum a ſiliceorum origine petit Noſter, ruperta per ſua aliorumque experimenta in ani-
p. 14. malibus rudioribusque vegetabilibus fere ſola calcarea terra, plurium mixtarum in his praeſentiam refellens, magneſiam albam, cuius iam ante BLACKIVM MARGGRAFIVMQVE proprietates nouerit BRANDT, muta-

mutatam forte eſſe terram calcaream concedens, aſt dicto argumento et repertis in Achatem mutatis lignis inque ſilicem verſis conchyliis mutatam a natura calcaream terram in duriorem ſiliceam patere exiſtimans, quibus accedant effecta per naturam ſilicis in calcem reſolutio ac calcarei nuclei cruſtaeque cretaceae in ſilicibus reperiundae.

Denique non minus erroneam eorum cenſet opinionem Cl. Auctor, qui alumen ex pyritis non, niſi ſimul argillam contineant, aut in argillaceis lapidibus occurrant, obtineri contendant, dum pyrites Dyltenſis, deſtillando ſulphuri vſitatus, exactiſſimo exploranti nil argillaceum prodat, et tamen reſiduum, aëris actione per ſexennium vltraque expoſitum, elixiuatione copioſum vitriolum, aſt poſt iteratam per 7 vel 8 annos aëri expoſitionem merum alumen largiatur, quin pyrites artefactus, e ferro et ſulphure, pari modo etiam tandem alumen porrigat, Lavam vulcanicam, exuſti fuſique pyritae ſcoriam, ſaeculorum intervallo in argillam mutari obſeruauerit Cl. FERBER, et pariter in argillam reſolui ſcoriam ferri, aëri diu expoſitam, notauerit ZIMMERMANN, vt itaque forſan non male argillam metallorum baſin dixerit SCOPOLI, a qua forte originem ducat ferri terra puriſſima, ſummo eiusdem per ignem naturalem deſtructionis gradu, teſte RINMANNO, ſiliceam ſe praebens, quod mirum non ſit, cum argilla tam acidis, quam valido igne, perfectam ſubeat mutationem, omnem amittat tenacitatem et terrae ſimilis euadat ſiliceae. Patet e dictis, Cl. Auctorem, recentiorum argumentis nondum conuictum, priſtinis adhuc inhaerere opinionibus, locumque ſupereſſe dubitationi, vlterioribus tantummodo partim tollendae experimentis.

p. 15.

p. 16.

XXV.

Rifleſſioni ſulla natura, cagione e cura dei Cancri, con alcune utiliſſime Oſſervationi fiſiologiche e pratiche per la cura dei medeſimi, Opera di GAETANO MERULLA, Meſſineſe, Dottore di medicina, e profeſſore di Chirurgia, Academico Apatiſta, Etruſco, e Socio dell' Academia di Bottanica, e D'iſtoria naturale della celebre univerſità di Cortona, dedicata all' illuſtriſſimo Signore D. FRANCESCO ARDIZZONE, dottore di Medicina etc. in Firenze, per Gaet. Cambiagi, ſtampator granducale MDCCLXXV. 8. mai. 302 pl. Figur. II.

i. c.

Disquiſitio, de natura, cauſa et curatione cancri, adjectis quibusdam obſeruationibus phyſiologicis et practicis, ad cancri curam ſpectantibus. Auctore GAET. MERULLA etc.

Inter morbos, quibus a multis inde annis humanum genus vehementer excruciari ſolet, nullus profecto tam pertinax tamque rebellis eſt, quam is, quem vulgo ſub cancri nomine comprehendimus. Et quamvis tum ad illius naturam penitius cognoſcendam, tum ad eius vim infringendam, a viris in arte ſua maxime peritis, multae hactenus prolatae fuere ſententiae et curandi rationes; tamen, cum poſt multas ambages veritas demum indagari ſoleat, multa nos adhuc latent, quae ad eius morbi naturam et ſanationem ſpectant. Quare omnino is, qui in ejusmodi morbi indolem inquirere, additisque obſervationibus, ejus curationem illuſtriorem reddere ſatagit, non ſolum omnem laudem mereri, ſed etiam inter eos videtur poſſe referri, qui toti generi humano bene cupiunt. Quam veteres nobis reliquerunt can-
p. 2.

cri

cri definitionem, ea ita accurata et certa habita eſt, ut de eius veritate nullus dubitaret. Hinc per multorum ſeculorum ſpatium recentiores contenti hac cancri idea, ejus penitiorem indagationem plane neglexerunt. Mox autem de veterum doctrina ambigere, ſibique ideam aliam veriſimiliorem et experientiae magis conſentaneam fingere de iſto morbo coeperunt. Putabant enim veteres, cancros cum tumoribus confundentes, oriri illud malum ab acrimonia rodente, quae a ſanguine melancholico, atrabiliario et aduſto proveniret. Sic GALENVS cancrum generari autumat ab atra bile, HELMONTIVS a ſale alcalino corroſivo, atque VALESIVS cauſam huius mali ponit in ſale et terra ab humore feroſo ſeparata et ſpoliata. Idem fere ii, qui recentiores dicuntur, mutatis tamen verbis affirmare videntur, dum cancrum ab acido fermentato enaſci ſinunt, quod ſit coagulabile, cancri principium poſſit producere, ejus progreſſum augere, et tandem exulcerationem creare, ita, ut illud acidum in fine, tantam acrimoniam contrahere poſſet, quantam aqua fortis habet.

Recte monet igitur Cl. Auctor, non poſſe veram et accuratam cancri definitionem exhiberi, propterea quod ſit et ſuo in ortu, progreſſu, et multifaria forma, quam adſciſcere poſſit, maxime diuerſus. Quae exſtant tum veterum tum recentiorum hujus mali definitiones, eae duntaxat figuram et effectum, quem edit, concernunt. Subnectit deinde GALENI, CELSI et AEGINETAE de cancro ſententias, ex quibus aeque atque ex allatis recentiorum quorundam diuerſis opinionibus, colligit, non poſſe ob variabilem cancri et ſedem et mutationem, ejus ſignum pathognomonicum conſtitui. Saepe enim accidere ait, ut cancer ſine ullo ab illis allato ſigno appareat, contra autem praeſentibus fere omnibus ſignis, cancer verus non adſit. Dictum illud quo magis eluceſcat, ſequenti obſeruatione, inſtituta in juvene viginti ſex annos habente, Art. I. p. 9 p. 14.

corroborare annititur. Habuit ille nempe tumorem ſub lingua, qui vulgo ranula appellatur, quem cum putarent materiem conſuetam continere, aperiebant: ſed haec res, facta inciſione, longe aliter, quam primo putabatur, eveniebat; nam primum materies obſcuri coloris et pertenuis emanabat, et altero die ingens ſuperueniebat inflammatio, ad linguae pharyngisque muſculos uſque ſeſe diſpandens, ita ut aeger nec loqui nec deglutire poſſet. Cedebat quidem inflammatio adhibitis medicinis, ſed animadvertebatur ſub mento, glandula tumefacta et paullulum dolens, quam jam tres menſes ante ranulae ortum ſe ſenſiſſe aeger affirmabat. Quinto poſt aperturam die, conquerebatur de dolore genarum ac temporum punctorio, ſimulque de capitis ingenti dolore, et dehinc omnia cancri ſigna in vulnere deprehendebantur, quibus aeger duobus poſt factam inciſionem menſibus peractis, miſere peribat. Hunc tumorem negat in principio fuiſſe benignum, et poſt demum in cancroſum verſum; id neutiquam fieri contendit, ſine diſpoſitione ad cancrum jam ſingulari, et materia corrupta jam latente.

p. 19. Nunc ad cancri deſcriptionem progreditur, eamque ſuccinctam exhibere ſtudet. Tumores cancroſi varios adſciſcunt characteres, variamque induere poſſunt formam, quae vel a tempore ortus, vel ab incremento illius maſſae, vel ab ipſa denique parte, in qua ſedem figit, dependet. Varium maſſae augmentum, a mala fermentatione, in cancro ſemper praeſente, repetendum eſt. Nominat igitur cancrum cum Dn. de LISLE et Dn. GENDRON transformationem partium neruoſarum, glandularium et vaſorum lymphaticorum in ſubſtantiam informem, duram, compactam et indiſſolubilem, quae incrementum capere et exulcerationem contrahere poteſt. Mutari inſuper poteſt contextus celluloſi natura aeque ac aliarum membranarum, quae in parte affecta offenduntur, quae utcunque natura tenues et ſubtiles ſint, tamen eiusmodi

modi partes interdum vidit in carnoſam, duram, cartilagineam, imo, ut in pia matre et teſticulorum membranis factum eſt, in oſſeam ſubſtantiam immutari.

Facilius in partibus oritur glandulofis. Acturus de differentia et diſtinctione cancri, eum in occultum et manifeſtum dividit, deinde varia ejus nomina, quae a ſua ſede deſumuntur, apponit, eumque, qui a lue venerea ortum traxit, ſyphiliticum cancrum nominat. Peculiaria cancri aperti ſigna ſunt: vulnus, hujus labiorum inverſio et durities, carnium color albidus, dolor lancinans, adſpectus horridus, et materiei ichoroſae et acris effluuium. Scirrhum ut fontem et primum principium futuri cancri conſiderat. Pertinet ille ad tumores lymphaticos, et oritur a motu lymphae retardato, quae ſenſim ſenſimque moram contrahens, coagulatur, vaſa minima collateralia obſtruit, et tumorem tactui reſiſtentem progignit. De differentia ſcirrhi eiusque diviſione in imperfectum, perfectum, particularem et univerſalem. Scirrhi cauſam in obſtructione vaſorum lymphaticorum poſitam eſſe, contra eos probare annititur, qui, quum facta ſcirrhi ſectione anatomica nihil, nec viſcoſi, nec reſoluti in eius interiori ſubſtantia detegere potuerint, eius cauſam, mutationem aliquam putabant eſſe ſubſtantiae partium mollium. Sed non modo ex ipſius lymphae coagulabili natura, et vaſorum, quae permeat, ſubtilitate, huius obſtructionis poſſibilitatem demonſtrat, ſed etiam ex allato exemplo iuuenis cuiusdam, cuius narium mucus in cartilagineam duritiem, ſola remora mutatus erat, hancce ſententiam ſtabilire ſtudet.

Artic. II. p. 21.

p. 27.

Antequam de cancri ſede exponit, primum praemittit quaedam de ſtructura et uſu mammarum, quippe in his apud feminas, plerumque oriri ſolet cancer, deinde fuſius de lactis ſecretione agit. Mammae ſunt, propter ſuam ſingularem conſtructionem et teneram admodum fabricam, duobus potiſſimum tumorum gene-

Cap. II. p. 40.

generibus obnoxiae. Alter horum tumorum, a ſtagnatione ſanguinis in vaſis arterioſis, lymphaticis, et ſeroſis producitur, et inflammatorius nuncupatur, alter autem enaſcitur ex humorum lentore, et inter frigidos ſic dictos tumores refertur, eſtque fere ſemper ſcirrhi et cancri fons.

p. 64. Nunc ipſam inflammationis theoriam proponit, in qua ſeſe *Boerhaavianae* ſententiae ſubſcribere videtur.

Art. III. De ſcirrhis mammarum inflammatoriis eiusque cauſis
p. 79. differens, praeſertim pro eorum cauſa habet, lac accumulatum in mammis, ſi nutrices puerulis aut ad ſatietatem usque, ubera ſua non praebent, aut lactantibus, prae dolore in papillis orto, ubera omnino negant: porro alimenta nimis nutrientia plebeiis feminis exhibita, et animi pathemata. Quae de ſignis tumorum inflammatoriorum in mammis addit, ea nihil praeter iam cognita continent.

p. 86. Nunc de iis tumoribus mammarum ſcirrhoſis et cancroſis loquitur, qui ab humorum depravatione et lentore ortum ſuum trahunt. Sunt illi in principio cognitu difficiles, et praeſertim eo tempore, quo ſanguis menſtruus aut prorumpit, aut ceſſat, apud feminas plerumque conſpicui. Signum ſcirrhoſi et cancroſi tumoris, deſumitur ex duritie, inaequalitate, aſperitudine anguloſa, quotidiano molis incremento et dolore lancinante, quem ex continuo noui humoris affluxu, glandulam extendente, explicat. Tamen in eiusmodi tumorum prognoſi facienda, caute verſandum eſſe monet, quoniam interdum tumores quidam, qui benignis adſcripti fuere, peſſimos produxere effectus.

p. 92. De his nunc ad uteri cancrum tranſit Cl. Auctor, praemiſſa primum uteri deſcriptione anatomica, ex qua Ipſi veriſimile eſſe videtur, poſſe illud viſcus omnino, tum propter vaſorum ſine valvulis in eo praeſentium magnum numerum et teneritudinem, tum propter lentiorem motum fluidorum in hiſce vaſis obvium,

et

et irritari et debilitari per obſtructiones et congeſtiones ibi enatas, indeque facile ad eiusmodi morbos diſponi. Inter cauſas cancri uterini, refert aërem hu- p. 105.
midum vaporibus refertum, humorum excernendorum ſuppreſſiones, animi pathemata et victum crudum corruptum, qui primum fluorem album producere poteſt, ex quo deinceps carcinomata uteri oriri ſolent. De uteri inflammatione eiusque cauſis occaſionalibus. Tumores illi ſcirrhoſi et carcinomatici cognoſcuntur, ex duritie, reſiſtentia et tumore: ſentiunt mulieres in parte affecta pondus quoddam maius vel minus grave, quod videtur uterum verſus vulvam premere, praeſertim ſi erecto ſtant corpore; ſi autem femina ſupina jacet, tumor ille inteſtinum rectum premit, excitatque, ſi imperfectus adhuc eſt ſcirrhus, inſignem dolorem. In uteri fundo reſidens ſcirrhus, in regione hypogaſtrica tactu explorari, et a grauiditate, ſuis et cauſis et effectibus diſtingui poteſt. In principio horum tumorum omnino medicina locum habere, imo interdum optimo cum fructu dari poteſt; ſi autem iam in cancrum fuerint conuerſi, id quod cognoſcitur, ex dolore acuto in utero praeſente, dolore lancinante, circa renes et coſtas ſaeviente, ex tenſione, ex ponderis grauiſſimi ſenſu, ex duritie partium vicinarum, denique ex proruptione variorum humorum, diuerſam habentium indolem pro diverſa carcinomatis et malignitate et duratione, tunc eorum exitus fere ſemper exitioſus habendus eſt.

Etiam in uteri vagina ſaepiſſime occurrit cancer, p. 116.
occupatque membranam nerueam rugas ibi conſtituentem, et quam maxime ibi ſedem figit, ubi haec membrana cum vaginae ſphinctere coniungitur. Oritur interdum a miaſmate venereo, vaginae glandulas occupante, et aeque ac uteri cancer extimeſcendus eſt.

De oculorum cancro. Inter morbos oculorum p. 119.
ſingulares quinque ſpecies ſecundum Ill. ST. YVES opinionem, in cancrum abire poſſe exiſtimat. Prima

ſpecies refert tumorem durum, qui plerumque palpebrae ſuperiori adhaeret, et vaſa verſus baſin ſuam habet ſanguine atro plena, colorem plumbeum referentia; aeger continuo conqueritur de dolore pungente. Secunda ſpecies oriri poteſt ex porro, reperiundo iuxta angulum oculi internum, ſub palpebrarum coniunctione; hic tumor, radices ſuas profunde agit, multisque vaſis ſanguiferis diſtinctus eſt. Tertia ſpecies, ex varicum quodam genere produci poteſt, quod vaſa atro ſanguine plena, et plumbeum colorem habentia refert. Quarta ſuccedit vulneribus, aut lacrymali ſacco, aut ipſi carunculae inflictis, oririque etiam poteſt, ex quacunque alia cauſa, lacrimas acriores reddente, quae acrimonia deinceps, palpebras inferiores arrodit, et vulneris labra calloſa reddit. Quinta ſpecies eſt ſequela accepti ictus, aut percuſſionis in orbitae arcu, vel partibus oculi vicinis, cuius bina attulit exempla. Pari modo Cl. ST. YVES idem malum a tribus verrucarum ſpeciebus in palpebris oriri poſſe ſtatuit. Quarum prima eſt verruca tenuis pendula, cuius radix cutis ſuperficiem duntaxat occupat: ſecunda multo latior eſt, cutique altius inhaeret, et tertia non ſolum latiſſima eſt, verum etiam radicibus ſuis per omnem cutis craſſitiem penetrat, habet inſuper in ſua ſuperficie multa vaſa ſanguifera, et om-
p. 123. nium eſt facillime ad cancrum prona. Obſeruatio de cancro in membrana oculi coniunctiua enato: convertebatur haec in maſſam informem et excreſcentiam ſarcomatoſam, ſclerotica et cornea in putrefactionem abiere, humor tum aqueus, tum vitreus, pus conceperunt, et cryſtallinus humor, ſpiſſior, durior et opacior factus eſt, colorem adſciſcens luteſcentem. De narium
p. 126. cancro. Eſt ille vel externus, ſuo charactere facile diſcernendus, vel internus, qui plerumque ſuccedit ozaenae et narium polypis, ſeque manifeſtat dolore punctorio et ulceris calloſitate. Labiorum et linguae cancer, plerumque primum uti porrus apparet, fit poſtea durus,

durus, dolorem creat, volumen ſuum auget, externe in ulcus abit, dum interne ſuam duritiem auget et rapidos facit progreſſus. Sed et gingiuae cancro ſubiectae ſunt: enaſcitur ille ex carnoſa gingivarum excreſcentia, quae vulgo epulis dicitur, cuius ſpeciem Ipſe obſervavit in noſodochio. Aurium cancer eadem ſigna et eosdem characteres cum illo cancro communes habet, qui in cute obſeruatur, attamen in eo differt ab cutis cancro, quod eius progreſſus per ſubſtantiam huius organi lentius fiat, isque facilius et exſtirpatione et cauſticis remediis tolli poſſit.

Poſtea quoque mentionem iniicit cancri illius, qui praeputium male habere ſolet, de quo binas ſpecies, externam nempe et internam, affert; utraque autem ſpecies plerumque oritur a cauſa venerea, et ſimili modo enaſcitur, ac cancer cuti proprius. Ex eadem cauſa venerea etiam cancrum penis ſaepiſſime oriri ait; incipit ille ſub ſpecie tuberculorum corneam ſubſtantiam habentium in glande, atque etiam in praeputio ſaepe e praegreſſa phimoſi aut paraphimoſi originem ſuam trahit. Denique de cancro cutis quaedam exponit, qui in principio plerumque ſeſe prodit per enatum paruum porrum, duritiem aut minorem aut maiorem habentem, leviſſimo attrectatu ſanguinem plorantem, eumque aut purum aut ſero mixtum, ſiccatum deinceps cruſtam relinquentem, quae quoties decidit, toties iterum ſeſe reſtituit. Hic porrus ſenſim ſenſimque in ſuppurationem abit, fundens ſeroſitatem aliquam, carnium loturae ſimilem, in cuius progreſſu, grana dura, parva, albidum colorem habentia, obſeruantur, quorum in vicinia, maculae rubrae minimae conſpiciuntur, quae mox in ulcus abeunt, et veram cancri naturam adſciſcunt. p. 131.

Cauſam cancri proximam nunc definit, eamque in lympha vitiata et corrupta ponit, quae ſecundum Cl. Auctoris opinionem, dum in parte aliqua haeret, Cap. III. p. 142.

per fermentationem perverſam, aſſumit indolem alcalinam, cuiusque continuo affluxu, opinatur, enaſci poſſe tantae molis tumores. Exemplum enarrat eiusmodi permagni tumoris, qui apud feminam in labiis pudendorum enatus, poſt feliciſſimam exſtirpationem,
p. 158. triginta duo libras pendebat. Non omnis verus ſcirrhus in cancrum degeneratur, quamuis in eum abire poteſt; promouetur autem ſcirrhi mutatio in cancrum vel ipſius humoris in ſcirrho contenti mala indole, vel medicamentis externe male adhibitis. Quam maxime in ſcirrho ſanando, ad tempus eius durationis attendendum eſſe ſuadet, in quo, ſi adhuc recens eſt, aut eius reſolutionem, aut ſuppurationem tentandam eſſe proponit: id quod allatis quibusdam exemplis confirmare ſtudet, ubi aliquot veri ſcirrhi per ſuppurationem feli-
p. 169. citer fuerint penitus ablati. Secundum ſuas obſeruationes, etiam ſcrophuloſi tumores, polypi, et alia mala
C. IV. V. externa, cancri naturam induere poſſunt; qua occa-
p. 174. ſione quaedam hic adiecit, de ſcirrhi degeneratione in occultum et in apertum cancrum, quae mutatio iuxta Cl. Auctoris mentem per fermentationem fit, quae aut plus, aut minus fortis et acris exiſtere, et pro ſua ſingulari aſſumta indole, cancri varios gradus ſiſtere poteſt: deinde ſcirrhi, et cancri, tum occulti, tum aperti, diagnoſtica et prognoſtica ſigna, adiectis obſeruationibus, illuſtrat.

Ad ipſam nunc tumores ſcirrhoſos tractandi methodum devenit, et in iis adhuc recentibus et incipi-
Cap. VI. entibus, reſolutionem commendat. Iure omnino re-
p. 196. prehendit uſum laminae plumbeae, quae vulgo eiusmodi tumoribus imponi ſolet, reiicitque omnia, quae irritant, medicamenta. Cum SWITENIO contra externe ſuadet Gummata reſinoſa, emollientia omnia et Mercurialia, quorum ope aliquoties tumores ſcirrhoſos in parotide obortos, ad ſuppurationem coegit et ſanavit. Medicamenta interna, in caſu pertinaci, cum externis coniungenda; in menſtruorum defectu,

phle-

phlebotomia inſtituenda, et in uniuerſum, humores vel attenuandi, vel eorum motus languidus aut ſtimulantibus, aut roborantibus corrigendus eſt. Scirrhus p. 205.
verus, ſi, omnibus tentatis, volumen ſuum diminuere non incipit, metusque oritur futuri cancri, ferro reſecandus eſt. Hac occaſione Cl. Auctor plures attulit obſeruationes, ex quibus perſpicuum fit, ob neglectam ſcirrhi exſtirpationem eiusque tractandi negligentiam, ſaepiſſime evenire, ut in cancrum abeat, et homines miſere perdat: adjunxit inſuper quoque multas egregias obſeruationes, partim a ſe, partim ab aliis factas, quae de felici eventu ſuſceptae ablationis teſtantur: quarum vna praeſertim, ob eius raritatem notari meretur, quae ablationem teſticuli ſcirrhoſi, ſex libras pendentis, eiusque felicem ſanationem exponit.

Eadem fere curandi methodus, in cancro vero lo- p. 233.
cum habere poteſt; tamen et ablatio, et exſtirpatio, reliquis omnibus praeferenda, cuius operationis non ſolum cautionem, ſed etiam neceſſitatem, diligentiſſime obſervationibus quibusdam adiectis, oſtendit. Etiam cauſticorum medicamentorum applicatione cancer interdum ſanatus fuit; quae quum non ubique proſint, imo aliquando, ſi incaute adhibita fuerint, noxam inferant, potius omittenda, et partis ablatio, modo ſi fieri poteſt, his praeferenda. Optima cauſtica hoc in loco ſunt, et lapis infernalis, vel per ſe, vel ſolutus adhibitus, et mercurius praecipitatus ruber: reliqua, ut arſenicum, aqua fortis etc. ut minus tuta, reiicienda ſunt. Exempla cancrorum cauſticis feliciter ſanatorum. Si nulla alia, ob multas res concurrentes, radicalis curatio, ante cancri exulcerationem locum habere poteſt, ad curam palliatiuam confugiendum eſt, per quam hoc malum magis protrahi, quam curari, poteſt. Attamen etiam in huius applicatione probe cauſae expiſcandae ſunt, et videndum, utrum ab interna, aut externa ortum ſit malum, ne medicamenta perverſe adhibeantur. Quare pro re nata, mox adſtringentia, mox corrigentia,

ut belladonna, cicuta aut alia exhibenda ſunt, valde tamen cavendus emplaſtrorum aut pinguium uſus.

p. 272. Etiam in cancro aperto palliativa cura locum habere poteſt, in quo ſi vulnus nimis ſiccum fuerit, aut nullus ichor cum doloris augmento deprehendatur, ſuccus aut plantaginis aut atropae belladonnae, linteo carpto applicatus, et vulneri impoſitus, commendatur. Si autem contra evenerit, et vulnus nimium ichorem acrem fundit, ita ut metus ſit, ne partes vicinae laedantur, tunc aut pulueres, aut aquae adſtringentes et ſtypticae imponendae, vel compreſſio adhibenda eſt. Si denique cancer altius ſerpere et profundius penetrare cupit, id quod ex nova inflammatione circa tumorem orta facile cognoſcitur, tunc aquam phagadaenicam cum myrrha vel aloëticis coniunctam, utiliſſimam eſſe ait. Magnam tenſionem et inflammationem ſopit impoſito emplaſtro de cruſta panis, lacte, et faſciarum conſtrictione, de cuius egregio uſu
p. 278. obſervationes aliquot appoſitae teſtantur. Denique de cura palliativa carcinomatis interni agit, et in eo, ſi uterum occupauit, lenia purgantia, ſemicupia, iniectiones, cataplasmata anodyna, et quae reliqua ſunt, commendat.

XXVII.

Mediciniſch practiſche Beobachtungen, erſte Sammlung. Von Dr. HEINRICH FELIX PAULIZKY, *Fürſtlich Salm-Kirburgiſchen Rath. Frankfurt am Mayn, in der Andreäiſchen Buchhandlung. 1784 gr. 8. 88 S.*

i. e.

Obſeruationum e practica medicina deſumtarum collectio prima, edita ab HENRICO FELICI PAULIZKY, Medicinae Doctore etc.

Si

Si quid unquam medicinae partem practicam illuſtriorem reddere, et ad maiorem certitudinis gradum evehere poteſt, id certe obſeruationibus clinicis, ingenii acumine, per longam annorum ſeriem inſtitutis, et omni fide narratis, optime praeſtatur. Hoc modo enim, non ſolum ad ipſos morbos accuratius cognoſcendos et definiendos, verum etiam ad remediorum uſum ſtabiliendum, eorumque effectus magis determinandos, omnino reddimur aptiores. Quicquid igitur diuturna meditatione longoque medendi uſu quotidie obſeruatur, id in commune bonum ingenuo liberalique animo conferendum eſſe, putamus. Collectio illa, de qua quaedam nunc nobis ſunt dicenda, ſex diuerſos pertractat caſus, quorum plures adhuc nobiscum Cl. Auctor communicaturus eſt, data ipſi occaſione.

De phthiſi pulmonali. Ea potiſſimum phthiſeos p. 1. ſpecies, quae morbos catarrhales ſequi ſolet, in Hunnorum tractu, vulgo *Hunnsrück* dicto, fere endemice graſſatur. Omnino conferunt ad hujus morbi frequentiam, et celſior regionis illius ſitus, aëris ventorumque viciſſitudines, et inprimis incolarum vivendi ratio, cum aut magnis oneribus ferendis, aut lapidibus achatis perpoliendis, vitam quaerere cogantur. Accedit etiam, quod irruentes morbos catarrhales, vel male tractant, vel plane negligunt, hinc fieri aliter non potuit, quin Cl. Auctori ſaepenumero occaſio daretur, ortam ex illis morbis phthiſin, et videndi, et in eius cauſas magis adhuc inquirendi. In arce *Wildenburg* dicta, utpote celſiſſima huius tractus regione, p. 9. omnes praefecturae adminiſtratores, de quorum vita certi quid erui poterat, phthiſi mortem obiere. In uniuerſum non dubitandum eſſe ſtatuit, quin phthiſicorum plurimi, ab hoc morbo liberari, ſanarique ex toto poſſent, modo ſi citius hic morbus cognoſci, eiusque vera cauſa enucleari poſſet. Medicamenta, quibus ad profligandum illud malum uſus eſt, quorum-

que

que medicatas vires experiri voluit, tria ſunt omnino; lichen Islandicus, inſpiratio vaporum emollientium,
p. 10. et polygalae amarae radix. Vir annum aetatis quinquageſimum octavum agens, atque in phthiſin iam procliuis, incidebat in peripneumoniam bilioſam, quae quidem oppoſitis remediis cedebat, attamen relinquebat dolorem profunde in pectore ſaevientem, cui in fine accedebant lenta febris, ſputum purulentum graveolens et ſtriis ſanguineis mixtum, pedum oedema et facies denique hippocratica. Omnia adverſus dira illa ſymptomata, aliquamdiu incaſſum fuerant adhibita medicamenta, ita ut, de aegri ſanitate deſperaret: adhibitis autem vaporibus vi bechica et emolliente impraegnatis, et ope machinae a MUDGE et BÜCHOZ depraedicatae, pulmonibus admotis, non ſolum expectoratio liberior reddita eſt, ſed etiam caetera ſymptomata, vel mitiora, facta vel plane profligata ſunt. Interea quoque aeger utebatur infuſo corticis peruviani et ſero lactis cum radicum graminis extracto remixto,
p. 21. quorum uſu ſanitas in integrum reſtituta eſt. Adhibuit quoque fumigationes illas a Cl^mis^ BILLARD et FABRE laudatas in phthiſi: attamen cum Cl^o^ MORIN fatetur, ſe nullum ab his vidiſſe ſolamen, ſed qui illis utebantur, ſenſiſſe pectoris dolores, anxietates, et verbo, nunc magis, quam antea, male ſeſe habere coepiſſe. *)

De utilitate lichenis Islandici in Phthiſi, tria exempla attulit. Exhibuit decoctum lichenis aqua paratum, aut ſimpliciter, aut cum ſaccharo lactis, aut lacte caprino, aut oxymelle ſcillitico combinatum, vel in phthi-

*) Fumigatio laudata ſic inſtituitur: ſumatur cerae citrinae non adeo purificatae, libra una, et totidem reſinae pini, liqueſcant inuicem leni igne in vaſe figulino probe incruſtato, quod ponatur in mediam cubiculi partem, ita, ut aeger in lecto decumbens, eo commodius poſſit vapores de liqueſcenti cera et reſina adſurgentes inſpirare, vid. *Sammlung, auserleſener Abhandlungen* etc. 2 *B.* 4 *Stück* p. 123.

phthiſeos initio, vel eo tempore, ubi morbus ille radices iamiam egerat, et allatis exemplis quibusdam confirmauit huius remedii ſingularem adverſus huncce crudelem morbum vim. Commendat inprimis huius p. 31. medicamenti uſum in iis phthiſeos ſpeciebus, quae ab acri quadam materia, metaſtatice ad pulmones delata, oriuntur, atque affirmat, ſe nunquam ab eius medicamine noxam vidiſſe, ſed contra obſervaſſe, per laudati lichenis decoctum, diarrhoeas colliquatiuas, in huius morbi fine maxime frequentes, magis diminutas fuiſſe, quam per ipſum corticis peruuiani uſum. Non eandem Ipſi utilitatem praeſtitit *polygalae amarae radix* in morbo phthiſico, cuius tamen vis atque efficacia non ſolum a Cl. MURRAY, ſed etiam ab aliis comprobata eſt: imo perſaepe ſiniſtrum edidit effectum.

De uſu opii in morbis inflammatoriis et rheumaticis. p. 39. Recte hic notat Cl. Auctor, quod rarus et nimis meticuloſus opii uſus impedimento fuerit, quo minus eius vera efficacia in morbis quibusdam, vel adhuc lateret, vel certe ſaltem non recte ſatis definita eſſet. Adhibita cautione, omnino opium propinandum eſt. Dantur morbi conſtitutiones, quae opii uſum plane reſpuunt, id quod exemplo feminae, triginta annos habentis, confirmat. Huic enim laboranti morbo inflammatorio, poſt inſtitutam venaeſectionem, praeſente tamen pulſu adhuc duro, non amplius quam nouem laudani liquidi Sydenh. guttulae, in emulſione per vices propinabantur: quibus ſumtis, crudelia ſymptomata ſuperueniebant, et in peius morbus abibat, etenim, ut Cl. Auctor fatetur, intempeſtiuo opii uſu, non ſolum ſanguinis motum acceleratum, ſed etiam totum morbum, iam forte criſin molientem, perturbatum fuiſſe. Iam vero laudatur opii uſus in gaſtritide, enteritide, et herniis incarceratis, coniunctis cum magna inflammatione et dolore, in quibus ſaepe, et inprimis in puella, veneſectione praegreſſa, laudanum, ad novem guttas usque exhibitum, egregios praeſtabat effectus.

In

p. 49. In morbis rheumaticis chronicis, opium nude exhibitum, noxam inferre ſolet, utile autem deprehenditur, ſi cum ipecacuanha coniunctum in corpus ingeratur. Id quod exemplo comprobatum, vidit in homine robuſto, rheumaticis doloribus laborante, cui, quum poſt ſanguinem e vena emiſſum, pulueren dediſſet alexitericum DOVERI, ille non ſolum doloribus liberatus, verum quoque in integrum reſtitutus eſt. Cur opium, ſi cum ipecacuanha coniunctum fuerit, non eodem modo, ac ſi ſolummodo per ſe datum ſit, in ſyſtemate neruoſo exerceat narcoticam ſuam vim, cauſam in eo ponit, quod nauſeoſum illud et volatile principium, quo haec radix gaudeat, et a quo emeſin movendi vis repetenda ſit, adeo irritare neruoſum ſyſtema, in eoque motum eiusmodi ciere poſſit, ut illud non ita facile ſeſe ab opio ſopire patiatur. Eiusmodi vim quoque poſſident caetera emetica, ut antimonialia praeparata, ſi cum opio coniunguntur; hinc Cl. Auctor in morbis catarrhalibus, inflammationibusque topicis, extractum opii aquoſum BOVQVETI cum vino antimonii HVXHAMI remixtum, non ſine magno aegrotorum ſolamine exhibere ſolet.

p. 54. *Hiſtoria haemorrhagiae uteri magnae per ipecacuanham ſanatae.* Iam ſaepius ſalutiferum ipecacuanhae uſum in haemorrhagiis uterinis expertus erat, attamen ſequens caſus omnem Ipſi attentionem mereri videbatur. Puerpera ſextum iam fetum excluſa, decimo quarto ab puerperio die, febre corripiebatur, quae ad febris bilioſae naturam accedere videbatur. Mox autem profligatam febrem ſequebatur permagna uteri haemorrhagia, quam ira ſibi vehementi contraxerat. Hocce in caſu, quamuis omnia, quae vulgo adhiberi ſolent medicamina, tum interne, tum externe, tentata fuerant; (inter quae tamen celebratas admodum a CL° LE ROI in uteri haemorrhagia deſiderauimus turundas vel glomera aceto vini madide facta, et in uteri vaginam intruſa) tamen haemorrhagia ſiſti non potuit, ſed

ſed ſyncope et convulſionibus accedentibus, mortem mox futuram praeſagiebat. Interea granum ipecacuanhae radicis, coniunctum cum drachma ſemis ſacchari albi et tribus vicibus exhibitum, haemorrhagiam ex toto coërcebat, et quae inde relinquebatur debilitas, ea corticis peruviani uſu penitus ſublata eſt.

De aphonia et auditu difficili, ortis illis a ſaburra primarum viarum, et tum aëris fixi, tum evacuantium uſu ſanatis. P. 68. Iuvenis duodeviginti annos natus, cum mane jejunus aquatum iviſſet, animi deliquio proſtratus inventus eſt: mox autem ad ſe rediens loqui non poterat, et omnis corporis ſuperficies praeter faciem, maculis ſubfuſcis petechiarum fere ſpeciem referentibus, contegebatur. Auditus gravis aderat, ſed caetera ſymptomata, quorum praecipua pulſus plenus et celer, dolor abdominis, mingendi doloroſa difficultas, abdomen tenſum et deglutitio laeſa ſine inflammatione erant, longe aliter ſeſe habebant, ac ea, quae ut plurimum ſolent neruoſam aut exanthematicam febrem concomitari. Igitur cum cauſam vel a vermibus in primis viis nidulantibus, vel ab ipſa impuritate ibidem collecta repetendam eſſe ſtatueret, primum ipſi aërem fixum, Cl. HULMII methodo ingeſtum, propinavit: deinde autem eius corpus bene perpurgavit. Vermes poſt datum laxans comparuerunt nulli, ſed magna putridorum et mucilaginoſorum excrementorum copia e corpore exibat. Poſt haec et loquela et auditus rediere, et nullo alio auxilio adhibito, priſtinum ſanitatis ſtatum recuperabat. Singularem hancce loquelae et auditus abſentiam ex conſenſu neruorum explicat, qui in primis viis irritati ab acri quadam materia, utique ſenſuum organa turbare poſſunt.

Hiſtoria haemorrhagiae uteri, narium et gingivarum, praeſentibus ſimul maculis rubris et ſublividis in cute conſpicuis. p. 76. Femina viginti et ſex annos nata, corporis habitu graciliori et temperamento ſanguineo praedita, jam inde a longo tempore circa illud tempus, quo

 men-

menſiumfluxus provenire ſolet, et capitis doloribus vagis, et tumore eryſipelaceo ſemper in dextra gena apparente, laborabat. Haec cum aliquando negotiis quibusdam domeſticis ante illum diem vacaret, quo menſium profluvium inſtabat, menſes quidem altero die tulit, ſed ſimul ſentiebat inconſuetum corporis languorem, caput male affectum erat, dextra gena erat inflata, dextrique oculi tunica albuginea leviter inflammata conſpiciebatur. Tertio die mane, expergefacta poſt ſomnum valde inquietum, omnis cutis deprehendebatur lividis et ſubfuſcis maculis obſita, quae non ſolum petechiis non abſimiles erant, verum etiam, ſi acu pungebantur, ſanguinem facillime plorabant. Mox ſanguis e dextra nare, et paullo poſt e gingivis exire incepit, ita ut omnis ille ſanguis, ex alveolis dentium inciſorum et canini, qui eſt in dextra maxillae ſuperioris parte, prorumpere videretur. Lingua et fauces diſtinctae erant puſtulis, ex quibus apertis ſerum exibat. Menſes per quinque dies fluere pergebant, deinde ultro ceſſabant, narium autem profluvium aluminis uſui cedebat, ita ut ſola adhuc ſupereſſet gingiuarum haemorrhagia ſedanda, quae per ſedecim dies tanto cum impetu ſaeviebat, ut aegra quotidie ſanguinis libram profunderet, qui quidem cum ſaliua remixtus erat, attamen nullum foetorem ſpargebat. Cum Cl. Auctoris auxilium imploraretur, praeter jam dictam gingiuarum haemorrhagiam alia adhuc ſymptomata ſimul aderant, ut alui obſtipatio, urinae retentio, febris et virium magna iactura, coniuncta cum pulſu admodum debili et ſubinde intermittente. Recte ſtatim indicabat, ſanguinem non ſolum revellendum, ſed et incraſſandum eſſe, aptaque huic indicationi remedia opponebat, quo facto, haemorrhagia imminui primum, deinde plane ceſſare incepit. Vigeſimo die uteri profluvium rurſus comparebat, quod autem laxatis vinculis, quibus artus adhuc conſtricti tenebantur, ſtatim ſupprimebatur. Re-

licta

licta adhuc corporis debilitas ſuperata eſt, infuſi corticis peruviani cum elixirio acido HALLERI et aqua cinnamomi combinati uſu, extracto martis et balneis frigidis. Maculas iſtas ſubfuſcas in aegra conſpicuas non ex humorum acrimonia, ſed ex ſanguinis ad vaſa cutanea impulſu valido explicat, affirmatque, illas maculas in iis potiſſimum frequenter occurrere, quorum habitus cutaneus laxior ſit conſtitutus. Ne- p. 85.
que prorſus in haemorrhagiis artuum ligaturam eſſe reiiciendam, nec et ubique temere adhibendam, quippe quae interdum menſtruum fluxum augere, interdum eundem ſupprimere poſſit. Crurum deligatio conducit, ſi menſium retentio ab uteri laxitate et debilitate repetenda eſt, et in eo caſu fluxum menſtruum juvat, dum per ejusmodi ligaturam ſanguis in uterinis vaſis contentus majorem motum acquirit: noxam contra omnino infert, ſi vaſa illa ſpaſtice contracta, inflammata, ſanguine turgefacta, aut obſtructa ſunt.

XXVII.

Practical Obſervations on the more obſtinate and inveterate venereal Complaints by I. SCHWEDIAUER M. D. London, printed for Johnſon and Elliot 1784. 8. 233. pagg.

i. e.

Obſervationes practicae de morbis venereis rebellibus et inueteratis Auctore I. SCHWEDIAUER.

Operam nec inutilem, nec leuem, ſuſcepit Cl. SCHWEDIAUER, Viennenſis. In tanta enim luis venereae varietate, in iſto formarum multiplici habitu, in tanta medicorum de natura morbi, inprimis miaſmatis, contentione ac diſſenſione, oleum non perdidit, cum ad diri ac clandeſtini mali hiſtoriam

penitius explicandam ſeſe accingeret, inde ab *Aſtruci* tempore repetendo, quicquid hinc illinc dictum vel ſcriptitatum erat, et omnia docte, dextre ac accommodate memorando, diiudicando, reſtringendo. Neque minorem voluptatem inter legendum perſenſimus, cum is, qui doctiſſimum opuſculum ſcriberet, germanus eſſet, eaque re iterum oſtenderet, non vanum habendum eſſe elogium, quod vulgo nationi noſtrae datur, eam prae ceteris aptam eſſe ſcriptis, in quibus, praeter experientiam et iudicium, ſummam deſideres diligentiam. Redeamus ergo ad rem ipſam, cum bono vino hedera opus non ſit, et perluſtremus ſingula capita.

p. 1. *Cap. 1. De infectione venerea et diuerſis formis, quibus labes iſta veluti occultatur.* Praeuia infectionis eiusque ſequelarum definitione, Cl. SCHWÉDIAUER curate deſcribit, quousque pertineant lues venerea et ceteri morbi venerei, v. c. bubo, gonorrhoea rel. et vberius percenſet, miaſma venereum diu in corpo-
p 3. re latitare poſſe ſine vlla euidenti nota vel noxa, exemplis haud leuibus vſus, vbi per menſes, quin nouem annos veluti ſepultum iacuit. (Haec quidem apprime contraria opinioni Cl^{i} TODE, qui hoc vnquam fieri poſſe vel potuiſſe, more ſuo negare auſus eſt.) Similiter incertum eſt, ſi de tempore, quo infectio peragi debeat, quaeritur. Sunt enim, qui inter impuros amplexus conſeneſcant, ſed minime vitio tacti; Sunt contra, qui breui poſt coitum peſſimis turpiſſimae luis ſymptomatis affecti reperiantur. (Hic vir Cl. veluti in tranſitu quaedam de origine morbi gallici in medium profert, vſus potiſſimum lege, quam 1347 regina *Ioanna* I. in lupanaribus obſeruari iuſſerat, ne qua femina meretrix labem contrahat, contractamque cum iuuenibus communicet. Sed in hoc aeque, ac Cl. HENSLERVS, fallitur, quod inde veteres luis natales repetat. Nam id vnum exinde ſequitur, poſt immoderatum coitum

cum

cum femina impura, i. e. acribus humoribus ſcatente,
vitia localia eſſe obſeruata, lues vero ipſa nuſpiam an-
te ſuetum tempus memoratur, nec ad viuum deſcri-
bitur.) Vtrum vero miaſma in corpus inſidere poſ- p. 7.
ſit, neque tamen ſui praeſentiam in ſuperficie pro-
dere, non ſatis liquet, etſi ſua experientia quindecim
annorum condocefactus tales notas ſemper reperit,
quas aegri aut ignorabant, aut negligebant. De in- p. 9.
fectione fetus, dum in vtero latitat, dubitat Noſter,
quia vlcera venerea recens natorum magis ab va-
ginae impurae tranſitu et cute teneriori ideoque
ab reſorbendum aptiori repetenda videantur. (Recte
quidem haec omnia, ſed cum idem cutis habitus fetui
in vtero materno ſit, vnaque arctiſſima cum matre
colligatio, quidni et ibidem fieri oririque poſſit?
Nonne ergo duplex infectionis modus δυνατός, alter
ab vtero, alter ab vaginae ſordibus? Nec deſunt exem-
pla, vbi, matris naturalibus illaeſis, fetus ſcabie peſ- p. 13.
ſima notatus et editus fuit.) Immo vero ſub Aucto-
re Noſtro lues, quae noſtros homines moleſtat, aeque
dira et ſymptomatis foediſſimis comitata venit, ac olim,
neque, vt affirmant multi, poſt binorum ſeculorum ſe-
riem mitior facta eſt, attamen rarius tam peſtifera eſſe
deprehenditur, quia nec noſocomia, nec medici, nec φι-
λάνθρωποι deſunt, et curatior medendi via adhibetur.

Cap. 2. De gonorrhoea virulenta. Primum vir p. 16.
Cl. de nomine diſputat, et *blenorrhagiam*, i. e. muci
fluorem, appellat, nomine a ſimilitudine catarrhi du-
cto; deinde illud vitium ab vlcuſculis profectum eſſe
negat, ſed magis ab inflammatione ſuperficiei mu- p. 18.
cum vberius euocari contendit. Quod ad contro-
verſiam nuper a *Todio* et quibusdam Anglis mo-
tam attinet, vtrum idem miaſma et gonorrhoeae, et
luis ſit, et prius poſſit poſterius malum inducere, prae-
via explicatione argumentorum in vtramque partem
allatorum, auctor eſt, idem vtrumque natura ſua eſſe,
nec vlla ratione diuerſum, et tranſitum gonorrhoeae p. 20.

 in

in luem pendere a peruerſa curatione: Ipſe enim ſic ab repreſſo humore gonorrhoeae ſimplicis viderat or-
p. 22. ta luis perfectae ſymptomata. Hinc docte refellit aliam inde ductam ſententiam, qua miaſma gonorrhoeae nequaquam cancrum, neque hunc illam, generare poſſe aſſeritur. Saepe enim gonorrhoea ma-
p. 24. ligna inſecuta eſt cancrum, et contra. Immo vero ſub auctore Noſtro falſum eſt, quod quidam nuperorum medicorum nobis perſuadere ſategerunt, mercurium nihil valere in curanda gonorrhoea. Nam ſi ſolam benignam exceperis, reliquae ſine hoc non penitus abiguntur, ita tamen, vt extrinſecus applice-
p. 26. tur. Sic multum conferet ad citandam curationem, neque fallet medicum, niſi male praeparatus ſit. Vnde ſatis intelligitur, medicos, qui in contrariam partem eunt, non bene diſtinxiſſe gonorrhoeam ſimplicem et complicatam. Hanc ſi quis ſanatam iactitet ſine mercurio, nae is eſt omnium thraſonum impudentiſſimus. Quin ipſa gonorrhoea reſidua (gleet) haud raro rebellis ad quaeuis artis praeſidia, tandem
p. 31. huic concedit remedio. Praeter haec iſte genitalium fluor ſolet ſequi acritudinem quandam humorum huc depoſitam, ergo non quiuis putandus eſt venereus. Tale effluuium viridiuſculi vel liuidi humoris perpetiuntur nonnunquam equi et canes ſine vlla valetudinis iactura, ſine vlcere lambentis linguae. (Hoc vidimus non ſemel in cane, qui totus eſſet in amoribus, neque ſemper per duritiem dominae appetitum exſatiare poterat.) Sufficit ergo quisque ſtimulus, producendae meatus vrinarii inflammationi aptus.
p. 31. Id quod vir Cl. in ſe ipſo expertus eſt, cum aquam cauſticam ſibi iniiciendam curaret. Sub primo experimento prae dolore coactus eſt deſiſtere; Sub altero fortiter tolerauit dolorem et iniectionem per horae minutum primum. Illico ſenſit vrinae mittendae ſtimulum, ſed compreſſit, donec poſt intolerandas moleſtias cubitum iturus humorem obſcoenum mittere

de-

debuit. Male ſe habuit locus ab iniectione irritatus, at vero poſtero mane effluxit viridiuſculus humor, qualis gonorrhoeae verae proprius eſt, ſuperacceſſit dyſuria, et ſub inſequente nocte inuoluntaria penis arrectio; Altero die porrexit fluere copioſior et magis in viridem colorem inclinans humor, ſed minui coepit vrinae difficultas. Iniecto oleo amygdalarum dulcium, ſedatus rerum ſtatus eſſe videbatur. Sed ſpes fefellit. Noua exorta eſt inflammatio cum ceteris gonorrhoeae ſignis; quae vbi per octo dies continuarat, inſecuta eſt tertia. Hinc prae metu ternas iniectiones ſingulis diebus tentauit, et tandem, ſpatio ſex hebdomadum finito, ſanus euaſit. Hoc experimento fretus Cl. SCHWEDIAUER ſtatuit, quamuis acrimoniam, puta cancroſam penis, idem, quod iniectio cauſtica, efficere poſſe, (Nos bis gonorrhoeam p. 36 podagricam vidimus, cui nulla ſubeſſet miaſmatis venerei ſuſpicio) et dari duplicem *gonorrhoeam, ſyphiliticam* et *ab acri* aut *ſtimulo mechanico* oriundam. Illa ſi ſimplex eſt, nunquam fere deſiderat mercurium. Color ſiue albus, ſiue prauus eſt, nec benignitatem, nec malignitatem morbi prodit, quippe ſaepenumero peſſimus vſque ad abitum permanet.

Sequitur *medendi ratio*. Haec in eo conſiſtit, vt p. 38. iniiciantur oleoſa et mucilaginoſa in vrethram, non poſthabitis lenioribus medicinis mercurialibus et opio, non neglecta venae ſectione, ſi quando inflammatio nimis vrget, quia longe praeſtant topica vna cum fomentis mollientibus, non omiſſo cortice, ſi corpus irritabile eſt, fluor tenuis et male coloratus, nec non pulſus debilis, itemque opio ſub clyſteris forma. Ad p. 40. cauendum teſticulorum tumorem Noſter inde ab initio adhiberi iubet ſuſpenſorium, damnat ſalia media, quia vrinam acriorem ciendo inflammationem concitant, et purgantia remedia, quia plus obſunt, quam proſunt, laudat denique, ſi quando morbus incommodat, et vrina difficulter ac cum dolore profluit,

vel gonorrhoea, ſub ſtatu inflammatorio ſiſti coepit, frictiones perinaei ex mercurio.

p. 45. *Cap. 3. De gonorrhoea veteri* (gleet.) Oritur hoc vitium perquam moleſtum duplici ex cauſſa, quarum prior eſt inflammatorum oſculorum relaxatio (*Blennorrhoea ſimplex* Noſtri,) poſterior quaedam vlceratio ſiue roſio quorundam vrethrae locorum. (Haec Noſtro dicitur *Blennorrhoea complicata*.) Ad tollendum vlcus locale praeſtantiſſima eſt iniectio ex aqua et vitriolo albo, vel id genus aliis ſiccantibus. Ad minuendam humorum labem, quae tunc temporis ſemper coniectanda eſt, praeuia ſanguinis correctione, valet plurimum iniectio bis terue ſingulis diebus ex mercurio ſublimato et lithargyrio, cum aceto et aqua commiſto. (Sed nos talia tentantes ſaepe deſtituit ſpes.)

p. 49. Praeterea cautiones ſubiiciuntur, quarum inter iniiciendum magna eſt vtilitas, diſſuadetur vſus balnei frigidi, laudatur fomentum teſticulorum ex aceto et aqua frigida, commendatur triplex remediorum genus; puta mercurialia, balſamica et roborantia, et finiuntur ſuperiora capita cum *tabula noſologica*, quae memoriam mire iuuat.

p. 63. *Cap. 4. De tumore teſticulorum venereo.* Docet Noſter rei et experientiae appoſite, non teſticulum

p. 65. tumefieri, ſed epididymidem, et auctor eſt, vt, ſi pulſus celer et citatus eſt, vena ſecetur, aluus cieatur, aeger balneo calido molliente foueatur, ſcrotum ſuſpenſorio muniatur, et fomenta tepida peni ſuperhabeantur. Eminet tamen opium largiter ore vel ano ſumtum, vnde intra biduum gonorrhoea cum leuami-

p. 71. ne aegri rediit. Ad ſcirrhum leuandum iuuat plurimum mercurius ore hauſtus et ſub vnguenti forma perinaeo inunctus, non poſthabitis fomentis ex radice atropae belladonnae L. vel herba cicutae. Contra

p. 74. decoctum daphnes mezeraei offendit ſtomachum. Rara eſt teſticuli inflammati ſuppuratio: Id quod caſu

me-

memorabili, vbi ſimul aderat pulmonum vomica, confirmatur.

Cap. 5. De inflammatione et induratione glandulae proſtatae. Reuocanda primum eſt gonorrhoea ſuppreſſa, quae tantum non ſemper praeceſſit, ne ſuppuratio inſequatur, ſecunda peſſimorum ſymptomatum mater; Sin vero iam vrget inflammatio, opus eſt mercurio extrinſecus et intrinſecus admoto. In duritie vero vtilia ſunt cataplaſmata mollientia et cicutae vſus. (Nos nunquam deſtituit emplaſtrum de ranis cum mercurio et de cicuta, modo ſub initio ſuperhaberetur.) p. 75.

Cap. 6. De iſchuria et ſtranguria venerea. Docet vir Cl. morbum hunc eo difficiliorem curatu eſſe, quo magis inueterauit et complicatus eſt, et immedicabilem, ſi fungoſa corpora vrethram obſident. Praeuia ergo venaeſectione, catheter oleo dulci infectus immittitur, inprimis THEDENII, neque opium ſpernendum videtur. Quaeuis tamen iſchuria venerea deſiderat internum mercurii vſum, et ſi quando ſubeſt excreſcentia, ſuadet quidam chirurgus Anglus occultatum veluti cauſticum ſingularis inſtrumenti miniſterio loco affecto applicandum. p. 77. p. 82. p. 85. p. 92.

Cap. 7. De vlceribus venereis. Dantur naturalium vlcera, nequaquam venerea, ideoque et mercurii impatientia. Hinc ſedulo a ſe inuicem diſtinguenda ſunt, quia non deſunt triſtia exempla, quibus edocemur, propter malam diagnoſin poſt faucium vlcera amygdalas et velum palati periiſſe, cariem et ipſam mortem inſecuta fuiſſe. In medicamentis externis ponuntur mercurialia, adſtringentia et cauſtica. Praeſentiſſimum praeſidium putes mercurium praecipitatum rubrum, bis quotidie inſperſum, quamdiu vlcera tecta cruſta alba ſunt, poſt haec vero frictio mercurialis, calomel ex aqua calcis ſuperhabitum, quin ipſe ſublimatus mercurius. Tandem, hiſce irritis, externe ſuperimponantur cortex, aqua p. 93. p. 94. p. 100. p. 105.

 vitrio-

vitrioli camphorata, viride aeris ex oleo ſolutum, imprimis vero orichalcum ſub pulueris forma iuuat.
p. 107. Quin haud pauca vlcera vteri et vaginae magis venerea, quam cancroſa ſunt, et mercurio abiguntur.
p. 109. Sub calcem ſubiiciuntur quaedam de fiſtulis venereis.
p. 111. *Cap. 8. De phimoſi.* Non probat Noſter inciſuram propter metum haud leuem, vt recenti vulnere ſorptio puris concitetur periculumque augeatur, excepto eo caſu, vbi inflammatio vehemens vrget, et gangraena pertimeſcenda eſt. Proſunt iniectiones ex mercurio ſublimato vel dulci et aqua calcis, intra praeputium et glandem demiſſae, obſunt ſemper mercurialia ore ſumta

p. 114. *Cap. 9. De paraphymoſi.* Ad praecauendam gangraenam maturatu opus eſt. In ea ſpecie, quae ſine venerea labe incidit, iuuat aqua frigida peni ſuperha-
p. 115. bita, et lenis preſſio. Contra in venerea operatio, quam ocyſſime fieri poteſt, facienda videtur, et quidem in contraria vlceris parte, ne virus venereum ſorbeatur.

p. 116. *Cap. 10. De bubone venereo.* Bubones dantur non venerei, ſ. ſympathici a ſolo irritamento externo nati. Si qui vero proſapiae venereae ſunt, vtiliſſimae ſunt frictiones mercuriales, non glandulae quidem tumefactae, ſed femori lateris affecti ſuperhabitae. Cauſſa vero, cur ſaepenumero fallant, in eo latet, quod glandulae lymphaticae inferiores a ſuperioribus veluti deflectant, et breui via ad abdomen et ductum thoracicum redeant. Hinc intelligitur irritus mercurii vſus, qui ſub ſtatu inflammatorio ſemper abeſſe debet.
p. 128. Tunc vero cucurbitulae ſiccae ſpernendae non ſunt, neque minus probabilis medicina cicuta. In cachecticis hominibus, non febrientibus, iuuat mercurius,
p. 132. nocet quaeuis excretio, ſalutaris eſt victus nutriens
p. 133. et cortex. Maturatum bubonem naturam ſoluere praeſtabilius eſt, quia abſceſſus facilius ſaneſcit, nec
p. 135. malam cicatricem relinquit. Poſt haec mercurium

ad-

adhibere commendabile eſt, quem reiiciendum putes, ſi humor effluens ſit tenuis, copioſus, et ſanioſus. Tunc aegro victu nutriente, cortice ac aëre puro ſuccurrere licet. Abſceſſus iniectione ex aqua vitriolica camphorata vel decocto corticis purificatur. p. 136.

Cap. 11. *De lue venerea.* Signa eius ſeſe produnt oculis, auribus, naribus, ore ac faucibus, genitalibus, cute ac oſſibus, neque dirus iſte morbus ſine mercurio domari facile poteſt. Curatio requirit purgantem medicinam, deinde balneum calidum ex furfuribus, quocum lenior frictio iungitur, denique, vbi e balneo aeger exit, poculum vini. Praeparatio fere ſuperuacua eſt. Frictio ſi reſpuitur, commendanda videtur ſolutio gummoſa *Plenkii* vel pulv. merc. cinerei Pharm. Edinb. Mala eius ſymptomata minuit quies ab medicina per aliquot dies, ſopit vero opium. Sic lues fere intra 25-30 dies vincitur, at vero inueterata et cum carie oſſium copulata intra 10-12 hebdomadas. Tempus perfectae ſanationis definitu arduum eſt, ideoque continuandus aliquamdiu mercurius. p. 139. p. 140. p. 144. p. 145.

Cap. 12. *De remediis mercurialibus generatim.* In tabula veluti exprimuntur, ita tamen, ut Noſter mercurium ſublimatum appellet hydrargyrum muriatum fortius, calomela hydrargyrum muriatum mitius, merc. praecipitatum rubrum, hydrargyrum nitratum rubrum. p. 153.

Cap. 13. *De remediis mercurialibus ſpeciatim.* In hac notatione vbique videas virum expertum, qui, quicquid vſus docuerat, candide profitetur. Orditur vero Noſter 1. *Ab frictione.* Mercurio puro, cuius notas ſuppeditat, opus eſt, ſi vere prodeſſe debeat. Quinquaginta vel ſeptuaginta frictiones rem omnem abſoluunt. Sequuntur 2. *Suffumigatio.* In deſuetudinem abiit. (Roſſis adhuc in amoribus eſt.) 3. *Praeparationes ſalinae mercurii.* Memorantur hydrargyrum gummoſum *Plenckii.* Hydrargyrum calcinatum p. 164. p. 173. p. 176.

et acetatum male vexat inteſtina; magis iuuat hydr. tartariſatum et tart. hydrargyratus, et ad cancrum valet hydr. nitratum, indeque factum vnguent. citrinum ad morbos cutis venereos efficaciſſimum. Hydr. nitratum cinereum Pharm. Edinb. Mitiſſimum eſſet optimum, mane et veſperi grani j. magnitudine; *Belleti* ſyrupus vegetabilis eſt mercurius praecipitatus, aethere vitrioli ſolutus et cum ſyrupo gratiori miſſus. Mixtura SWIETENII vtilis eſt ad morbum grauiorem, ſi quando corpora firma male habet. Calomel, ex
p. 185. SCHEELII methodo praeparatum, Noſter purgandi ſcopo commendat. Turpethum minerale, minori doſi datum, ſaepenumero profuit in exanthematis venereis. Pilulae PLUMMERI inutiles in lue domanda ſunt, et praeter mitigationem ſymptomatum nihil
p. 190. commodi adferunt. 4. *De ptyaliſmo.* Proprio vſu edoctus diſſuadet Noſter ſaliuae fluorem, vtpote vanum et noxium. Nam quo diutius continuat, eo minus iuuat, ergo nequaquam adhibendus eſt.

p. 198. *Cap. 14. De cauſis, cur quidam morbi venerei nequaquam cedant mercurio.* Sunt vero illae ex fide ac obſeruatione Noſtri mercurius diuerſe praeparatus, methodus ſumendi et applicandi, vires aegri maiores minoresue, vel in victu commiſſi errores, denique ipſa morbi natura.

p. 206. *Cap. 15. De quibusdam aliis remediis lui domandae, vt creditur, aptis.* Americani laudant radicem Lobeliae ſiphyliticae; addunt, ſi rebelle malum eſt, paullulum rad. ranunculi abortiui, vlceri opponunt puluerem inſperſorium ex geo riuali. Luſitani extollunt decoctum Luſitanicum. Dubitat, tamen Noſter an ſine mercurio noſtris in regionibus aliquid effici poſſit.

p. 210. *Cap. 16. De quibusdam morbis venereis, ſingularem medendi rationem deſiderantibus.* Sunt ex hoc genere: 1. *Ophthalmia venerea.* Auctor Noſter laudat purgationem alui, et mercurium, externe vnguentum citrinum, immo vero aliquot guttas Laudani

oculo

oculo inſtillandas. 2. *Surditas venerea.* Vidit talem Noſter a gonorrhoea temere terebinthina ſiſti coepta. 3. *Fiſtulae venereae.* Variis obſeruationibus id confirmatur. 4. *Venerea exanthemata.* Profuit balneum ex furfuribus, cui admiſcetur ſublimati ʒβ. et vnguentum citrinum, interne turpethum minerale, ſed parua doſi ſumtum. 5. *Excreſcentiae venereae.* Cauſtica tantum non ſemper nocent, laudabilis tamen aqua cauſt. pro condylomatibus *Plenck,* ſi bis terue ſingulis diebus ſuperhabetur. 6. *Impotentia venerea.* Ei pellendae aptus eſt mercurius, cum roborantibus copulatus, et liquoris anod. *Hofm.* cochlear minutulum mane ac veſperi. Isque et extrinſecus ex aqua tenuatus, ſcroto atque funiculo ſpermatico ſuperimpoſitus. 7. *Dolores, ſpaſmi* cet. *venerei.* Bene diſtinguendi ii ſunt, qui venereae proſapiae ſunt. Saepe iuuant victus exquiſitus, balnea calida, medicamenta tonica vel antimonialia, et ſi transſpirationem ſub mercurii vſu ſuppreſſam ſecuti ſunt, grauiſſimum malum alleuant balnea calida, inprimis vaporoſa, ſulphur antimonii aurat. et cum extr. cicut. copulatum. 8. *Morbi oſſium venerei.* Rarius laeduntur oſſa, niſi ſub neglecta vel mala luis curatione. p. 223.

Cap. 17. *De morbis venereis laruatis, v. c. tabe, rheumatiſmo, febribus* cet. Febres hecticae, morbi venerei ſoboles, omnium optime mercurio ſubiguntur; Rheumatiſmus et iſchias requirunt balnea calida, medicamenta mercurialia mediae materiae, et decoctum rad. dulcamarae, ſiue, vt aliis viſum eſt, flor. daphnes mezeraei ſ. daphn. laureol. vna cum mercurio. p. 226.

Cap. 18. *De morbis venereis mercurio non cedentibus.* Omnis medici cura eo dirigenda eſt, vt, vtrum iſta vitia labi venereae debeantur, nec ne, mercurio ſumto, ſatis pateat. Hic magno iudicio opus eſt. In caſu non venereo laudat Noſter antimonium crudum, ſulphur antimonii auratum, aethiopem mineralem, vel vinum martis, inprimis miſturam ex marte et aethere p. 229.

vi-

vitrioli. Quibus, ſi opus videatur, ſuperadditur decoctio rad. ſaſſaparillae, corticis rel. item balneum ex frigida vel marina. Interdum mire profuit decoctum Luſitanicum, ſed omnium maxime decoctum D. PAULLINI, quippe quod breui pertinaciſſima vlcera, exanthemata et cariem perſanauit. Sed arcanum eſt.

Cap. 19. Obſeruationes de quibusdam praeiudiciis.

p. 231. Vere ac ſolide demonſtrauit Noſter, male ſibi conſulere, qui, ſi ſemel mercurio ſanati ſint, eum nunquam niſi cum morte dimitti credunt, eamque ob rem lymphatico metu excruciantur. Magiſtratus ergo eſt prouidere, ne quis morbum contagione receptum curet mulieris ſanae congreſſu perdendum, ideoque reipublicae damni plurimum inferat.

Hactenus Noſter. Qui quam bene in explicanda morbi venerei natura et curatione verſatus ſit, hoc tractatu praeclare demonſtrauit.

XXVIII.

SAL. THEOPH. DE MEZA Med. Doct. Poliatr. Hafnienſis Compendium medicum practicum per faſciculos diſtributum. Vol. I. tres faſciculos, ſc. I. De febribus. II. De inflammationibus et doloribus. III. De debilitatibus et hallucinationibus continens. Hafniae ap. Chriſt. Gottl. Proft Bibliopol. Vniuerſitat. 1780. 8. Vol. II. tres faſcicul. alteros, ſc. IV. De fluxibus. V. De morbis conuulſiuis. VI. De morbis cachecticis continens. 1781. Vol. III. tres vltimos faſciculos, ſc. VII. De tumoribus et vlceribus. VIII. De vulneribus. IX. De venenis continens. 1783.

Auſus eſt Cl. MEZA, ſenex medicus, miſſis factis, quae demum cunque ratione et magiſtrorum oratione

tione continentur, compendium practicum ſcribere, cui deeſſent *diſquiſitio ſubtilis*, *hypotheſis vana*, *ſpeculatio incerta dubiaue in theoriis cauſarum proximarum et remotarum*, *in ſymptomatum explicationibus et in indagando modum remediorum operandorum* (v. Praefat.); ineſſent vero omnino, quae vſus et experientia tot annorum docuerat. Praeclarum facinus ſcilicet! Multa tamen deprehendent lectores, quae minus bene ac recte dixiſſe vel obſeruaſſe Cl. auctor videatur; multa, in quibus idoneam materiae viriumque cognitionem, ordinem lucidum, orationem puram et terſam, remediorum delectum et boni ſcriptoris artem deſideres. Sed videamus de ſingulis.

Faſc. I. De febribus. Agit vir Cl. de febribus in p. 1. genere, de febre ephemera, de febribus intermittentibus, anomalis, remittentibus pernicioſis et laruatis, de ſynocha putrida, febre maligna petechiali, de catarrhali benigna et maligna, de peſte, eiusque cura prophylactica, de febre lenta et neruoſa, item lenta chronica ſ. hectica, de aphthis; deinde de emeticis p. 45. exhibendis in acutis, de febre ardente inflammatoria et potu frigido, poſt de febre eryſipelacea et vrticata, p. 55. ſcarlatina, miliari et purpura, morbillis et variolis, de prophylaxi variolarum et inſitione, de febre puerperarum; tandem de linteaminum et induſiorum mu- p. 92. tatione, de limitando veſicantium vſu in acutis, de aegrotantium et conualeſcentium diaeta, de morborum criſi et ſignis prognoſticis. Sub finem ſubiiciun- p. 127. tur *formulae*, non ſemper recte ac concinne ſcriptae.

Pauca ſunt, quae Noſtro propria eſſe putes. Cau- p. 4. ſam proximam febrium occultam ſtatuit, eſſentialem motu progreſſiuo et inteſtino contineri; Tremores p. 11. quotidianos ſine frigore ac calore perſanauit cortice; Poſt febrem tertianam intermittentem temere ſup- p. 13. preſſam maniam et icterum, nec non coecitatem abſolutam vidit; diuretica damnat, corticem laudat. p. 16. Febrem putridam repetit a quadam acrimonia, ſan- p. 21.

gui-

p. 22. guinis corruptionem inducente, et motus criticos fieri
p. 23. ait a ſeptimo die, ſed alternis diebus; Sinapiſmos in
p. 25. delirio phrenetico praeferendos; Peticulae non ſunt
ſemper ſanguinis reſoluti ſoboles, neque ferunt ni-
p. 27. trum. Febrem ardentem et inflammatoriam eandem
p. 47. putat. Potum frigidum minus in principio et fine
p. 54. morbi, magis in ſtatu conducere, et cauſſam febris
p. 56. eryſipelaceae poſitam in ſero acri bilioſo, auctor eſt.
p. 72. Vidit Noſter variolas ſecundas, et ab vno varioloſo
p. 83. contagio naſci poſſe omnia variolarum genera conten-
dit, et exſtirpationem praeſentiſſimum remedium pro-
p. 91. phylacticum eſſe cenſet. Sedem febris puerperarum
p. 98. cum *Hulmio* in abdomine purulento ponit. Veſican-
tia maximam partem in febribus acutis reiicit, prae-
ter malignam, cum eruptione copulatam, putridam
p. 114. et neruoſam, et affectus ſoporoſos. De *criſi* et *ſignis*
prognoſticis pauca, eaque manca, nec ſatis limata, No-
ſter in medium attulit.

Faſc. II. Inflammationes et dolores ſiſtens. Prae-
uia praefatione, in qua plurimae veterum et recen-
tiorum medicorum theoriae explicantur more ſolito,
i. e. imperfecte, percenſet Noſter primum potiores
p. 1. inflammationum formas, puta phrenitidem (?), oph-
thalmiam, anginam, peripneumoniam, pleuritidem,
paraphrenitidem, gaſtritidem, enteritidem et ileum,
hepatitidem, ſplenitidem, nephritidem, cyſtitidem et
p. 41. metritidem; deinde ſubiicit quaedam de venaeſectio-
ne, quam impenſius commendat, de veſicantibus,
p. 46. quae etſi proficua, tamen tibiis, quam parti affectae,
p. 48. aptiora exiſtimat; poſt narrat ſuppurationem, em-
pyema, vomicam pulmonum, ſed nimis ieiune, cum
ne ſcitu vtilia et neceſſaria quidem adſcripſerit, et tuſ-
p. 54. ſim, phthiſin et pulmonalem, et neruoſam, et atro-
phiam infantum, aſthma eiusque ſpeciem incubum,
addenda cenſuerit. (quam bene, viderint alii.)
p. 80. Inde a cap. 26 *dolorem* explicat, eoque refert
p. 86. cephalalgiam, otalgiam, odontalgiam, (ſubdita ite-
rum

rum dentitione difficili) pleurodynian, cardialgiam, colicam, a qua ventris tormina diſtinguit, choleram, dyſenteriam, cuius cauſſam eſſe acrimoniam cauſti- p. 114.
cam putridamque bilis Noſter putat, proctalgiam, lithiaſin, ſtranguriam et dyſuriam, (non omiſſis ſcilicet partu difficili et torminibus poſt partum, quae quidem, ſi quid videmus, inter morbos referenda non ſunt) arthritidem et podagram, iſchiadem et rheumatiſmum; Sed verendum eſt, ne tironibus ſatis ſit, quicquid hic legitur. Veterani enim nuſpiam inue- p. 149.
nient incognitum quid vel inauditum. Formulae finiunt hancce partem.

Faſcic. III. Debilitates et hallucinationes ſiſtens. Hic iterum expers ordinis Noſter quaedam adfert, quae nemo prudens ibidem quaereret. Tale eſt *cap.* p. 16.
5, de comate vigili, pervigilio, et cap. 10. De delirio, p. 38.
vtpote quae ſymptomata morboſa ſunt, non morborum genera; *cap. 8. et 9. De hyſterica paſſione et hy-* p. 31.
pochondriaca affectione, quia ad ſpaſmorum familiam proprie pertinent; *cap. 13. De daemonomania*, quam p. 49.
hodie vix quiſquam medicorum pro morbo habet eo ſenſu, quo Noſter, i. e. obſeſſionem diaboli; *cap. 15.* p. 53.
De ſomnambuliſmo, quem ſterili modo pertractauit; p. 55.
cap. 16. De tarantiſmo, quippe aegritudine ficta, non p. 56.
vera; *cap. 17. De hydrophobia*, quae in acutis morbis ponenda videtur; *cap. 26. De aquis mineralibus*, quae male ſuum locum occupant, et ſatis oſtendunt, Noſtrum fere ignorare, qui harum aquarum vſus ſit; Vt taceamus reliqua capita, in quibus medicum expertum vbique deſideres et requiras, et formulas ſimiliter malas. Mirari ergo deſinant lectores, ſi quando in ſequenti volumine ſecundo et tertio Noſtrum eadem lyra oberrantem intelligant. Agitur enim

Vol. II. Faſc. IV. De fluxibus, hucque refer- p. 1.
tur *plethora* (haec vero fere cauſſa eſt, non morbus),

p. 12. haemorrhagia narium, haemoptoe, vomitus cruentus, fluxus hepaticus, haemorrhoides, mictus cruentus, et aliquot capitibus male interpoſitis, menſes ni-
p. 34. mii et haemorrhagia vteri. Nequaquam tamen hoc
p. 28. in loco reponenda erat *obſtructio menſium, chloroſis et retentio lochiorum*, quippe contraria fluori, et dubia
p. 36. putanda *abortio et mola.* Sequuntur *profluuia ſeroſa*,
p. 43. puta *vomitus*, *diarrhoea, epiphora*, *coryza*, *otorrhoea*,
p. 77. *ptyaliſmus*, *diabetes*, *enureſis*, *gonorrhoea et leucorrhoea*, quae quidem hoc nomine digna ſunt, etſi non
p. 47. ſatis bene explicata, at vero male ſub ſe comprehen-
p. 68. dunt *alui conſtipationem* et *iſchuriam.* Multo minus
p. 71. in morborum narratione quaeras *vroſcopiam*, quam
p. 85. Noſter male adſuere voluit, *ephidroſin*, cum ſit ſym-
p. 89. ptoma, et *fonticulos*, qui arti debentur, non naturae.

p. 1. *Faſc. V. Morbos conuulſiuos* complectitur, ſed ſte-
p. 8. rilis ager eſt. Nam praeter *ſpaſmum* et *conuulſionem*,
p. 11. memorat Noſter *conuulſionem cerealem*, *choream ſ. Viti*,
p. 30. *epilepſiam*, *catalepſin*, *tetanum*, faciei ſpaſmos, *triſmum*, *ſpaſmum cynicum*, quem cum riſu ſardonio male confundit, *nyſtagmum*, *obſtipationem* et *ſternutatio-*
p. 37. *nem*, item *palpitationem cordis*, *tremorem et angorem*,
p. 41. *ſingultum et oſcedinem*, *priapiſmum*, *tremorem* et *car-*
p. 44. *phologiam*, quam equidem expungerem, cum debi-
p. 47. litatem ſequatur in morbis, malo cum omine, *con-*
p. 51. *tracturam* et *claudicationem*, quae quomodo huc per-
p. 53. tineat, non liquet, tandem *vermes*, quatenus ſpaſmos foedos et intolerabiles concitant. Verſatur

p. 1. *Faſcic. VI. In morbis cachecticis*, facto initio a
p. 1. *polyſarcia*, quam magis cauſſam praediſponentem ap-
p. 5. pellare licet cachexiae, quam cachexiam ipſam. Sequitur *cachexia*, ſub qua, tanquam genere, compre-
p. 8. henduntur *ſcorbutus*, quem ita deſcripſit Noſter, vt ducem EVGALENVM, non LINDIVM, ſecutus eſſe
p. 14. videatur; *icterus*, quem rhabarbaro debellare ſuadet;
p. 18. *hydrops*, cui ſubiecit *anaſarcam* et *leucophlegmatiam*, *aſciten* et *tympaniten*, quem rarum Hafniae morbum

eſſe,

eſſe, et oriri ait a paralyſi neruorum meſentericorum, indeque facta atonia inſuperabili, *hydropem vteri et ouarii*, *hydrocelen*, *hydrothoracem* et *hydrocephalum*; p. 41.
rachitis, quam negat deberi miaſmati venereo, ſed ſponte acquiri, et ſalibus vegetabilibus optime curari contendit; *ſcrophulae et ſtrumae*, quas lymphae viſci- p. 44.
dae acidaeue attribuit, ſed nuper dicta remedia ignorat; *ſcirrhus* et *cancer*, a quo contagii ſuſpicionem p. 47.
amouet, internum inſanabilem, externum enſe recidendum iubet, medicamenta ex auctorum fide refert;
gangraena et ſphacelus, *alopecia*, quam oleo abſinthii p. 52.
cocto domari vult, et *plica polonica*, quam ab ſingu- p. 56.
lari cacochymia, (forte labe venerea et ſcorbutica) dimanare ſibi perſuaſum habet, et curationis viam mancam ſubdit; *elephantiaſis* et *lepra*, (de his non, p. 58.
niſi ex auctoritate aliorum) *ſcabies*, quam Noſter ab p. 61.
miaſmate ſpecifico, forte acido, repetit, (ſed ſaepenu- p. 64.
mero rebellem morbum iugulat ol. vitrioli ex aqua miſtum) et pilulis mercurialibus multum confidit;
tinea, quam, ſi os foedat, cruſtam lacteam dici autu- p. 67.
mat; item ad ſeptimum vſque annum efflorefcere, (ſed cui ignota eſt tinea adultorum?) et proſapiae acidae eſſe ſtatuit, ſolis purgantibus mercurialibus ſubigendam *impetigo* et *herpes*, quem Noſter ſuſtulit ve- p. 69.
ſicante locali, interne mixturam Swietenianam laudat; *lues venerea*, quam copioſius explicat, etſi non p. 71.
deſunt, in quibus aliter ſentias, reiectis praeſidiis prophylacticis, quae nouaturiendi ſtudium vel auri ſacra fames adhuc ſuaſit, et, praefiſcine dixerim! in poſterum veneris vulgiuagae nepotulis ſuadebit. Formu- p. 91.
lae ſubnectuntur, ſibi ſemper ſimiles.

Finit *Vol. III.* conſtans tribus faſciculis, ſed velu- Vol. III.
ti lenta tabe conſumtis. Inſcribitur enim *Faſc. VII. De tumoribus et vlceribus*, et agitur de *phlegmone et* p. 1.
abſceſſu, *fiſtula ani* et *lacrymali*, *mammarum inflammatione* (hic more ſuo Noſter agit ſeorſum de *lactatione*

p. 71. et *nutricis delecſtu*) *ganglio*, *polypo* cet. Pauca *de vl-*
p. 76. *ceribus*, inprimis *ozaena*, habet, et *appendicis* loco
quaedam adfert de *pemphygo*, *eſſera*, *zona*, *gutta ro-*
ſacea et *erythemate*, in quibus repetiiſſe videtur chi-
rurgiae praecepta nota.

p. 1. Idem ſentiendum putamus de *Faſcic. VIII. De*
vulneribus. Nam in hoc numero collocauit, praeter
quaedam vulnerum genera, ſcarificationem, phlebo-
tomiam, partum caeſareum et embryotomiam, et, ne
a veteri conſuetudine prorſum deflecteret, dedit lecto-
p. 46. ri quosdam omiſſos morbos, *ſtymatoſin*, *raucedinem* et
p. 48. *morbos a transſpiratione ſuppreſſos*.

p. 1. Denique *Faſcic. IX. De venenis* ſequitur. In
p. 7. quo Noſter poſt *aërem venenatum* explicat *animalia vene-*
p. 12. *nata*, *venena vegetabilia*, quae ipſe expertus eſſe non
p. 19. videtur, *mineralia*, item *acida*, quibus curandi viam
p. 41. ſubiicit, ſed vagam et mancam, hinc inde verſiculis
p. 56. interſtinctam. Abeſſe etiam poterat *cap. 11. de iudicio*
p. 68. *circa veneno defunctos*; Nihil enim vtilitatis exinde in
tirones redundabit. Coronidis loco, ni fallimur,
p. 70. additum eſt *cap. 12. de idioſyncraſia*, in quo mera
exempla memorantur, nihil de cauſſa, vnde mira illa
vis corporis proficiſci videatur.

XXIX.

Selecta doctorum virorum opuſcula, in quibus Hippocrates explicatur, denuo edita, curauit ERN. GODOF. BALDINGER. Gott. ſumtibus D. Fr. Kübleri 1782. 8. pagg. 351.

Cl. Editor per quinque luſtra in colligendis ſcriptis atque opuſculis, quae ad medicinam Hippocraticam pertinent, multus paeneque totus fuit, atque adeo eam tanquam veram et genuinam ſuis diſcipulis ex cathedra commendauit, atque declarauit, ſine hac medicina ne vllum quidem eruditi et genuini medici no-

men

men promereri poſſe. Vt autem eo plures ad hanc medicinam, manu diurna tractandam nocturnaque, allicerentur, traherenturque, conſilium ex bibliotheca ſua, ſelecta opuſcula doctorum virorum, quae potiſſimum ad medicinam practicam ſpectant, ſeorſim edere coepit, atque oblectationem illam et vtilitatem maximam, quam ex eorum lectione hauſit, cum aliis quoque voluit communicare. Tria autem volumina exercebunt prela, quorum alterum iam ad manus eſt, alterum continebit quae reſtant ſelectiora ſcripta, Hippocratem illuſtrantia, et vltimum, quae ad Aretaeum Galenumque pertinent, proponet. Critica vero et philologica ſcripta alii tempori reſeruanda eſſe cenſuit.

In hoc vero volumine 12 opuſcula continentur, de quibus ſeorſim pauca, iudicio noſtro interpoſito, ſunt dicenda.

I. FRID. HOFFMANNI *diſſ. de morbo nigro Hippocratis; Hal.* 1701. Cuius quidem deſcriptio exſtat apud Hipp. de morb. L. 2. ſ. 5. p. 45. eumque cum vomitu melancholico ſ. vomitu atrae bilis conuenire exiſtimat, materiamque eiectam fuiſſe ſanguinem feculentum corruptum, et ob admixtionem acidi in ventriculi ſinu et inteſtinorum cauitate, aterrimum factum. p. 5. Atque hypochondriacos hoc infeſtari affectu arbitratur, cuius origo et ſedes in liene quaerenda eſt, vnde per vaſa breuia et per mutuas anaſtomoſes cum vaſis ventriculi gaſtricis et epiploicis ſanguis corruptus in ventriculum effunditur; et quia tunc ſanguis ſtagnat circa inteſtinum colon et per eius vaſa eiicitur, ratio reddi poteſt de colicorum dolorum atrocitate. Quare recte concluditur, familiarem eſſe hypochondriacis hunc morbum, penes quos haemorrhoides ſuppreſſae aut imminutae ſunt. Eadem ratio eſt apud feminas hyſtericas defectu vel imminutione menſium laborantes. Accedit ad ſymptomata grauia, viſcerum ſtrepitum, pectoris et dorſi punctionem, laterum capitisque dolorem, crurum laſſitudinem, viſus imminutionem,

Atque … p. 7. … Qua- p. 9 … laborantes. p. 11.

p. 12. et atrum corporis colorem. Illum autem morbum,
quamquam non ſtatim interficiat, chronica et obſti-
nata mala relinquere docet, inter quae aſcites princi-
p. 13. pem occupat locum, quod obſeruationibus declaratur.
Interdum tamen hic morbus nigra per feces eiiciendo
p. 15. fuit ſalutaris habitus. Differre eum a vomitione ſan-
p. 16. guinis puri, a dyſenteria, ab haemorrhoidibus, ab
p. 18. excretione per aluum nigra, ab laeſione et ruptura
p. 19. vaſorum ſanguiferorum per contuſionem facta, quae
haud nigras cruentaſque deiectiones producit, et tan-
p. 20. dem a fluxu hepatico. Signa autem deprehenduntur
haec, inflatio hypochondrii ſiniſtri, anxietas et angu-
ſtia praecordiorum, alui adſtrictio, menſium et hae-
morrhoidum ſuppreſſio, vomitio nigra cum ſucco
acido et bilioſo, nigra alui deiectio, virium proſtratio,
p. 21. cardialgia, ſyncope. Medela vero duplex huic op-
ponenda in paroxyſmo per blandam diaphoreſin et re-
p. 22. media antiſpaſmodica, extra paroxyſmum obſtructio-
nes reſerandae ſunt, per acidulas Schwalbacenſes,
pillulas balſamicas ex amaris extractis, gummatibus
balſamicis, limatura Martis, extractione rhabarbari,
p. 23. etiam vena ſecanda. Ab opiatis et adſtringentibus for-
tioribus penitus abſtinendum.

p. 24. II. THEOB. MATTH. GASSER, *de morbo nigro*
Hippocr. *Arg.* 1761. A. Cl. perparum differt ab an-
tecedente in deſcriptione ex Hippocrate hauſta et in
ſignis; eum ad haemorrhagias refert internas, con-
p. 28. venientiam ipſius cum vomitu cruento declarat et
differentias ratione aliorum morborum, ſed et inter ſe;
p. 30. proximam cauſam, praediſponentes, occaſionales,
p. 33. commemorat, neque neglexit ſymptomata, progno-
p. 35. ſin et curam, atque regulas diaeteticas, durante mor-
p. 38. bo, et in ſtatu reconualeſcentiae obſeruandas, prae-
p. 41. ſcribit.

III.

III. TOB. IOH. IOS. SCHONINGH *de morbo nigro Hipp. Gron.* 1768. In quinque capita vniuerſam diuiſit tractationem: 1) agit de materia peccante, ſeu atra bile, quo capite egregie dicta a veteribus de atra bile commemorantur, quae non ſine deliciis legimus; illam autem atram bilem mero pro figmento habet, et recentiorum de ea oracula profert, et diſquirit, vnde humor atrabiliarius oriatur, et eius naturam inueſtigare tentat. 2) de morbi deſcriptione, eius definitione et cauſis in genere, vbi proximas, remotas, praediſponentes atque occaſionales commemorat, quas adeo multiplicat, vt eas ſigillatim recenſere nequeamus, quamquam affirmemus in vniuerſum, omnes pro diuerſitate naturarum in quibusdam ſeparatim adeſſe poſſe. 3) de diagnoſi et effectibus, quos morbus niger in corpore producit, in quibus recenſendis probe verſatum medicum prodidit. 4) de conſtituente morbi nigri prognoſi; ad intricatos morbos eum refert, et ex variis ſymptomatis etiam variam fieri prognoſin recte monet, in qua quidem re ſexus quoque diuerſitas in cenſum venit. 5) de morbi nigri cura et diaeta, quomodo verſari praeceperit Hippocrates, deinde quae in paroxyſmo et poſt eum medela ſit vtenda innuit, ex quibus ſimul ſumtis cognouimus hanc diſſertationem curatiori ſtudio eſſe conſcriptam.

p. 42. p. 44. p. 48. p. 51. p. 55. p. 61. p. 97. p. 119. p. 123.

IV. GE. WOLFG. WEDELII *progr. de morbo craſſo Hipp. Ien.* 1688. Magnam doctrinae copiam libellus hic exiguus prodit, atque locum Hippocratis Epid. L. II. c. 6. n. 15 belle illuſtrat, vbi ilei ſanguinei fit mentio, quem pro ſcorbuto venditat, ingentes dolores in imo ventre atque inteſtinis excitante. Hos morbos craſſos nominat ab effectibus, id eſt morbos tartareos, in ſpecie tormina colicorum aemula, ſeu colicam ipſam ſcorbuticam. Duplici autem modo dicuntur craſſi, tum a materia et motu humorum, a concremento tartareo, tum a more rebelli et immo- p. 137

rigero, quia morbus ſit difficilis. Singula deinde ad ambitum morbi pertinentia diſtincte ex ipſo Hippocrate proponuntur.

p. 142. V. ANDR. OTTOMAR GOELICKE *de morbo ructuoſo Hipp. Frcf. ad Viadr.* 1738. Aegritudinem illam, quam alii flatulentam appellitant, ab Hipp. de morbis L. II. deſcriptam indicat, recitatis ideo verbis
p. 147. Coi ſenis ipſam ſuppeditat deſcriptionem morbi, atque addit ſub ructu, flatus ſeu crepitus cum ſonitu vehementiſſimo ſine leuamine emitti. Alii quoque practi-
p. 151. ci huius morbi fecerunt mentionem. Conuenientia huic malo eſt cum ventriculi inflatione, eructatione et flatulentia, ſed etiam diſcrepantia, quae vberius
p. 154. exponit. A. Cl. dein in cauſas inquirit, quae variae
p. 159. eſſe deprehenduntur, tandem prognoſin et rationem
p. 167. medendi ſuppeditat, et vltimo loco de diaeta praecipit.

p. 169. VI. GE. ERN. STAHL *de febre lethifera Hippocratis. Hal.* 1711. Febris illa lethifera, πυρετὸς φονώδης dicta, L. 2. de morbis deſcribitur, eique omnia ſigna
p. 172. et ſymptomata febris competunt. Veſtigiis Hippocratis preſſe inſiſtendo, omnia ſymptomata et circumſtantias hanc febrim comitantes explicando, ex ſingulis verbis veram naturam eruit, atque, quomodo con-
p. 195. ſulendum aut auxiliandum ſit, declarat. His vero non contentus e ſua theoria ac praxi ea adiecit, quae huic morbo conſentanea ſunt.

p. 215. VII. GE. WOLFG. WEDEL *progr. de morbo phoeniceo Hippocr. An.* 1702. Faciem morbi vno tantum in loco praedict. L. 2. c. 49. p. 522 depingit Hippocrates: *fiunt autem leucae quidem ex lethaliſſimis morbis, qualis eſt morbus Phoeniceus appellatus; leprae ve-*
p. 216. *ro et impetigines ex melancholicis.* Ex Galeni exegeſi nominis reddit rationem Noſter, phoeniceum appellari morbum, qui in Phoenicia aliisque orientalibus regio-

gionibus frequens ſit, et videri quoque elephantiaſin ſignificari; ſed etiam addit, a colore ita dici elephantiaſin, quem ſuſpicari poſſe. Quia vero rubor non proprius eſt et eſſentialis huic morbo, neque probari poſſit ex vllo auctore, Phoenicibus eum eſſe endemium, alio modo explicandum Hippocratem cenſet. Ele- p. 219.
phantiaſeos nomen quum non occurrat apud Hippocratem, illud ſimul ſub λέπραις comprehendi credit, ἐξανθήματα autem innuere petechias et purpuras, purpuram autem duplicem eſſe, albam et rubram, et pe-
techias a purpura colore, planitie et aequalitate diſtin- p. 220.
ctas eſſe aliis probat locis Hippocratis, et de phoeni- p. 221.
ceo colore ex Dioſcoride diſſerit.

VIII. ABR. VATER *de lienis prolapſione ad illuſtr.* p. 223.
vexatum Hipp. Epid. L. 6. ſ. 2. aphor. 30 locum. Vitemb. 1746. Rariſſimum illum morbum accurate p. 226.
deſcribit et ſ. I. obſervationis ſuae dilucidationem ſiſtit. Hanc autem prolapſionem lienis eſſe praeter naturam huius viſceris conditionem, qua id in magnam auctum molem, atque tum ſuo pondere, tum adiacentium partium preſſione laxatis ligamentis, loco ſituue, quem natura ipſi aſſignauit, motum, inferiora abdominis occupat loca. Sedem morbi explicando ſimul A. Cl. ex lienis ſtructura, eius cum aliis viſceribus nexu, et tandem ex eius vſu lucem huic mor- p. 233.
bo accendere ſtuduit; praeterea ad modum, quo lienis prolapſio fieri potuit, progreſſus eſt, et ad omnium phaenomenorum explicationem, tandem de acerbiſ- p. 241.
ſimi huius mali euentu ac cura diſſeruit. Sect. II. ob- p. 243.
ſeruationem Hippocraticam illuſtrauit, atque obſcurum illum locum clariorem ſua interpretatione reddidit.

IX. GE. FR. SIGWART, *fragmenta dynamices,* p. 250.
Hippocratico-Galenicae ſparſis monumentis prodita. Tubing. 1759. Primo tractat Cl. A. *fragmenta medi-*

 cinae

cinae dynamicae ad ipſius praecognoſcenda ſpectantia.
Illa autem medicina docet morboſe affectas vires, ma-
xime humanas, pſychicas, organicasque menſurare,
eaque non ſolum mathematica eſt, ſed et philoſophi-
p. 251. ca, circa qualitates virium naturales et praeternatura-
les occupata, illae autem non niſi ex effectibus cogno-
ſcuntur, ex quibus ad cauſam progredimur. Quum
autem ex effectuum qualitate pendeat qualitas virium,
ſic quoque ex quantitate harum colligitur quantitas.
p. 255. Varia autem fragmenta proponit medicinae dynami-
cae, quae in ordinem aliquem ſunt redacta. Sic pri-
mo loco recenſet *fragmenta medicinae dynamicae patho-
logica*, quae denuo in ſuas diuiduntur ſpecies; ſunt
p. 268. enim *noſologica*, *aetiologica*, *ſymptomatologica*, et *ſe-
miologica*: ſecundo *fragmenta medicinae dynamicae ad
materiam medicam pertinentia* recenſet, atque inter ve-
teres pariter ac recentiores ſcriptores laudat, qui de
viribus medicamentorum in vniuerſum et in ſpecie
p. 271. praeceperunt. Tandem *fragmenta medicinae dyna-
micae therapeutica* addit, cuius vſus eſt in miniſterio
naturae praeſtando afflictae, in dirigenda natura, et
in pharmacorum viribus ex naturae legibus aeſtiman-
dis. Loca ex Hippocrate laudata non ſolum ſatis ſu-
perque rem propoſitam explicant, ſed etiam ex recen-
tioribus medicis multa prolata ſunt hanc veritatem
confirmantia.

p. 277. X. FRID. GOTTLOB JACOBI *philoſophiae Hippo-
craticae ſpecimen. Lipſ.* 1747. Luculentiſſima philo-
ſophiae in ſcriptis Hippocratis inueniuntur veſtigia, vt
non niſi ineptiſſimus atque ſtultiſſimus de iis dubitare
poſſit. Nam medicina ab Hippocrate inſtaurata docet
eum fuiſſe philoſophum; ille enim empiricam et hi-
ſtoriis obſeruationibusque ſuperſtructam in formam
redegit artis, et vt logicum in ratiocinando, meden-
do, obſeruando ſe praeſtitit medicum, quid quod et
p. 282. medicum, philoſophum claris verbis eſſe iubet. Ve-

rum

rum enim vero contraria his videntur Celſi Praef. L. I. verba, dicentis, Hippocratem a ſtudio ſapientiae diſciplinam ſalutarem ſeparauiſſe. Sed ſalua eſt res, diſtinguebat tantum has diſciplinas, vt ſeorſim eam colendo incrementa artis promoueret, ea adhibendo, quae medicis ſcitu ſunt neceſſaria, reliqua, quae nec corporis humani cognitionem, nec ſanitatis perditae reſtitutionem adiuuare poterant, ad philoſophos delegabat. Statum philoſophiae tempore Hippocratis p. 285. conſiderantes, intelligimus, pleroſque philoſophorum obſcuritate, qua philoſophiam inuoluebant, animos hominum ab ea tractanda auocaſſe, diuerſa poſuerunt principia, myſterioſa et ſymbolica docendi ratione arithmeticiſque argutiis alii eam obuoluebant, a quibus ſolus Herodicus eximendus eſſe videtur, cuius diſcipulus Gorgias Leontinus fuit, qui Hippocratem inſtituit, et qui eximie verſatus fuit in philoſophia. Deinde agit de philoſophia Hippocratis in vniuerſum, p. 289. laudat commentatores in philoſophiam Hippocratis. Nonnulli tamen de philoſophia Hippocratis perperam et peruerſe iudicant; quia difficiliores voces non p. 292. explicauerit, adeoque ab obſcuritatis crimine, v. c. in p. 294. voce *νόμος*, non liberari poſſit. Sed expedire Hippo- p. 296. cratem belle ſtuduit Cl. A. His addidit nonnullorum de natura Hippocratis explicationes, et genuinam p. 299. huius vocis ſuppeditauit interpretationem, quid elementa ſint ex mente Coi tradidit, atque de corpo- p. 302. rum ortu ex elementis eorumque interitu in vniuerſum diſſeruit. p. 307.

XI. IOH. GUIL. ALBRECHT *progr. in locum Hippocratis male explicatum, Epidem. 6. Götting.* 1735. p. 313. Locus ita ſonat: Ἀπαίδευτος ἡ φύσις ἐοῦσα καὶ οὐ μαθοῦσα τὰ δέοντα ποιέει. Hunc locum quidam ſic explicant, vt Hippocrates videatur haec duo defendere: Naturam cum intelligentia quadam, et ex proprio conſilio functiones naturales moderari et efficere: p. 314.

re: eandemque naturam nihil aliud eſſe, quam ani-
mam rationalem. Sed aliam poteſtatem ſubeſſe ver-
bis Noſter docuit; igitur locum ſic refinxit antea mu-
tilum: 'Ανευρίσκει ἡ φύσις ἑαυτῇ τὰς ἐφόδους, οὐκ ἐκ
διανοίας, τὰ μὲν, οἷον τὸ σκαρδαμύσσειν, τὰ δὲ καὶ ἡ γλῶσ-
σα ὑπουργέει, καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα. 'Απαίδευτος ἡ φύσις
ἐοῦσα, καὶ οὐ μαθοῦσα, τὰ δέοντα ποιέει. Male expli-
cata ſunt verba ex illius ſententia; et quidem non
iniuria; οὐκ ἐκ διανοίας *non ex conſilio alieno*, quum ta-
men διάνοια nunquam alienum eſſe poſſit, ſed ſemper
denotare debeat, conſilium proprium, intelligentiam,
cognitionem, intellectum, vnam ſcilicet ex animi af-
fectionibus, quae media eſt inter νόησιν et δόξαν. Ita-
p. 315. que ſecundum A. Cl. haec mens eſt Hippocratis, vt
naturam, tanquam cauſam brutam, operari abſque vlla
cognitione eius, quod peragit, et ſine vlla conſcien-
tia pronunciet. Et hoc verba ſequentia docent, cum
quibus iſtam operationem comparat. Hanc fieri di-
cit, vt *nictatio, et ea, quae lingua peragit:* quae vtiliter
quidem, ſed non aduertentibus exercentur.

p. 316. XII. GE. SEGERI *diſſ. de Hippocratis libri* περὶ
καρδίης *ortu legitimo. Baſil.* 1661. Plerique hunc li-
bellum Hippocratis genuinis ſcriptis non eſſe adnu-
merandum contendunt, quia dogmata Hippocrate
indigna contineat. Igitur c. 1. *rationes legitimatio-
nem impugnantes* recitat Cl. A. et auctores ſimul addit.
p. 319. Foeſius ſiquidem contendit, non eſſe genuinum, quia
neruorum originem et animae praecipuam facultatem
in corde conſtituat. Marcianus, quia cor venarum
principium ſtatuit, quod Aſclepiadum placitis aduer-
ſatur. Mercatus, quod cor muſculum fortem dicat.
Sed quia rationibus eſt pugnandum, eas Noſter exami-
p. 320. nat, et quidem primam c. 2 *quia nec Galenus nec Ero-
tianus eius mentionem fecerunt;* ſed rariſſima fuerunt
tempore horum duumuirorum ſcripta, vt forte ad
eorum non peruenerint manus. c. 3. alteram diluit:
p. 323. *nullam in libro* περὶ καρ. *de neruorum origine fieri men-
tionem,*

tionem, ſed illa verba, e quibus haec eliciuntur, potius de vaſorum ſanguiferorum agunt origine, et τόνος, ex quo omnis vis probandi ducitur, non neruum, ſed membranam, ſignificat. c. 4. *libellum* περὶ κ. *animae praecipuam facultatem in corde non conſtituere demonſtrat*, ſed mens et anima diſtingui debet; mens ſiquidem eſt, quod eminet in anima, et huius ſedes fuit controuerſa, ipſeque Hippocrates ſententiam de mentis in corde ſede reiecit. c. 5. declarat, *Aſclepiadarum placitis minime aduerſari, ſi cor venarum principium dicatur.* Sed huius ſententiae contrarium fuſius probatur. c. 6. *cor muſculum dicere Hippocrate vel quouis alio viro docto indignum minime eſſe* probat, et quidem docet, hanc doctrinam non eſſe alienam a doctrina Hippocratis, neque ſplendorem eruditionis in docto viro obnubilare. c. 7. *doctrinam de duplici potulentorum via, prout in libro* περὶ καρδ. *inuenitur, ſanam eſſe euincit.*

p. 325.
p. 333.
p. 337.
p. 346.

XXX.

Noua phyſico-medica.

Academia ſcientiarum, bonarum litterarum et artium *Lugdunenſis* in annum 1786 ſequentem quaeſtionem propoſuit:

Quaenam ſunt variae illae *Lichenum* ſpecies, quae vſu in arte medica aliisque artibus pollent? (*Quelles ſont les diverſes eſpèces de* Lichens, *dont on peut faire vſage en médécine et dans les arts?*) Auctores, qui ad hanc quaeſtionem reſpondebunt, proprietates illarum plantarum nouis obſeruationibus et experimentis definiant. Praemium eſt moneta aurea, 300 librarum pretio. — Commentarii mittantur, via et legibus ſolitis, ante calendas Aprilis, anni MDCCLXXXVI. ad Cl. DE LA TOURETTE, qui Academiae eſt a ſecretis.

So-

Societas regia oeconomica Lugdunenſis ſequens problema propoſuit: Inueniatur modus, quo calor conclauis, camino vel furno productus, ad tertiam partem augeatur, praeter quod maior ligni copia requiratur. *(trouver le moyen d' augmenter d' environ un tiers, au thermomètre de Reaumur la chaleur d'un appartément produite par une cheminée ou par un poële, en ne conſommant que la meme quantité de bois.)*

Praemium duplum, 600 librarum Gallicarum valore, optimo tractatui tribuetur. Commentarii anno MDCCLXXXV. ad ſocietatem, legibus conſuetis mittantur.

Academia ſcientiarum, artium et elegantiorum litterarum Diuionenſis in annum MDCCLXXXVI. hanc quaeſtionem propoſuit:

Definiatur differentia eſſentialis inter phlogiſton et materiam caloris, eaque proprietatibus ſingulorum confirmetur: *(Determiner par leurs propriétés reſpectives, la difference eſſentielle du phlogiſtique et de la matière de la chaleur.)*

Praemium eſt moneta aurea, 300 librarum Gallicarum pretio; commentarii mittantur ante calendas Aprilis anni 1786 ad Cl^{um} MARET, qui ſocietati eſt a litteris.

Iam ab aliquo inde tempore legimus iuſſu ducis Florentiae ſocietates, quae hactenus ſub nomine academiae *florentinae, della cruſca, degli apatiſti* ſeiunctae erant, in unam coniunctas eſſe, quae nomen *academiae florentinae* etiam in poſterum habebit. Data eſt eidem Magliaberana Bibliotheca, in cuius muſeo conventus celebrabuntur, ſumtibus in vnum finem vnitis, maiores in vniuerſam rem litterariam, tum etiam phyſicam, redundabunt fructus.

Mor-

Mortuo Cl° HAHN in academia Lugdunenſi Batavorum Cl. VOLTELEN Med. Doctor ſucceſſit, atque Profeſſor Medicinae ordinarius factus eſt.

Ab Academia regia ſcientiarum Pariſienſi in conventu die octauo Maii, 1784, in locum MACQVERI Cl. QVATREMERE DISJONVAL electus eſt, quem in phyſica aeque ac chemia egregie verſatum eſſe conſtat.

Cl. FRIDER. GVIL. WEIS, M. D. Gottingenſis, opere cryptogamico plantarum Gottingenſium, atque botanica foreſtali celeberrimus, Rothoburgum vocatus atque archiater Landgravii Haſſiacarum Rothoburgicarum terrarum factus eſt.

Cl. P. B. C. GRAUMANN Bützouii ſucceſſit in locum Dethardingii, Profeſſor Medicinae ibi factus.

Cl. STARKE, M. D. Profeſſor Medicinae Ordinarius ſupra numerum *Ienae* ordinarium factus locum ſimul cum facultate vota dandi in Senatu academico obtinuit.

Mortui ſunt:

d. 15. Maii. Lutetiae Pariſiorum Cl. Antonius COVRT DE GEBELIN, opere, *monde primitif analyſé et comparé avec le monde moderne* inſcripto, celeber. Natus erat *Nemauſi*, anno 1725.

d. 16. Iun. MDCCLXXXIV. Quedlinburgi, FRIDERICVS GUILIELMUS RITTER, Archiater Principiſſae Boruſſicae ANNAE AMALIAE, M. D. vir doctrina et praxi felici celeber, anno aetatis trigeſimo octauo.

Aeſtate anni 1784 *Neapoli* Cl. IO. BAPT. DELLA TORRE, Bibliothecarius regius, Inſpector muſei primarius, atque machinarum phyſicarum director. Dedit *hiſtoriam phaenomenorum circa Veſuuium obſeruatorum.*

Septem-

Septembri anni 1784 Lutetiae Pariſiorum Cl. DAVID, Chirurgus primarii noſocomii Deo dicti, annos quadraginta et aliquot natus.

d. 15 Septembris, *Halae* D. I. A. WOLFAHRT, Profeſſor medicinae, anno aetatis ſeptuageſimo tertio.

d. 9 Octobris, anni 1784 *Bützowii*, Cl. DETHARDING, Conſil. aulicus, D. et Prof. medicinae Publicus, natus erat anno 1699 *Roſtochii.*

d. 11 Octobris, Argentorati meritiſſimus atque celeber Anatomicus IO. FRIDER. LOBSTEIN, Prof. Anatomiae, anno aetatis quadrageſimo quinto, hydrope pectoris laborans.

d. 24 Octobris Brunſwigii, Cl. HAUSMANN, Med. D. Aſſeſſor collegii ſupremi ſanitatis et ſecretarius, et Anatomiae Profeſſor, trigeſimo aetatis anno. Edidit vberiorem deſcriptionem methodi Hawkinſianae lithotomiam faciendi.

d. 7 Decembris anni 1784 *Berolini*, FRID. HERM. LUDOVICUS MUZEL, Regi Boruſſorum a conſiliis intimis, et archiater, anno aetatis ſexageſimo nono.

d. 15 Decembris, anni 1784 NATHANAEL MATTHAEVS WOLF, Medicinae Doctor, Societatis Londinenſis et Gedanenſis ſocius, hectica febre emaciatus. Non in arte medica ſolum, verum etiam in Botanica et Aſtronomia inclaruit. Eius ſumtibus obſeruatorium, libris inſtrumentisque praeditum, exſtructum eſt, atque ſummam 4000 numorum aureorum donauit, vt profeſſor Aſtronomiae inſtitueretur, mineraliumque et herbarum ſiccarum ſplendidam collectionem ſocietati phyſicae Gedanenſi in donum dedit. Iuſſit denique corporis demortui vaſa ſanguinea cera repleri et ſub obſeruatorio ſepeliri. Auctor eſt libri Genera et ſpecies plantarum, vocabulis characteriſticis definita 1781.

d. 21

d. 21 Ian. anni 1785 *Lubecae* Cl. ADOLPH FRIDERICVS VOGEL, Medicinae Doctor, Practicus et Chirurgus experientiſſimus.

Eodem menſe Cl. SCHWENKE, Profeſſor Botanices *Hagae comitum*, aetate prouecta.

d. 26. Decembris, anni 1784, Hafniae, Celeberrimus OTHO FRIDERICVS MÜLLER, Regi Daniae a Conſiliis Conferentiae, Academiae Imperialis Petropolitanae, Regiae Hafnienſis, Holmienſis, aliarumque Academiarum ſocietatumque membrum, vir ſolertia atque obſeruandi acumine meritiſſimus. Praeclara ſunt Ipſius in zoologia, praeſertim in hiſtoria vermium, inuenta, atque mors improuiſa eum, dum in edenda *hiſtoria entomoſtracorum* occupatus eſſet, ſuis atque orbi eruditorum praeripuit.

Non poſſumus ſilentio praeterire piam Cl[i] BROUSSONET, Medicinae Doctoris, et membri Academiae Montispeſſulanae erga merita PETRI RICHERI DE BELLVAL mentem, qua Academiae *Montiſpelienſi* 300 libras Gallicas commiſit, quod praemium ei tribuendum erit, qui optimum, iudice Academia, elogium dicti viri, quondam Profeſſoris Botanices et Anatomiae in eadem Academia tradiderit. Eſt ille, qui opus botanicum, quod adhucdum manu ſcriptum reſeruatur, reliquit, hortum botanicum fundauit, multisque aliis meritis inſignis eſt. Elogia, ante Calendas Octobris, anni 1785 ad Cl[m] DE RATTE legibus cognitis, mittantur.

Coluit nuper ordo medicus Lipſienſis memoriam Magnifici ANTONII GVIL. PLAZII, oratione anniverſaria, habita die XXVI Februarii, anni MDCCLXXXV ab ERNESTO BENJAMIN GOTTL. HEBENSTREIT, atque ſimul publici iuris reddidit vitae curriculum, ab ipſo PLAZIO conſcriptum, quod,

vt et nos piam erga beatum Virum declaremus mentem, eiusque meritis memoriam dignam faciamus, hic repetere libuit, quod quidem omnibus lectoribus gratum fore ſperamus.

Vita D. ANTONII GVILIELMI PLAZII.

Arrogantiae eſt praeclare, Negligentiae parum, Stultitiae, nihil de ſe ſentire.

Ego, ANTONIVS GVILIELMVS PLAZ, in hanc mundi lucem prodii *Lipſiae*, praeſtantiſſima Muſarum ſede, celeberrimoque Saxoniae emporio, ipſo anno ſeculi huius *octauo* ineunte. Parentibus gauiſus ſum munerum ſplendore atque generis nobilitate illuſtribus, Patre D. ABRAHAMO CHRISTOPHORO, in Mockau, Alten et Ploeſen hereditario, Potentiſſimo Poloniarum Regi, Saxoniae Electori, FRIDERICO AVGVSTO I. a Prouocationum conſiliis, ſupremae Curiae Prouincialis Aſſeſſore, Scabinatus Electoralis Seniore, ciuitatis Lipſicae Conſule Primario, Templi atque Scholae Nicolaitanae Curatore, anno 1658. d. 18. Apr. nato, anno 1728. d. 25. Sept. vita functo; Matre ANNA MAGDALENA, D. BARTHOLOMAEI LEONHARDI SCHWENDENDOERFERI, magni ſuo tempore ICti, Profeſſoris Publici Ordinarii, ſupremae Curiae Prouincialis, Facultatis Iuriſconſultorum atque Academiae Senioris, Eccleſiae Cathedralis Merſeburgenſis Decani, filia natu minore, anno 1712. d. 8. Aug. praematuro nimium fato mihi erepta. Auus paternus mihi fuit CHRISTOPHORVS PLAZ, Auguſtae Vindelicorum natus, Lipſiam poſthac ſeſe recipiens, ibique mercaturam feliciſſimo cum ſucceſſu faciens. Auiam habui VRSVLAM CATHARINAM, D. ABRAHAMI TELLERI, ad div. Thomae Paſtoris et Conſiſtorii Lipſici Aſſeſſoris, ex DOROTHEA, nata BIERLINGIA, filiam natu maiorem. Proauus paternus, ANTONIVS PLAZ, fuit nobilis negotiator Auguſtanus,

Pro-

Proauia, ANNA MARIA, e gente SCHANDERNELLIA. Matre cariſſima orbatus cum anno 1713 d. 27. Dec. ad tertia vota tranſiret pater, atque tori ſociam MARGARETAM REGINAM, e celebri gente PACKBVSCHIA ſibi cooptaret, huius educationi commiſſus maternae propenſionis haud vulgaria me accepiſſe documenta gratus adhucdum recordor. Maxima vero parentis, media inter grauiſſima negotia vigilantiſſimi, in eo poſita fuit cura, vt mature tam ſanctiſſimae religionis rectis principiis imbutus, quam humaniorum literarum ſolida cognitione inſtructus et mihi et aliis aliquando vtilis efficerer. Singularis vero mihi contigit felicitas, inter rariores vtique ponenda, atque ſemper poſtea et nunc adhuc ſapientiſſimae prouidi Numinis directioni grata a me habita, quod *vnicus* ſaltem a prima pueritia ad academicae vsque vitae periodum mihi fuerit praeceptor, cuius fideliſſima inſtructione vſus prima literarum elementa omnesque, quae ad altiora ſtudia ducunt, diſciplinas, ſerie haud interrupta, ediſcere potuerim. Veneror eapropter gratiſſima, poſt fata adhuc, pietate indefeſſam Magnifici atque Summe Reuerendi b. IOANNIS CHRISTIANI HEBENSTREITII, tunc Philoſophiae Magiſtri, poſthac concionatoris Sabbatici Nicolaitani, dein lycei Thomani Conrectoris, poſtmodum Linguar. Oriental. Prof. Ordinarii, denique S. S. Theol. Doctoris et Profeſſoris primarii, Decemuiri, Eccleſiae Cathedralis Miſenenſis Canonici, Maior. Princip. Coll. ſocii et Nationis Miſnicae Senioris, anno 1756. d. 5. Dec. pie defuncti, in me per integrum decennium ab anno 1713 informando collocatam laudatiſſimam ſollertiam, tanto minus a me hic ampliore praeconio extollendam, quanto certius penes omnes conſtitit, quanta cum contentione, grauitate atque prudentia HEBENSTREITIVS omnibus ſuis muneribus praeeſſe conſueuerit. Huius adeoque fideliſſimae debui inſtructioni, quod decimo quinto aetatis anno

ad academica pergere potuerim ſtudia, ad quae, vt ne prorſus immaturus accederem, puer adhuc tam diſputatoriis quam oratoriis exercitiis ingenium ad ſublimiores praeparaui diſciplinas. Florebat nempe tunc conſortium quoddam puerile diſputatorium et oratorium, ſub moderamine M. CAROLI FRIDERICI PEZOLDI, Scholae Thomanae Collegae tertii, quod ingenioli ſui vires, pro aetatis modulo experiebatur, cuius inſtituti non ſatis commendandi vberrimos fructus poſtmodum non ſine voluptate perſpexi. Orationem ſolennem in Schola Nicolaitana anno 1718. d. 6. Decembr. *de belli incommodis* in actu quodam publico recitaui. In ciuium academicorum numerum anno 1713. d. 22. Mart. Rectore Illuſtri HOFMANNO receptus, mox philoſophicas ſcholas GEORGII PHILIPPI OLEARII, FRIDERICI MENZII, IO. CHRISTIANI LEHMANNI, et LVDOVICI CHRISTIANI CRELLII adii, a quibus etiam phyſicam accepi, diſputationibus vero philoſophicis ſub moderamine praeceptoris mei optimi, HEBENSTREITII, atque IENICHII habitis interfui. Iam cum de ſtudii genere eligendo mihi nunc eſſet cogitandum, me animum arti medicae applicaturum, parenti, nihil tale opinanti, ſignificabam, a quo tamen conſilio tanto minus me exiſtimabat auocandum, quanto magis intempeſtiuam parentum improbabat moroſitatem atque duritiem, qui iniquum in liberorum ingenia et propenſionem ſibi arrogarent imperium. Deſiderio potius meo beneuole annuens, praeceptores quoque mihi cupiebat eſſe doctrina praeſtantiſſimos, inter quos SCHACHERVM et WALTHERVM, priorem Facult. Med. Decanum, alterum Anat. et Chirurg. Profeſſorem, illius poſtmodum ſucceſſorem, primo ponendos iudicabat loco, quorum inſtructione quinquennium adiutus, omnes artis ſalutaris diſciplinas edidici, WALTHERO potiſſimum duce complurium cadauerum in theatro anatomico incidendorum opportuni-

ta-

tatem nactus, atque ad expeditiſſimam in artificio nitide praeparandi facilitatem formatus. Cumque haud vulgari quoque in rem herbariam me trahi intelligerem amore, ex AVG. QVIR. RIVINI ſcholis proficere ſtudui, quo tamen ipſo anno eunte mortuo, ex familiari commilitonis mei, IO. ERNESTI HEBENSTREITII conſuetudine atque frequentioribus cum ipſo factis excurſionibus non leues cepi fructus. Neque tamen reliquas artis medicae doctrinas negligendas eſſe intelligens, Chemiam a QVELMALZIO accepi, praxin vero clinicam prudenter exercendi rationem KÜCHLERO praeeunte edoctus fui; medicinae forenſis dogmata BAVERVS expoſuit. Non vero auſcultando ſolum tempus academicum a me conſumi cupiebat pater prudentiſſimus, quin potius vt publicis etiam ſpeciminibus editis profectuum meorum redderem rationem, aliisque exemplo eſſem, aequiſſimo ſtatuebat conſilio. Primo itaque ſtatim academicae vitae anno, ſuperato tentamine, ab Ampliſſimo Philoſophorum Ordine inſtituto, primae laureae honores tuli, in qua panegyri ſpecimine graeco *de artis medicae eminentia* diſſerui. Ad ſtudia nunc alacrius proſequenda excitatus, cum inſigni diſputatoriorum exercitiorum tenerer amore, Baccalaureus adhuc quinquies ex cathedra philoſophica varia argumenta propugnaui. Praeſide vero praeceptore meo HEBENSTREITIO, anno 1725. menſe Febr. Diſſertationem *de corporis humani machina diuinae ſapientiae et prouidentiae teſte* defendi, octiduo elapſo Philoſophiae Magiſter creatus, cuius dignitatis immunitates altera Diſſertatione, *practica prioris parte* eodem adhuc anno obtinui. Factorum dein etiam in re medica profectuum ſpecimen editurus, anno 1726. Praeſide BAVERO *de vſu medico exercitiorum corporis, illuſtribus praeſertim familiarium*, ex cathedra medica diſputaui, ſub cuius quoque moderamine in publico collegio diſputatorio tam reſpondendo quam oppo-

 nen-

nendo phyſiologicis potiſſimum argumentis diſquirendis operam dedi, ita vt rite ſic praeparatus atque ſub finem anni 1726 ab Ordine Medicorum ad examen theoreticum admiſſus, Baccalaurei medicinae honoribus exornarer. Anno 1727. Diſſertationis *de tabaco ſternutatorio* propugnandae ergo altera vice ſuperiorem cathedram philoſophicam conſcendi, quodque reliquum eſſet academici temporis ſub Ill. WALTHERI directione cadaueribus ſecandis impendi, ad alterum practicum examen acceſſurus atque Doctoris gradum in academia patria ſumturus. Patris tamen triſti morte ſuperueniente, et, quod non diffiteor, aliquem commilitonem cunctantem praeventurus, ad conſilium ſubito mutandum adactus, HALAM ſeceſſi, ibidemque ſuperatis examinibus conſuetis, habitaque Diſſertatione *de tuſſi infantum epidemica*, d. 18. Oct. 1728. a MICHAELE ALBERTI Doctoris cepi gradum. Mox in patriam reuerſus ſcholas aperui medicas, atque mature academiae vtilis futurus in explicandis potioribus medicinae diſciplinis vires experiri coepi, non intermiſſis exercitiis diſputatoriis tam priuatis quam publicis anno 1732. et 1736. inſtitutis. Morte praematura nobis anno 1733. erepto CASPARO BOSIO, Profeſſore Botanices extraordinario conſtituto, ſingulari regia clementia in eius locum ſucceſſi, poſtquam iura Doctoris Lipſici atque poteſtatem in Facultate medica locum ſuo tempore tenendi Diſſertatione ſolenni *de potus Cofé abuſu noxio* indeptus fueram; quo officio praeſtito, praemiſſo Programmate *de plantarum radicibus*, Oratione aditiali munus mihi demandatum d. 17. Iul. anno 1733. auſpicatus ſum. Anno 1748. clementiſſime iubente Potentiſſimo Rege ex Miſnica in Saxonicam translatus Nationem, ſequente vero anno Ordinarius Botanices Profeſſor declaratus, in Profeſſorum Ordinariorum cooptatus fui Collegium, anno 1753 die Georgii primum Rector electus. Anno 1742. Academia Caeſareo Leopoldina Naturae Curio-

forum

ſorum me ſuum eſſe voluit ſocium, cognomine PLISTONICI II. honoratum. Anno 1754. BAVERO d. 22. Dec. demortuo, d. 28. eiusdem menſis locum in Facultate medica obtinui. Anno 1744 poſt Ill. GÜNZII, archiatri regii, obitum, Phyſiologiae Profeſſor Ordinarius conſtitutus, praemiſſo *de plantarum plethora* Programmate, d. 17. Oct. munus mihi clementiſſime concreditum adii, ipſo ad annum 1758 vsque functus, quo tempore poſt HEBENSTREITII Decani et QVELMALZII, huius per decendium ſucceſſoris, fata, Anat. et Chir. Profeſſor, paucis vero diebus elapſis Pathologiae Profeſſor conſtitutus, in Maioris Principum collegii ſociorum numerum receptus, Decemuir electus atque Facultatis medicae Senior declaratus fui. Succedebat QVELMALZIO veteranus meus amicus, LVDWIGIVS, poſt tria tamen luſtra anno 1773 d. 7. Mai. nobis ereptus, cui ego ſucceſſor menſe Iunio fui datus. Anno 1770. WINKLERO mortuo, Natio Saxonica me ſuum eſſe voluit Seniorem. Praeter Recturam aeſtiuam anno 1753 mihi traditam, anno 1757. 1761. 1765. 1769. 1771. 1775, et 1779. eidem muneri praefui, anno 1765 eapropter maxime illuſtri, quod SERENISSIMO ELECTORI placeret Vniuerſitatem noſtram ſua primum dignari praeſentia, quo tempore coram IPSO in bibliotheca academica de *diaeta principum* mihi diſſerendum fuit. Longe vero ſplendidior quinta mea fuit Rectura, cum anno 1769 die 2 Maii, in ſolennitate homagii praeſtandi coram ſolio Electorali mihi publica fides Vniuerſitatis noſtrae nomine ſtipulanda, atque ſincerrima pro PATRIS PATRIAE ſalute vota eſſent facienda. Anno 1773 a Magnifico tunc Rectore BORZIO poſt exacta decem luſtra in ciuium academicorum numerum denuo receptus: atque biennio poſt in ſolenni panegyri Magiſteriali, Decano Spectatiſſimo ERNESTIO Magiſter ſemiſecularis iterum renunciatus fui, eodem anno poſt obitum S. R. CRVSII, Senior Academiae

factus. Anno 1778 menſe Oct. cum ſolennia Doctoralia ſemiſecularia publico actu medico inter amiciſſima vota Collegarum coniunctiſſimorum celebrarem, ab Vniuerſitate HALENSI transmiſſo ſplendido Diplomate Doctorali honoratus atque iterum ex valuis publicis Doctor renunciatus fui.

Res domeſticas quod ſpectat, coniugium inii anno 1729 d. 1 Iun. cum lectiſſima virgine MARIA MARGARETA, ADOLPHI FRIDERICI HOFMANNI, negotiatoris probi atque felicis filia vnica, duarum filiarum, RAHELIS MARGARETAE et HENRIETTAE MAGDALENAE matre. Coniuge hac paucis a puerperio ſecundo diebus anno 1732 d. 6 Iul. mihi erepta, ad ſecunda tranſii vota, anno 1733. d. 17. Febr. cum ornatiſſima virgine CHRISTIANA MARGARETA, HENRICI FRIDERICI ENGELSCHALLII, villarum et praediorum Senatoriorum iura adminiſtrantis filia vnica inita, quatuor liberorum matre, REGINAE WILHELMINAE, ANTONII HENRICI, CHRISTIANAE SOPHIAE et MARGARETAE SOPHIAE, cum qua fidiſſima vitae meae ſocia anno 1783 iubilaeum gamicum celebrandi rariſſima mihi felicitas contigit.

Ceterum, quae ſumma Dei fuit gratia, admodum conſtante corporis valui robore, vtpote nihil minus quam molliter educatus. Superatis enim anno 1715 variolis, quarum eruptionem enormes haemorrhagiae triduanae comitabantur, aliisque praeterea puerilibus morbis feliciter debellatis, ad triceſimum vsque aetatis annum nihil quidquam moleſtiarum ex aduerſa valetudine ſenſi, niſi quod nunquam vel leuiori frigori ferendo me parem intelligerem, cum viciſſim intenſiſſimum calorem, quod omnes norunt, absque vllo ſemper tulerim incommodo, alacrior inde potius, cum alii languerent, factus, quam raram temperiem an illi a vino debuerim abſtinentiae, quae quaſi natiua mihi fuit, haud incaſſum forte auguror. Anno autem 1737. vere ineunte ſubito arthriticis vagis corri-

piebar

piebar doloribus, duarum tamen ſeptimanarum ſpatio elapſo diſparentibus, a quo tempore ad annum 1751 vsque ex vota valui; die vero 21 Aug. dicti anni nihil plane ſiniſtri opinantem, dum lectionibus botanicis in horto medico vacabam, ſubitaneus febrilis horror cum repentina virium proſtratione inuadebat, quem grauior aeſtus, vomitiones, ſenſuum perturbationes atque contumaciores conuulſiui motus excipiebant, febris malignae diriſſimi praenuncii et comites, quos inſequebatur purpura alba vera, adeo vt fatalem huius morbi fore exitum nullus dubitans ſarcinulam colligerem, euentu tamen metui haud reſpondente. Decani nempe HEBENSTREITII atque amantiſſimae coniugis poſt Deum debui ſollertiae, atque diurnae nocturnaeque vigilantiae, quod ſex hebdomadum periodo finita, priſtinis viribus recuperatis, atrociſſimum eluctarer morbum. Non minus anno 1757 ſub ſecundae Recturae finem febre exanthematica acuta inuadebar, qua ſuperata, ex metaſtaſi ad oculos facta inter enormes dolores pertinaciſſimamque oculorum inflammationem viſus metuebam iacturam, vano tamen metu, cum, etiamſi aliquot adhuc vicibus morbus hic ocularis recurreret, nihil tamen detrimenti ex viſu ſenſerim, quem mihi adhuc, dum haec ſcribo, (menſe Octobri 1783) integerrimum eſſe, nullo vitro oculari iuuandum, inter ſumma diuina pono beneficia.

Omnium vero a munificentiſſimo Numine in me collatorum innumerorum beneficiorum gratiſſima atque deuotiſſima mente memor, me his quoque indignum fuiſſe profiteor, qui praeceptorum diuinorum frequens violator viam ſalutis ſaepe deſerui. Supplex tamen coeleſtis Patris veneror clementiam, qua me quoque immorigerum ſubinde atque peccatorum maximum ineffabili nihilo minus cum patientia tulit atque reuertendi tempus benigniſſime conceſſit.

Tuus fuit, aeterne et miſericors humani generis Protector, in me quoque amor, quo me in Filio Tuo dilectiſſimo amaſti, cuius nec in me incaſſum collocatum voluiſti ſanctiſſimum meritum. Ne auertas Tuam a me faciem, neque per omne, quod ſupereſt, breuis et miſellae vitae tempus, me prouida Tua deſere tutela. Ne auferas Spiritum Tuum Sanctum a me, qui perpetuus in illecebroſo hoc mundo mihi comes, magiſter, monitor, cuncta mea facta dirigat, fidem meam ſtabiliat, amorem Tui augeat, atque tandem hac mortalitate exiturum ad beatiſſimas ducat ſedes, meque in eorum numero eſſe efficiat, qui perennibus laudibus Tibi: *Sanctus, Sanctus, Sanctus eſt Dominus Deus Zebaoth!* occinunt, atque ſempiterno maieſtatis et gloriae Tuae adſpectu exhilarati, nomen Tuum in aeternitatum aeternitates celebrant. Tuere academiae ſplendorem, Ordinis mei honorem, vrbis felicitatem, meorum ſalutem.

Ita laetus Iudicis pacati aduentum exſpecto, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἐμοῦ, εἰς τὸ γενέσθαι αὐτὸ σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ.

Scripſi die XVIII. Oct. A. R. G. MDCCLXXXIII.

M. T. Θ. Δ.

Scripta

Scripta Plazii

Diſſertationes.

De corporis humani machina, diuinae ſapientiae teſte 1725
— — — Pars altera practica - - 1725
De vſu medico exercitiorum corporis, praeſertim perſonis illuſtribus familiarium - 1726
De tabaco ſternutatorio - - 1727
De potus Coffé abuſu noxio - - 1733
De foliis plantarum - - - 1740
De caule plantarum - - 1745
De morbis ex munditie - - 1746
De munditiei affectatae incommodis - - 1747
De morbis ex oblectamentis I. - - 1748
De flore plantarum - - 1749
De morbis ex oblectamentis II. - 1749
De morbis ex oblectamentis III. - 1750
De ſanitatis publicae obſtaculis - 1753
De partu debili reficiundo - - 1754
De oblectamentis illuſtrium noxiis - - 1759
De therapia per iucunda - - 1760
De therapia per iniucunda - - 1762
De vulgatiorum remediorum vſu non reiiciendo 1763
De morbis ex vitae genere I. - - 1764
De medico audace - - 1766
De remouendis ſanitatis publicae impedimentis - 1771
De amoliendis ſanitatis publicae impedimentis - 1771
De ſenſibus, morborum cauſis - 1772
De ſenſibus internis, morborum cauſis - 1772
De curatione per iniucunda - - 1773
De morbis ex vitae genere II. - - 1774
De medicina morbos faciente - - 1776
De chirurgia morbos faciente - - 1777
De ineuitabilibus morborum cauſis - 1778
De ſubitaneis morborum cauſis - 1778
De ſalubritate et inſalubritate habitationum - 1781
De humoribus, morborum cauſis - 1783

Programmata.

De artis medicae incrementis - 1732
De radice plantarum - - 1733
De ſeminibus plantarum - - 1736
De brutorum imaginatione - - 1749

De ple-

De plethora plantarum - - 1754
De natura plantas muniente - - 1761
De virtutibus plantarum ex ipſarum charactere non addiſcendis I. - - - 1762
— II. - - 1762
— III. - - 1763
De paedantismo medico I. - - 1762
— — — — — II. - - 1762
— — — — — III. - - 1763
— — — — — IV. - - 1764
De ſaccharo veterum - - 1763
De plantarum ſub alieno coelo naſcentium cultura 1764
De ſignis mortis non ſolute explorandis I. - 1765
— — — — II. - 1766
— — — — III. - 1766
— — — — IV. - 1767
— — — — V. - 1767
De voluptatibus, ſtudiorum impedimentis - 1767
Non omnia in re medica bono fieri exemplo I. - 1768
— — — II. - 1771
De ſoſtris - - - 1768
De mortuis curandis - - 1770
De empiricis - - 1771
De piis medicorum deſideriis - - 1772
De arte naturam ſuperante - - 1772
De abortibus medicis - - 1772
De ſcrupuloſitate medica - - 1772
De ὀνοματοθεσίας medicae difficultate - 1773
De minutiis, non ſemper a medico poſthabendis I. 1773
— — — — II. 1774
De non ſemper mortifera funiculi vmbilicalis intermiſſa deligatione - - 1774
De medicina per hypotheſes corrupta - 1774
De erroribus medicorum ſecantium vincibilibus - 1775
De putredine a corporibus arcenda - 1775
Subitaneae ſuper variis argumentis medicis cogitatiunculae I. - - - 1775
— — II. - - 1778
De erroribus medicorum inuincibilibus - 1776
De iuribus medicorum - - 1776
De medicina polemica - - 1776
De cauſis contemtus medicinae - - 1777
De magiae vanitate I. - - 1777
— — — — II. - - 1777
De mirabilibus in re medica - - 1777

De fa-

De fama per doctrinam augenda - -	1778
De inconſtantia medica - -	1778
Series Decanorum Facult. medic. Lipſ. continuata	1778
De natura non fatiſcente - -	1779
De magnetiſmo et electricitate faſcini experte -	1779
De exiguo ex medicina lucro - -	1780
De medicae vitae commodis et incommodis -	1781
De medicina ſupra iurisprudentiam aeſtimanda -	1782
De licentia medica - -	1782
De longaeuitatis impedimentis I. -	1782
— — — — — — II. -	1783
Priſcae et recentioris Medicinae commendatio -	1783
De ſcientiae naturalis dulcedinibus - -	1783

Orationes typis exſcriptae.

De coelibatu, medicis fugiendo - -	1767
De feminarum in medicinam imperio -	1768
De veſte Doctorem non faciente -	1768
De ſplendida medicorum miſeria -	1770
De Thalia medicinae miniſtrante -	1771
De Galeno opes dante - -	1771
De praepoſtero medicinam rationalem addiſcendi conſilio - - -	1772
De arte, naturam ſuperante - -	1772
De medico omnium audaciſſimo - -	1773
Feminas homines eſſe - -	1774

Con-

XXXII.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1779 prodierunt.

I. B. MORGAGNI de ſedibus et cauſſis morborum per anatomen indigatis Lib. V. cura Tiſſot. III. Volumina. Yverduni, 4.

F. S. MORGENSTERNS *Unterricht für Hebammen zum Gebrauch ſeiner Vorleſungen. Magdeburg*, 8.

A radical and expeditious cure for a recent catarrhous cough a Chapter on the vis vitae ſtrictures on the treatment of compound fractures by JOHN MUDGE. Lond. 8.

Lettre a Mr. le Chevalier de Born, ſur la tourmaline du Tirol, par M. MÜLLER — traduction de l' allemand, augmentée de pluſieurs notes de l' éditeur *(M. de Launay)* A Bruxelles, 4.

O. F. MÜLLERI deſcriptiones et hiſtoria animalium rariorum ac minus notorum. Vol. I. Lipſ. 8. *(vid. comment. noſtr. Vol. XXIV.* p. 396.*)*

Ej. Zoologiae Danicae iconum Faſc. I. Lipſ. fol. *(vid. ibid.)*

Ej. Florae Danicae faſc. XIV. Ibid. fol.

I. A. MURRAY Apparatus medicaminum. Volumen II. Gott. 8. maj. *(vid. comm. noſtr. Vol. XXIII.* p. 260.)

Ej. *medicimſch-praktiſche Bibliothek, 3ten Bandes 2tes Stück. Ebend. 8.*

Ejusd. Diſſ. ſiſtens ſpinae bifidae ex mala oſſium conformatione initia. Gött. 4.

Ejusd. Diſſ. de hepatide maxime Indiae orientalis. ib. 4.

Ejusd. Obſervationes et animadverſiones ſuper variolarum inſitione, ib. 4.

Guiſtonian Lectures read at the College of Phyſicians by S. MUSGRAVE, Lond. 4.

A tre-

A treatiſe on the Hydrocele. By LAWRENCE NANNONI. Lond. 8.

Hiſtoire naturelle dn Tuſſilage et du pétaſite pour ſervir à la phytologie du Rhein et des duchés de Iulièrs et de Berg. Par M. NECKER, à Mannheim, 4.

A Catalogue of the Plants in the Garden of I. BLACKBURN: arranged according to the Linnean ſiſtem by AD. NEELE. Lond. 8.

Is. NEWTONI Opera quae exſtant omnia. Commentario illuſtrabat SAM. HORSLEY. Lond. 4.

E. G. NICOLAI *Pathologie VI. Theil* Halae, 8. (priores partes vid. comm. noſtr. dec. III. Suppl. p. 22. et Vol. XXII. p. 334. 452.)

Déſcription de l' Arabie, d' après les obſervations et les rècherches faites, dans le pays même. Par M. NIEBUHR. Nouvelle Edition en 2 Volum. A Paris, 4.

Deſcripcion natural, politica y economica de Eſpaña. Por Don FRANC. MARIANO NIPHO. In Madrit, 4.

Précis ſur la nature des maladies produites, par le vice des humeurs lymphatiques, leurs differentes eſpeces et le traitement qui leur convient. Par M. NOEL. A Paris, 8.

I. I. NOLTENS *Bemerkungen von Steinen, welche in den Harngängen zwiſchen den Häuten der Urinblaſe gefunden worden. Caſſel,* 8.

K. W. NOSENS *Abhandlung von Mennigbrennen, beſonders in Deutſchland. M. K. Nürnberg,* 8.

Dictionnaire hiſtorique et géographique de la Province de Brétagne; dedié à la Nation Brétonne par M. OGÉE. à Nantes et Paris, Tome II. 4. maj.

(Reliqua proxime.)

Con-

Contenta in hac parte.

I. Acta medicorum ſuecicorum, Tom. I. - - p. 387
II. CH. FR. REVSS primae lineae encyclopaediae medicae p. 391
III. ED. SANDIFORT anatome infantis cerebro deſtituti p. 395
IV. ADOLPH. MURRAY diſſ. in gangraenam ſcroti obſeruatio p. 396
V. IO. CHRIST. TRAVG. SCHLEGEL collectio opuſcull. ſelectorum ad medicinam forenſem. Vol. I. - p. 398
VI. First lines of the practice of Phyſic etc. by WILL. CULLEN - - p. 399
VII. Diſſertations on ſelect ſubject in chemiſtry by MARTIN WALL - - - p. 405
VIII. *Verſuche mit Queckſilber von* I. PRICE - p. 407
IX. *Abhandlung über die Bereitung des Brechweinſteins von* I. G. A. HÖPFNER - - p. 411
X. ROEDERER et WAGLER tractatus de morbo mucoſo, editus ab H. A. WRISBERG - - p. 414
XI. *Beobachtungen der epidemiſchen Krankheiten von* L. F. B. LENTIN - p. 417
XII. (*Vden*) *Magazin für die gerichtl. Arzneykunde und mediciniſche Polizey* - - p. 420
XIII. Gazette de Santé *von* IO. H. RAHN - - p. 423
XIV. *Auffätze aus der gerichtl. Arzneywiſſenſchaft von* I. T. PYL. *Erſte Sammlung* - - p. 426
XV. IO. DAN. METZGERS *Grundriſs der Phyſiologie* - p. 429
XVI. De limitandis laudibus moſchi, auctore B. L. TRALLES p. 434
XVII. PETR. I. VASTAPANI de china china in ſynochis p. 439
XVIII. WENC. TRNKA DE KRZOWIZ, hiſtoria febris hecticae - - - p. 442
XIX. ERN. ANT. NICOLAI *Sammlung von Beobachtungen* etc. - - p. 447
XX. Nouveaux Mémoires de l' Academie de Dijon. Premier ſemeſtre. - - - p. 452
XXI. PLATTNERI inſtitutiones chirurgiae rationalis, edidit CAR. CHR. KRAUSE - - p. 462
XXII. Vroedkundige Oeffenſchool door IACOBS - p. 469
XXIII. De cholelithis obſervationes D. HENR. FRID. DELIUS - - - p. 479
XXIV. THUNBERGII diſſ. nouas inſectorum ſpecies ſiſtens Pars I. II. - - - - p. 483
XXV. I. G. WALLERIVS tal, om nödig jämförelſe emellan de chemiſka Vnderſökningar och Naturens werkningar - - - p. 495
XXVI. G. MERVLLA rifleſſioni ſulla natura, cagione e cura dei cancri - - - p. 498
XXVII. *Mediciniſch-praktiſche Beobachtungen, erſte Samml. von* Dr. HEINR. FEL. PAULIZKI - p. 508
XXVIII. Practical obſervations on venereal complaints by I. SCHWEDIAVER - - - p. 515
XXIX. DE MEZA Compendium medicum practicum Vol. I. II. III. - - - p. 526
XXX. E. G. BALDINGERI ſelecta doctorum virorum opuſcula, in quibus HIPPOCRATES explicatur - p. 532
XXXI. Noua phyſico-medica - - - p. 541
XXXII. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1779 prodierunt - - p. 558

COMMENTARII
DE REBVS
IN
SCIENTIA NATVRALI
ET
MEDICINA
GESTIS.



VOLVMINIS XXVI. PARS IV.

LIPSIAE, MDCCLXXXV.
APVD IOH. FRIDERICVM GLEDITSCH.
Venduntur etiam
Londini apud Pr. Elmsly, Edinburgi apud Io. Balſour, Lugd. Bat. apud Fratres Luchtmann, Pariſiis apud Barroi ſenior. Venetiis apud Io. Bapt. Paſquali, Milano apud Ioſ. Galeazzi, Auguſtae Taurinor. apud Laurent. Giraud, Holmiae apud Magnum Swederum.

I.

Philoſophical Transactions of the Royal Society of London. Vol. LXX. P. I. II. for the Year 1780. London 1780. 680 pagg. 4. ſold by Lockyer Davis et Pet. Elmsly, printed by I. Nicholls.

h. e.

Acta Societatis regiae Londinenſis. Vol. LXX.

Quae ad artem medicam et ſcientiam naturalem in hoc Volumine ſpectant, obſeruationes, eas pro conſuetudine noſtra breuiter hoc loco indicabimus. P. I.

2. TIBERII CAVALLO *Relatio de quibusdam experimentis electricis nuper excogitatis, duobusque inſtrumentis nouis electricitatis cognitionem adiuuantibus.* Recenſetur primo loco experimentum illud, quod Cl. LICHTENBERG in Commentatione I. *de noua methodo naturam ac motum fluidi electrici inueſtigandi,* a. 1776. primus diuulgauit. Quod, etſi harum rerum amatoribus iam dudum notum eſſe ſuſpicamur, hoc loco tamen paucis deſcribere, haud erit ſuperuacaneum. In Electrophoro bene perfricto, metalli lamina collocatur, et in hanc deinceps ex Leidenſi phiala ſcintilla electrica demittitur. Metallo poſtmodum manubrii vitrei aliusue idioelectrici ope ablato, diſcus Electrophori reſinoſus puluere reſinae conſpergitur. Iam, ſi diſcus ille negatiua, quam dicunt, electricitate praeditus, ſcintilla autem in ipſum demiſſa poſitiua fuerit, puluis reſinoſus in eam partem electrophori ſeſe recipiet, quam antea metallum tetigit; ibique in radiatas ſtellularum figuras efformabitur, reliqua pars diſci nuda manebit. Quod ſi vero diſci electricitas poſitiua fuerit, et p. 15.

Nn 2 ſcintilla

ſcintilla negatiua, tunc in contrarias ſedes ſtellulae puluerulentae migrabunt, nihilque in ea parte electrophori, quam metallum tetigit, effloreſcet. Electrometri adminiculo Cl. CAVALLO cauſſam huius phaenomeni in eo poſitam eſſe inuenit, quod pulvis reſinoſus, dum diſco electrophori inſpergitur, electricitatem negatiuam adipiſcatur, ideoque non poſſit non in eas partes abripi, quae poſitiua electricitate ſunt praeditae. Addit hoc experimento ſimul inuentam eſſe viam ac rationem puluerum quorumcunque electricitatem explorandi; quae quidem res ita poteſt inſtitui, vt ex cochleari puluis in diſcum metallicum corpori cuidam ex eorum genere, quae electrum non deriuant, impoſitum et electrometro munitum, ſenſim et ex ſex circiter pollicum altitudine deiiciatur. Qui vero puluere eam habent naturam, vt electricitatem ex aliis corporibus abducere poſſint, v. c. arenae, metallorum ramenta etc. illi ex cochleari vitreo vel alio per ſe electrico in
p. 21. diſcum metallicum demitti debent. — Sequitur novi cuiusdam electrometri a Cl. CAVALLO excogitati et alius inſtrumenti, quo vaporum ſub combuſtione variorum corporum ſurgentium electricitas explorari poteſt, deſcriptio; quam, cum ſine figurarum inſpectione vix intelligi poſſit, hoc loco repetere nolumus.

p. 30. 3. GEORG. FORDYCE *mineras cupri explorandi noua methodus.* Minerae bene tritae granis 100 aquae regiae, ex aequalibus acidi nitroſi et ſalini partibus paratae, vncia vna affunditur. Vas vitreum, quo iſta continentur, in balneo arenae collocatur; igne ita moderato, vt per quadrantem horae liquor efferueſcens ebulliat. Solutioni poſt refrigerium aquae vnciae duae adduntur, et qui ſupernatat liquor purus et limpidus in aliud vas transfuſus ſeorſim ſeruatur. Quod reſtat pulueris non ſoluti

iterum

iterum cum acido maceratur et coquitur; atque hac ratione in ſoluenda minera pergitur, donec acidum recens affuſum nihil caerulei vel viridis caloris extrahat. Solutiones omnes repetitis vicibus paratae inter ſe miſcentur, et ad liquorem ſal tartari purus aqua ſolutus ſenſim additur, donec illud omne, quod acida diſſoluerant, praecipitatum fuerit. Affuſo deinceps acido vitriolico, materia, quae fundum vaſis petierat, iterum diſſoluitur, vel ſaltim exiguus puluis albus non ſolutus reſtat, qui filtro ſeparari debet. In ſolutionem ferri lamina polita demergitur, cui intra 24 horas cuprum adhaeret, alia metalli parte in fundo vaſis collecta. Cuprum a ferro iterata tenuis acidi vitriolici affuſione ſeparatur et aqua abluitur, puluis autem deiectus ablutione et decantatione colligitur. Tandem metallum omne probe exſiccatum ad ſtateram exigitur.

4. GVIL. HAMILTON *de Veſuuii montis incendio* p. 42. *d.* 5. *Aug. a.* 1779. Auctor haud procul a Veſuuii cratere columnas baſalticas ex ipſis montis faucibus proiectas reperit, ideoque exiſtimat, Lauas interdum in ipſis Vulcanorum focis, antequam aër ad eas accedere poſſit, in cryſtallos efformari. In illo, quod hoc loco deſcribitur, Veſuuii incendio, nubes ab initio prorumpebat niue candidior, montis altitudinem quadruplo fere exſuperans, et in medio huius vortice immenſa ſcoriarum lapidum cinerumque et lauae copia ad 2000 pedum altitudinem eructabatur. Vicina oppida intolerabili aeſtu, denſaque fauillae illabentis caligine premebantur, agrosque omnes vitrei quid, longa filamenta referens, operiebat. Aues ſulphureus vapor ſuffocabat, arbores autem ſalino quodam niueoque tomento incruſtabantur. Poſtridie ſub noctem ex duabus voraginibus ignita ſcoria protrudi videbatur, cuius diuiſa flumina in valles ſubiectas exundabant. Plu-

via ex nubibus prope montem delapſa tantum fervorem contraxerat, vt cutim amburereт. Maximi autem flammarum turbines d. 8. Auguſti ſub mediam noctem apparebant, tanta mole, vt ad 10000 pedum altitudinem ignis, columnae inſtar, exſurgeret. Aterrimus ſimul prodibat fumus, in cuius medio electrici ignis pallidiora fulgura ita diſcurrebant, vt ad ignitum focum ſemper reuerterentur. Tanta vero claritate lucebat illa montis flamma, vt Surrenti, quod oppidum 12000. paſſ. a Veſuuio diſtat, literae ad eius lucem legi potuerint. — Caeterum hoc montis incendium, et agri vicini et montis ipſius faciem prorſus immutaſſe viſum eſt, cum et vallem, quae Veſuuium montemque Summum (Somma) interiacet, ad 250 pedum altitudinem favilla fuſisque lapidibus repleuerit, et Veſuuii verticem haud mediocri mole auxerit, crateris vero oras plus vno loco perruperit et quaſi laceras reddiderit. — Recentia lauae fruſta haud raro vetuſtis erant praegnantia, quae ſcilicet ſcoria circumfuſa obduxerat. In ſcoriarum foraminibus vitri puri pumicisque particulae haerebant, ipſaeque ſcoriae microſcopio luſtratae, nil niſi vitri in fila ducti confuſas maſſas oculis contemplantium offerebant.

p. 109. 7. *Experimenta quaedam nouum acidum animale ſpectantia auct.* L. CRELLIO, *Prof. Helmſtad.* Acidum pinguedinis animalis, quod SEGNERVS quondam detexerat, et ſingulari Diſſertatione Gottingae a. 1754. typis expreſſa illuſtrauerat, Cl. CRELLIVS repetitis laboribus accuratius inueſtigauit multisque nouis additionibus Segneri inuentum auxit. Ex libris duabus lardi bubuli deſtillationibus iteratis oleique igne extorti cum aqua ablutionibus obtinuit, olei puri ℥xiv, acidi ℥vij, ℈ij, carbonis ℥x, ʒvj, ℈ij. Oleum cum ſalibus lixiuis in ſaponem concreuit, ab acido vitriolico affuſo in coagulum piceum

mox

mox iterum reſoluendum conuertebatur. Spiritus nitri fumans cum albo oleo neque incaleſcebat, neque combinabatur, ſed colore in pallidiorem ſtramineum mutato ſub ipſo oleo in fundo vaſis deſidebat. Idem vero fuſcum pinguedinis oleum, multis fumis editis, coagulabat, deiectis ſimul quibusdam particulis, quae carbonaceae videbantur. Iſtae aqua ſeorſim affuſa ſolutionem flauicantem et amaram praebebant, qua euaporata ſalinum quid relinquebatur flauo ſuo colore ſpiritum vini tingens. Spiritus ſalis fumans parum de vtroque oleo coagulabat, reliquam eiusdem partem prorſus non mutabat. Pars coacta aëri ſeorſim expoſita colorem induebat purpureum. Acidum aceti fortiſſimum ex aerugine paratum, nihil in albo pinguedinis oleo mutabat; niſi quod albus huius color in dilute fuſcum, praſinus acidi in obſcurius fuſcum degeneraret. Carbo poſt olei deſtillationem relictus non niſi maxima cum difficultate in cineres comburi ſe patiebatur. In cineribus iſtis acidum phosphoreum, terra calcarea, aluminaris et ſilicea, ferri nihil, inerat. Acidum, quod ex ſebo deſtillatio extorſerat, iterata deſtillatione concentrari haud poterat. Cum ſale lixiuo plantarum ſal efficiebat, cui *tartari animalis* nomen facit Cl. CRELLIVS, terrae foliatae ſatis ſimile, fixum, ignem haud concipiens, ſpiritu vini hactenus non ſolubile, vt tamen colore ſubflauo illum inficeret. Natrum cum acido pinguedinis depurato, in cryſtallos quadratas, pyramide triangulari turritas, ſub dio paullatim fatiſcentes concreſcebat. Cum ſale lixiuo volatili idem acidum ſalem praebebat medium, eodem, quo ſal ammoniacus, ignis calore ſeſe attollentem, tomentique formam in cucurbitae collo affectantem. Calcem cum ſtrepitu ſoluebat, ſalſasque cum illa cryſtallos, hexagonas, truncatas, aqua facile, ſpiritu

vini non ſolubiles, ad aërem denique conſtantes efformabat. Cum terra magneſia in maſſam informem gummoſam coibat, cum aluminoſa etiam cryſtallos effingere recuſabat. Terra ſilicea illi non nubebat. Ex tartaro animali, affuſo vitrioli oleo, fortius proliciebatur acidum, cum ſpiritu vini generoſo *naphtham pinguedinis animalis* aromatico odore praeditam efficiens. Poteſt etiam illud acidum concentratum obtineri, ſi ſapo (cui tamen ſalis communis nihil ineſſe debet) ſolutus, alumine deſtruitur colatumque fluidum poſt euaporationem cum alumine forti igne in vaſis clauſis torquetur. Quod hac via paratur pinguedinis acidum, aurum ſoluere Auctori viſum eſt.

p. 128. 8. JOH. HVNTER *Commentatio de muliere, quae, cum vtero gerens variolis laboraſſet, morbo iſto foetum infeciſſe viſa eſt.* Puer in lucem editus corpus variolis earumque cicatricibus et eſcharis obſitum habebat; morbo matris quindecimum circiter diem agente. Variorum auctorum teſtimoniis demonſtratur, fiere poſſe, vt variolae ſiue ex matre ad foetum migrent, ſiue hunc ſolum, matre nihil inde paſſa, afficiant.

p. 163. 11. FEL. FONTANAE *Diſſertatio de Veneno quodam Americano,* Ticunas *dicto.* Non tanta eſt, vt vulgo creditum eſt, huius veneni efficacia, quae vel halitu ſolo poſſit occidere, neque accenſi vapores, vtut odore tetro infecti, animalia necant. Aqua acidisque mineralibus et vegetabilibus ſolui poteſt, vitriolico tamen paullo tardius. Neque cum alcalinis neque cum acidis ſalibus efferueſcit, neque lac ſuccosue plantarum rubros alio quam fuſco ſuo colore tingit. Microſcopio luſtratum nihil ſalini offert. Cuniculos, indicosque porcellos grana huius veneni 8 — 10. per os ingeſta trucidant; parcior doſis ſufficit poſt diutius protractum animalis

ieiunium.

ieiunium. Aqua ſolutum, cutisque, aut muſculorum vulneribus illitum, vel in ſanguinis vaſa ſiphone adactum mortem praecipitanter infert: neruis autem gallorumue gallinaceorum criſtis impune adſpergitur. Ranas teſtudinesque paullo lentius iugulat. Sanguis ab admiſto *Ticunas* non congelatur quidem, at colore atro inficitur. In viuis animalibus neruos reſoluit, ſenſum motumque extinguit et languorem ſummum inducit. Muſculorum vim irritabilem delet, cordis vero et inteſtinorum motui parcit. Animalium hoc veneno occiſorum muſculi ſolito pallidiores ſunt, vaſa nigro, ſed fluido cruore diſtenta, pulmones atris maculis ſuffuſi, veluti corroſi eſſent. Mors, quam minatur hoc venenum, matura partium vulneratarum amputatione praevertitur, non vero exuſtione lapide cauſtico facta. Acidis mineralibus temperatum vires letales deponere videtur. Similis eſſe videtur efficacia ſagittarum, quas veneno Americani inficiunt. Oleum tabaci vulneribus illitum, artuum motum delet, mortem tamen haud infert; columbis ſimul vomitum mouet. — Aqua ſpirituoſa deſtillatione ſicca ex foliis Lauri Ceraſi parata, praeſentiſſimum eſt venenum omni generi animalium calidorum pariter ac frigidorum, in quibus Cl. FONTANA experimenta cepit. Per os ingeſtum, vel clyſteris inſtar in anum iniectum, celerius necat, quam vulneribus admotum. Efficacia huius veneni non in volatili parte reſidet; necat enim, licet per longum tempus aëri libero expoſitum et odore omni exutum fuerit. Nerui impune hac aqua humectantur, nec in vaſa ſanguinis iniecta occidit. Cordis motum imminuit, non vero repente tollit. In vniuerſum autem vi irritabili deleta iugulare videtur *).

*) Ab his, quae hoc loco deſcripſimus, haud parum differunt

p. 239. 13. GVIL. BLIZARD *noua fiſtulam lacrymalem ſanandi methodus.* Per anguſtiſſimum tubulum chalybeum vitreo tubo agglutinatum et alterutri punctorum lacrymalium inſertum argentum viuum in vias lacrymarum demittitur, cuius pondus obſtructiones breui tempore reſerat.

P. II. 19. RICH. BROWNE CHESTON *Relatio de ſin-*
p. 323. *gulari ductus thoracici in oſſeam naturam transmutatione.* Iuuenis 22. annorum dum viuebat, de coxarum genuumque doloribus conquerebatur, quos rheumaticos eſſe creditum eſt. Accedebat poſtmodum femoris dextri tumor ingens, et, qualis in fractis eſſe ſolet, relaxatio, vrinae difficultas. pubis in ſiniſtro abdominis latere tumor, ingensque totum ventrem occupans dolor. Vehementer per interualla febricitabat, viribusque exhauſtus non niſi ab opiatis vitae miſerae ſolamen experiebatur. Tandem, quinto morbi menſe, doloribus ſponte ſedatis, mortem oppetebat. In cadauere venae abdominis cutaneae multum prominebant. Inteſtina fere ſana, colon totum et veſica multo lotio diſtenta in ſiniſtram regionem iliacam ſeſe receperant, cum latus dextrum et vltra dimidiam peluis partem informe concrementum occuparet, cartilagine ſcirrhoſa oſſeisque et calculoſis partibus conſtans. Ex hac maſſa cartilagineum quid (ad aërem liberum oſſeſcens) iuxta ſpinam dorſi vsque ad renum ſedem porrigebatur. Pulmones obſtructi multisque locis cartilaginea farti erant materie, qualem in abdominis

differunt alia eaque recentiora eiusdem auctoris experimenta, quorum rationem expoſuit in praeclaro ſuo opere, cui titulus eſt: *Traité ſur le venin de la vipere, ſur les poiſons americains, ſur le Laurier-Ceriſe* etc. à Florence 1781. II. Voll. 4. Hoc vero alio tempore prolixius indicabimus.

nis cauo modo diximus. Cor flaccidum erat, vacuum, ſolitoque anguſtius, caeteroquin ſanum. Valuulae cordis ipſaque arteria aorta ab omni labe immunes erant, quamuis haec, quam poſteriori loco diximus, arteria, inde a diuiſione in iliacas, vsque ad coeliacae exitum cartilaginea illa maſſa circumſepta eſſet. Pone aortam ductus thoracicus erat, inde a receptaculo chyli vsque ad ſubclauiae venae viciniam oſſea materie plenus. Vena ſine pari nihil morboſi oſtendebat, caua autem, inde a renalium origine vsque ad ſacri oſſis protuberantiam, dura et cartilaginea materie plena erat. Lien, iecur et pancreas vt in ſano homine comparata erant, veſica fellea parua et vacua. Renes tumidi erant liuidique et inflammationi proximi. Dextri lateris vreter multo lotio diſtentus erat, ſiniſter vero naturali haud maior. Veſicae membranae craſſae, ſed ſine vlla alia labe erant. Caeterum veſica non ad latus, ſed ſuperiora verſus longitudine increuerat. Tumor ille, qui dextra ilia occupabat, longe lateque radices in abdomine egerat, partemque inſignem oſſis coxae carie affeciſſe videbatur. — Liceat nobis hoc loco, vt narrationem contrahamus, ea addere, quae Cl. CHESTON peculiari diſſertatione in his ipſis Actis Anglicanis No. 33. de iſto coxae vitio ſeorſim ex- p. 578. poſuit. Scilicet poſt macerationem oſſis per 5 menſes protractam apparuit, non ex tumore interno abdominis, cariem in coxa ortam, neque omnino hanc barioſam eſſe, ſed inſigni tantum oſſeae materiei eo depoſitae congerie onuſtam. Videbatur autem cruſta illa oſſea inde a ſymphyſi pubis (hic enim terminus quaſi erat, morbi in dextro et integritatis in ſiniſtro coxarum oſſe) ad os pubis et iſchium, et ad acetabulum ita migraſſe, vt horum facies externa pariter ac interna exeſa inde eſſet; ileum autem ſub hac cruſta illaeſum prorſus latebat.

bat. Haec de coxae morbo. Ductus thoracicus tota ſua longitudine oſſea materie repletus erat, ea ſola parte excepta, quae proxima eſt chyli receptaculo. Hac enim ſede, et in ipſa ciſterna lumbari, oſſea materies aliquod ſpatium non prorſus plenum reliquerat. Membranae ductus thoracici parum mutatae erant. Glanduloſum quid lateri ductus thoracici in ſuprema parte adhaerebat, quod pariter oſſeum nucleum continebat.

p. 334. 20. ED. NAIRNE *de Electricitatis vi in minuenda filorum metallicorum longitudine.* Singulis ictibus electricis, maximo phialarum Leydenſium apparatu excitatis, $\frac{3}{4}$ lineae geometricae partibus filum ferreum decurtabatur, aeneum autem $\frac{1}{20}$ parte pollicis.

p. 345. 22. TH. PERCIVAL *Relatio de noua quadam cineres clauellatos praeparandi methodo.* Societas oeconomica, quae Mancheſtriae floret, nouam quandam agros ſtercorandi rationem dudum propoſuerat, quae in eo verſatur, vt aqua ex fimetis collecta multisque ſalibus et putrilagine foeta in lacus, ad hunc vſum ſtructos, deducatur, et ex his deinceps in prata deriuetur. Ex hac aqua euaporatione reſiduique exuſtione cineres clauellatos parari poſſe BIRCHIUM quendam experientia docuit; cuius ars hoc loco exponitur. Caeterum ſal iſte lixiuus hac ratione excoctus multum phlogiſton continet.

p. 354. 23. IOH. INGENHOUSZ *de aëris in alto mari, in locis maritimis et remotis a mari locis ſalubritate varia.* Numeroſis experimentis efficitur, aërem marinum et mari vicinum terreſtri in vniuerſum puriorem eſſe et ſalubriorem: hibernum etiam, dummodo non intempeſtiue nimis tepeat, aeſtiuum aërem ſalubritate ſuperare.

p. 527. 30. IOH. HUNTER *de rara quadam Phaſiani varietate.* Obſeruatum eſt, in multis animalium generibus ſexum vtrumque non tantum partium

genitalium

genitalium conformatione, verum etiam aliis facileque obuiis notis diſtingui; marem autem a femina vsque ad pubertatis tempora nihil omnino aut parum differre. Quapropter, cum diſcrimen illud a ſola maſculi corporis mutatione proficiſcatur, femina autem vel etiam mas, cui teſtes reſecti fuerunt, eandem propemodum formam per omne tempus vitae ſeruet, certiores quorumuis animalium characteres a femineo ſexu depromi exiſtimat Cl. HUNTERUS; longe certiſſimos vero ab hermaphroditis, ſi qui tales in aliquo animalium genere naſcantur. Accidit interdum in Phaſianis feminis, vt prouectiores aetate poſt numeroſos ouorum partus plumis, quales in mare ſolent eſſe, reliquis partibus non mutatis veſtiantur, ouaque tunc gignere deſinant. Idem in Pauone femina contingere ſemel vidit Cl. HUNTERUS, hisque obſeruationibus ductus, arbitratur, femineum ſexum interdum, ſed longe tardius easdem ſubire formae mutationes, quae in maribus ſub pubertatis annos eueniunt.

31. DAN. PET. LAYARD *de lue bouina animadverſiones.* Demonſtratur, hanc luem variolis eſſe ſimilem, ſimulque eiusdem inſitio arte facta laudatur. p. 536.

Elenchus obſeruationum mathematicarum, meteorologicarum etc. quae in hoc volumine continentur.

I. CH. HUTTON *de menſura attractionis in varia montium altitudine.* p. 1.
5. FR. MASERES *Supplementa ad Commentationem de regula Cardani etc. in Actis Londin.* 1778. *editam.* p. 86.
6. GUIL. BARNARD *noua et ſecura naues caſſas in littus protrahendi methodus.* p. 100.
9. C. P. THUNBERG *Relatio breuis de itinere ſuo Iaponico.* p. 143.
10. GUIL. COCKIN *de phaenomeno quodam ſingulari in nebula obſeruato.* p. 157.
12. FR. MASERES *Coniecturae quaedam de prima regulae Cardani etc. inventione.* p. 221.

p. 246. *ventione.* 14. GUIL. ROXBURGH *Continuatio diarii meteorologici in Caſtro Sti Georgii litoris Coroman-*
p. 272. *deliani, deſcripti.* 15. BARR *Diarium meteorologi-*
p. 279. *cum Montisrealenſe.* 16. *Diarium Meteorologicum*
p. 308. *Societatis regiae.* 17. IOH. HELLINS *de Logarith-*
p. 318. *morum computatione.* 18. CAZAUD *Iudicium de noua quadam molendina arundinis ſacchariferae comminu-*
p. 336. *tioni deſtinata.* 21. GUIL. HERSCHEL *Obſeruationes Aſtronomicae de Stella in Collo Ceti ſtatis perio-*
p. 378. *dis apparente.* 24. LUDLAM *Expoſitio mathematica machinae, qua oua tornatilia fiunt, nec non inſtrumenti,*
p. 387. *quo figurae ouales delineantur.* 25. CAR. HUTTON *de cubicis aequationibus, numerorumque ſeriebus infini-*
p. 451. *tis.* 26. P. WILSON *de frigore enormi Glasguae*
p. 474. *nuper obſeruato.* 27. TH. BARKER *de aëris viciſſitudinibus Lyndoni Rutlandiae a.* 1779. *quotidie ob-*
p. 478. *ſeruatis.* 28. I. P. SCHOTTE *Diarium meteorologicum Senegambianum tempore morbi peſtilentis*
p. 507. *ibi ſaeuientis conſcriptum.* 29. HERSCHEL *Obſerua-*
p. 546. *tiones aſtronomicae de montibus lunaribus.* 32. S.
p. 585. VINCE *Principia motus progreſſiui et rotatorii.* 34. TIB. CAVALLO *Obſeruationes et Experimenta thermometrica.*

II.

GEO. AUG. LANGGUTHII, quondam Ph. et Med. D. Pathol. et Chirurg. in Acad. Viteberg. P. P. O. etc. Opuſcula hiſtoriam naturalem ſpectantia, cui acceſſerunt viri vita, orationes academicae et varia poemata, cura filii CHR. AUG. LANGGUTH Ph. et Med. D. P. P. E. Adiectae ſunt Icones IV. (plagulae paginaeque ſingularum diſſertationum ſeorſim numeratae ſunt.) 1784. 4. Wittebergae in bibliopol. erud. Typis Chariſii.

Laudanda

Laudanda eſt omnino Cl. LANGGUTHII pietas, qua motus cari quondam patris opuſcula colligere in animum induxit, eique ex his ipſis publicum exſtruxit monumentum, doctis hominibus gratum futurum, ipſique defuncto viro celeberrimo, ſi quid aliud, perquam honorificum.

Agmen ducit Diſſertatio *de torpedine veterum genere Raia* a. 1777. primum edita. Explicatur Claudiani locus (Eidyll. 3.) de Torpedine, et, ex quo hauſit ille ſuam, Oppiani deſcriptio (Halieut. L. V.) ſimulque recenſentur ea, quae Hippocrates, Plato, Ariſtoteles, Theophraſtus, Nicander, Athenaeus, Plinius, Dioſcorides, Plutarchus, Aelianus, Galenus, alii, de hoc amphibio memoriae prodiderunt. Excipit iſta Kaempferi accuratior deſcriptio; adduntur que Redi, Lorenzini, Kolbii, Anſoni, Perraultii, caet. teſtimonia, Kaempferianis partim congrua, partim contraria. Anatome Raiae Torpedinis ex REDIO, LORENZINO et REAVMVRIO repetita, de quo poſtremo loco nominato dubitat Cl. Auctor, an recte ex ſolo muſculorum falcatorum robore vim Torpedinis explicauerit.

II. Sequitur Diſſ. *de Torpedine recentiorum genere Anguilla* a. 1778. edita. Deſcribitur Gymnotus electricus eiusque virtus, ex auctoritate RICHERII, SEBAE, ARTEDI, GAUBII, GRONOVII, WILLIAMSONI, GARDENII, WALSHII, HUNTERI, SCHILLINGII. Singularis eſt Cl. Auctoris obſeruatio, ferrum et magnetem, quo Gymnotos ſopiri SCHILLINGIUS vidit, ſimili quadam virtute Anguillas vulgares etiam poſt validiſſimos illorum motus compeſcere. Subiecta ſunt experimenta WALSHII et CAVENDISHII, quibus Raiam Torpedinem non minus ac Gymnotum electrica virtute tangentes ferire conſtitit.

III. IV.

III. IV. *Oratio* IO. PRINGLII *de Torpedine;* latine verſa. Nolumus, quae hac oratione continentur, hoc loco repetere, cum ex Actis Anglicis repetita ſint.

V. *De Torpedinibus quibusdam nothis.* Deſcribuntur hoc Programmate; Rhinobatus alter KLEINII, Enchelyopus alter *Eiusdem* (*Vbirre* apud DE LAET), piſcis Bramae ſimilis a IOBSONO deſcriptus, alius denique Gobioni ſimilis, cuius mentionem fecit MOORIUS, quemque ad Enchelyopos numero quinto KLEINIUS retulit.

VI. *Supplementa in materiam de Torpedine.* Loca quaedam recentiorum obſeruatorum producuntur, quae argumentum illud quodammodo illuſtrant.

VII. *De ortu piſcium absque nuptiis pulcre fabulari Commentatio prior* a. 1777. primum edita.

VIII. *Commentatio poſterior.* Veterum philoſophorum de aequiuoca generatione dogmata recenſentur atque refelluntur, ea inprimis, quae Ariſtoteles et Oppianus de Apua piſce habent.

IX. *De nuptiis piſcium innumera prole beatis* a. 1780. Incredibilis piſcium variorum foecunditas diuerſorum auctorum teſtimoniis comprobatur.

X. *De muraena Anguilla.* Figurae nonnullae anatomen anguillae illuſtrantes, cum breui explicatione, praeter quam nihil in Mſcr. b. Viri inueniri potuit.

XI—XIV. *Orationes quatuor*, quibus b. LANGGUTHIUS munere rectoris Academici totidem vicibus geſto ſe abdicauit. Has, docte licet et cum eloquentia ſcriptas, cum ad res noſtras non faciant, prolixius recenſere omittimus.

XV. *Varia Poëmata.*

III.

III.

Einleitung zur allgemeinen Pathologie der anſteckenden Krankheiten, *von D.* IOHANN AUGUST UNZER. *Leipzig, bey Ioh. Frid. Iunius* 1782. 8. 592 *Seiten.*

i. e.

Introductio ad generalem pathologiam morborum contagioſorum, auctore D. IOANNE AUGUSTO UNZER.

Magna profecto et ardua res eſt inueſtigatio naturae morbi contagioſi. Multa enim hinc inde dicta et ſcripta ſunt, quae deliri ſenis ſomnio, quam veritati, ſimiliora putes. Auſus ergo Noſter eſt, meliorem huius claſſis pathologiam exhibere, quae et ratione et vſu confirmetur, neque huc illuc labaſcat. Orſus ergo ab ſumtionibus ad corollaria tranſiit, et rem ſuam ita peregit, vt ſubtiliter omnia explicaſſe videretur. Sed difficile eſt, Cl. VNZERUM per theoremata et concluſiunculas contortulas ſequi, ideoque tentemus, num potiora memorari poſſint.

Introductio. Docet Noſter, morbi principium vel in materie corporis, vel in viribus et functionibus quaerendum eſſe, ideoque nec putandas omnes omnino cauſſas materiales; ſed iungi tamen inter ſe poſſe, materiam vero ſic affectam non nominari debere cauſſam materialem, ſed partem morbi. Diſtinguendus ergo morbus ab morbo definito eſt, et materialis cauſſa morbi indefiniti ſemper extrinſecus inferri ſolet; illa vero, quae morbum definitum facit, intrinſecus, i. e. in ipſo corpore, gignitur, nec ipſius pars putanda eſt. Poteſt ergo haec materia morbi cum cauſſa materiali et iungi, et disiungi. Haec ergo baſis ſyſtematis morborum contagioſorum eſt. Sequuntur p. 1.

p. 7. *Notiones primariae.* Morbus contagioſus eſt, qui, ſi in aliud corpus aptum migrat, eundem morbum procreat, *materia* vero, vnde talis oritur, *propria* eius dicitur. Haec ergo caſu copulatur cum parte morbi formali, ſed ſemper diſcerni debet cauſſa materialis et propria, niſi confuſionem quandam inde ſequi velis. Neque morbi contagioſi in quauis periodo tales ſunt, etſi ob hanc vim inſitam ita nominantur, neque materia, vnde contagium fit, in aliis morbum ſtricte talem efficit. Hinc infectio ſupponit tranſitum contagii ex corpore aegro in ſanum, receptiuitatem quandam, vt philoſophi dicunt, et ortum ſimilis morbi ex ſimili materie. Cauſſa proxima, i. e. materialis, ſola hoc efficit, et iſta vis eſt proprietas eius morbifica. Vnde colligitur, illam materialem cauſſam debere dici *miaſma*. Haec ergo haud raro duplex eſt, materialis cauſſa, et ſpecificum miaſma, et dantur morbi contagioſi ſine tali cauſſa materiali. Eſt ergo *miaſma*, quod morbum contagioſum per infectionem cum alio corpore communicat, ſed *alienum*, ſi ſine infectione inuadit. Id quod vlteriori commentario explicatur.

p. 27. *Origo varia contagioſorum morborum.* Ex ſuperioribus patet duplex eorum origo, neque ſemper illa ab infectione repetenda. *Primarii* ergo naſcuntur vel ab materie extrinſecus allata, vel ſine tali, ab quadam cauſſa interna. Dantur ergo vere talia miaſmata aliena ſ. materiae contagioſae, et fiunt omnes morbi contagioſi triplici modo, 1. Vera infectione, i. e. miaſmate. 2. Infectione extrinſecus allata, i. e. miaſmate alieno. 3. Sine miaſmate alieno, i. e. per ſe. Videntur ergo morbi ab vera infectione eſſe quidem ſucci animales eiusdem generis, ſed ex diuerſis corporibus animantium deſumti, nec in corpore vnius eiusdemque aegri geniti; alteri ſunt ſucci eiusdem aegri, ſed diuerſi generis; tertii demum

mum nihil vtriusque habent, ſed miaſma aliquod, quod extra aegri corpus ortum eſt, nec tamen in ſimili morbo alterius. Poſſunt ergo morbi contagioſi fieri in iis corporibus, qui aequalem receptivitatem habent, debet miaſma eſſe propria materia ſimilis morbi, quocum inficiendus confligatur, infectio per hanc ſolam fieri et in alium tranſire, tandemque ſimilem morbum ingenerare. Quaeuis ergo infectio vel proprie, vel improprie talis eſt, et ſemper bene diſtinguenda.

Diuerſa effecta materiae contagioſae. Diuerſa haec eſt ab miaſmate, ſed vtraque gignendo morbo contagioſo apta. Miaſma ſemper in corpore aegri et ex eius ſuccis paratur admiſtione materiae et ſuccorum aſſimilatione. (Hinc vlterius explicantur ab Noſtro diuerſitates ſenſibiles). p. 43.

Duae claſſes primariae morborum contagioſorum. Hic docet Noſter, ſine praeſentia miaſmatis nullum morbum contagioſum perfectum eſſe dicendum, et quosdam eius praeternaturales effectus in quaedam organa vel vires continere praeſidia, quibus miaſma naſcitur. Sunt vero hi vel ſpecifici, vel accidentales. Priores fiunt immediate in iſta organa, vel ſerius et quadam actione ſubſidiaria morbi formalis ante generati. Hinc ſequuntur duo cuiusque aegritudinis contagioſae termini, quorum alter incipit ab prima virtutis ſpecificae morbificae actione, et cum ortu miaſmatis deſinit, alter ab hoc demum naſcitur, et ad finem morbi vſque perſiſtit. Sed dubium eſt, vtrum dentur morbi, quorum miaſma fit ſerius et ſola actione ſubſidiaria morbi formalis. (Hoc quidem contra hypotheſin Cl. *Hoffmanni*). Hinc concludit Noſter, vtrumque confirmari poſſe, et ſtudet haec vlterius approbare. p. 64.

Morbi contagioſi, in quibus materia morbifica miaſma immediate procreat. Vt plantae dantur, qui- p. 79.

bus lac animalium amareſcit, ita ſub auctore Noſtro materiae, morbis contagioſis gignendis aptae. Idque cum generatim, tum ſpeciatim percenſet, et ad finem haec veluti cumuli loco repetit.

p. 100. *Morbi contagioſi, in quibus materia morbifica morbi formalis miniſterio miaſma procreat.* Contendit Noſter, vere reperiri tales morbos, et iterum praemittendam putat explicationem *morbi formalis, ſenſorii, morborum ſenſorii et neruorum;* febres ponit ſub morbis ſenſorii, adfert febres neruoſas, materias morbificas neruoſas et febriles, et exiſtentiam talium morborum contagioſorum ſenſorii, item proprietatem materiae morbificam eandem permanere defendit, ſiue immediate, ſiue miniſterio morbi formalis miaſma generet.

p. 111. *Exiſtentia et certitudo morborum contagioſorum, quorum miaſma demum poſt formalem eruptionem gignitur.* Confirmatur haec ſumtio exemplis hydrophobiae, febris putridae, et variolarum, et poſt haec multis oſtenditur, materiam morbificam poſſe ſolam efficere morbum formalem ante, quam miaſma veniat, hocque ope ac actione illius excitati morbi formalis.

p. 135. *Confirmatio, defenſio et diſtributio huius contagioſorum morborum claſſis.* Ex ſumtionibus ſuperius allatis concludit Noſter, falſa eſſe decreta illa, omnem materiam morbificam in morbo contagioſo primum efficere miaſma immediatis et localibus effectis in ſuccos et organa, eruptionem febrium contagioſarum nunquam poſſe immediatum materiae effectum eſſe, ſed ſemper ſequi poſt miaſma in corpore genitum et auctum, tandem miaſma talis morbi nunquam ope praegreſſae febris, ab hac materie excitatae, produci poſſe. Haec vberius Noſter explicat, et aduerſus dubia quaeuis munire geſtit.

Indoles

Indoles morborum contagioſorum, in quibus miaſma poſt formalem eruptionem demum gignitur. Repetit Noſter ex antecedentibus generalem naturam horum morborum, et addit, eos poſſe vel per ſe, vel per propriam infectionem oriri. p. 174.

Indoles eorum, quorum materia morbifica in corpore aegri ipſo naſcitur. Debent iſtae in corpore corruptae materiae immediata febris concitatione morbum contagioſum generare. Forte ſunt pro parte miaſmatis habendae, et effectus varii varie ſe oſtendere poſſunt. Incertus eſt infectionis terminus, et horrendum periculum, ſi quando iunctim agunt materia morbifica et miaſma. p. 182.

Indoles eorum, qui ab infectione oriuntur. Pertinent huc febres per ſe contagioſae, quia ab ſenſorio laeſo oriri ſolent morbi huius claſſis, et ſtomachus afficitur, etſi ibidem non haeret materia. Suſcipitur labes per contagium, per fomitem et per diſtans, ſi adeſt diſpoſitio. Neque ſemper in praediſpoſito corpore illico erumpit, ſed aliquamdiu trahitur, et ſolet fieri infectio vel admiſtione, vel aſſimilatione, neque tamen ſemper requiritur febris praegreſſa ad gignendum miaſma. Hinc quidam effectus ſpecifici et accidentales. p. 208.

Indoles eorum, quae ab aliena materia oriuntur. Memorantur ab Noſtro quatuor, miaſmata aliorum animalium, cadauerum, putreſcentium, verae materiae morbificae ex corpore in corpus tranſeuntes, et morbum generice eundem adferentes, et tandem ea miaſmata, quae non morbum generis, at ſpeciei tamen efficiunt. Haec demum Noſter more ſuo, i. e. ſubtiliter ac copioſe, percenſet. p. 230.

His praemiſſis, adfert quandam *Sciagraphiam*, quomodo haec generalis doctrina poſſit magis ad vſum transferri, et quaerit: *Quomodo materiae quaedam poſſint ſibi certas proprietates modo mere phyſico* p. 251. p. 254.

dare atque communicare? Solet hoc fieri duplici mo-
do, vel admiſtione, vel aſſimilatione, idque ab No-
p. 286. ſtro multis explicatur ſub inſcriptione: *Binae viae
communicationis phyſicae, Admiſtio, Aſſimilatio.* In
quo ita verſatur, vt ſub finem tertiam adiiciat, i. e.
mixtam, hancque doctrinam in pathologia contagii
ſummae vtilitatis eſſe dicat. Quod vt rite fiat, de-
p. 292. nuo explicatur: *Communicatio per admiſtionem*, in
qua potiſſimum ſpectanda videatur ſumma diuiſibi-
p. 303. litas materiae communicatiuae, et *Communicatio per
aſſimilationem*, in qua requiritur quaedam diſpoſitio,
vt poſſit eandem naturam recipere, quae aduenien-
ti materiae propria eſt. Applicantur haec iterum
p. 314. ſub hac quaeſtione: *Quomodo poſſunt ſucci animales
in corpore viuo corrumpere et corrumpi?* Scribuntur
leges phyſicae, organicae et animales, quomodo
materiae morbificae hoc efficere poſſint, et immi-
ſcentur quaedam meletemata de actione medica-
mentorum.

p. 355. Sequuntur *leges vniuerſales, ſecundum quas ſucci
animales in corpore viuo corrumpuntur.* Ineſt cor-
pori talis propenſio, ſed debet iſta corruptio fieri
vel abſolute, vel conditionate.

p. 370. Porro quaerit: *Quae ſpecies corruptionis in mor-
bis contagioſis locum habeant?* Putat Noſter, conta-
gioſam ſuccorum corruptionem non tantum requi-
rere quandam definitam actionem materiae, ſed
poſſe etiam multiplici modo produci.

p. 371. Singulatim ergo perſequitur: *Corruptionem
ſuccorum contagioſam phyſico modo procreatam*, dein-
p. 381. de *Corruptionem factam decompoſitione ac aſſimila-
p. 393. tione*, tandem *Corruptionem admiſtione oriundam.*

Vt haec praecepta magis influerent in legen-
tium animos, ſingulari ſectione docere annititur:
p. 399. *Miaſma verae peſtis eſſe principium humoribus tantum
admiſtum*, vſus exemplis CHENOTI et MERTENSII,

item

item febris putridae, quae cum peſte incidit, et ſtatuit, plura dari peſtis genera, ne exceptis quidem variolis. Quod vt ne ſine applicatione miſſum fiat, ſeorſim explicatur: *Propagatio contagioſae corruptionis humorum per meram admiſtionem.* Fit illa decompoſitione quadam particularum contagioſarum, ſed diſtinguenda ab ea eſt, quae poſt tranſitum miaſmatis ſequitur. p. 427.

Subiungitur huic tractationi: *Corruptio contagioſa, organico modo effecta.* Fit illa quidem ſpontanea humorum corruptione atque accidentali concurſu aliarum cauſſarum praeternaturalium. Interdum vtraque, phyſica et organica, iungitur. Relinquitur adhuc: *Corruptio animali modo effecta.* Inuadendi modus eſt, qui in antecedentibus, ea tamen ſubeſt differentia, vt materia morbifica primum adoriatur commune ſentiendi inſtrumentum, et impreſſione praeternaturali vires primarias mechaniſmi animalis afficiat. Eſt tamen illa vel mere animalis, vel organica et phyſica, et hic finitur, cum quadam applicatione. Finitis hiſce enunciationibus, dantur *Leges communiſſimae infectionis*, quas non lubitum eſt repetere, quia fere coronidis loco adiectae ſunt, et ex antegreſſis firmantur. p. 440. p. 451. p. 466.

Vt vero haec generalia ad ſpecialia reuocentur, ſubdit Noſter: *Specialiorem inueſtigationem contagioſae corruptionis*, et quaerit: *Poſſuntne humores animales generatim vno tantum modo corrumpi?* Negatur, et probatur hoc fieri poſſe admiſtione particularum alienarum ſine propria degeneratione vel decompoſitione, ſegregatione iſtarum particularum, et ſpontanea decompoſitione, neque opus eſſe, vt vno ſemper modo eueniant, vel ſemper pro putredine habeantur. Altera quaeſtio eſt: *Poſſuntne humores animales in viuo corpore vno tantum modo corrumpi?* Fit hoc fere modo multiplici, ſed non ſem- p. 489. p. 500.

 per

per vera putredo eſt. Tertia quaeſtio alteri ſuppar
p. 506. putatur: *Poſſuntne humores animales in corpore viuo tantum vna corruptione*, i. e. *putredine*, *fieri contagioſi?* Oſtenditur et ratione, et vſu, falſum hoc decretum eſſe, et dari praeterea alia, in quibus nulla eſt putredinis ſuſpicio.

p. 523. Sub titulo: *Contagioſae corruptiones humorum*, aperit Noſter difficultates varias, quibus premitur talis inueſtigatio, in qua magis eſt materia refellendi, quam melius docendi.

p. 526. Poſt haec agitur: *De qualitatibus*, *quarum ope corruptiones fiunt contagioſae.* In his eminet putre-
p. 535. do, et hinc copioſe pertractatur: *Putredo contagioſa.* Negat Noſter, ſententiam Cl. *Hoffmanni* confutaturus, putredinem et qualitatem putrificam eſſe vnam eandemque rem, et contagium ab certo putredinis gradu pendere. Poſſunt tamen per cauſſas acceſſorias materiae per ſe non putridae hanc naturam induere.

Sunt haec potiora praecepta Cl. VNZERI, quae ſi quando non ſatis liquent, tribuendum hoc eſt aut grauitati argumenti, aut ſubtilitati et neologiae, quam ſecutus Noſter eſt. Id tamen negare non poſſumus, maiorem hinc vtilitatem in medicos redvndaturam, ſi oratione populari et lucida, quam philoſophica, vti maluiſſet. Etenim philoſophari paucorum eſt, curare plurimorum, et quo ſimplicior videtur ratio, eo certior vſus fieri ſolet.

IV.

IOHANN GOTTLIEB WALTER *von der Spaltung der Schaambeine in ſchweren Geburten. Mit einer Kupfertafel. Berlin und Stralſund bey Gottl. Aug. Lange* 1782. 32 *Seiten.*

i. e.

i. e.

IOHANNIS GOTTLIEB WALTER de diſſectione ſynchondroſeos oſſium pubis in partu difficili.

In iſto medicorum de ſectione ſymphyſeos oſſium pubis diſſenſu, nec leui, nec facile componendo, gratum eſt audire ac percipere ſenſa ſummi aetatis noſtrae anatomici, Cl. WALTERI. Complexus is omnem hanc controuerſiam 33 paragraphis, narrat primum hiſtoriam huius ſectionis quam breuiſſime, p. 6.
deinde multis inquirit, num iſta operatio tentanda, p. 7.
et ipſi ſectioni caeſareae praeferenda ſit? Docet er- p. 8.
go, Noſter, hanc diſſectionem falſa experientia niti, et aduerſam eſſe fabricae naturalium. Oſtendit, qui p. 11.
ſit oſſium pubis nexus, quorum quodque ſuam habet cartilaginem; addit experimenta, ex quibus liquet, in iunioribus haec quidem eo loco, vbi ſe contingant, tela quadam ſubtiliori copulari, quae poſt ſectionem lineam quandam ſubtilem referat, in adultis vero oſſea eſſe, et ſingula cartilagine qua- p. 12.
dam circumſcripta, reſidua tamen eadem linea, poſt triceſimum annum quamque cartilaginem oſſeam induere naturam, et vnum os repraeſentare. Ex p. 14.
his ſumtionibus colligitur, non dari ſynchondroſin p. 15.
oſſium pubis, ſed reperiri ſemper duo oſſa ſeiuncta, et per telam celluloſam intime cohaerentia, eſſe ergo *ἀδύνατον*, vt in ſectione exacte diſſecetur media cartilago, in ſtatu vero oſſeo requiri ſerram, perdifficilem contra videri coniunctionem, etiamſi p. 16.
operatori pateat linea media, quia ligamenta ſciſſa rarius iungi poſſunt, longe tamen difficiliorem eam fore, ſi vna alteraque cartilago inſecetur, quia paucus humor adfluens fiſſuram lente reſarcire poſſit, faſcia quidem inutili. Plura ſperanda eſſe, ſi oſſifi- p. 17.
catio oſſium pubis ſerra remouenda ſit. Tunc idem

euenire debet, quod in fractura. Citius enim conferuent oſſa.

p. 19. Quibus praemiſſis, Noſter multis docet, falſam eſſe doctrinam, haec ligamenta ſub grauiditate copioſiori humorum aditu emolliri, valde laxari facileque extendi ſolere, quia nunquam tale quid repererit, neque conſentit iſta opinio cum ſtructura corporis et pelui recens natorum infantum. Ab hac ergo diſſectione disiungi quidem oſſa poſſe contendit Noſter, ſed non adeo, vt praegrande fetus caput forcipe vel alio modo educi queat. Huic
p. 22. affirmationi ſubiicit rariſſimum exemplum peluis viri triginta annos nati, in quo oſſa haec 20 $\frac{1}{2}$ lineas pollic. Pariſ. a ſe diſſidebant, et coniunctioni oſſium pubis ſingulari ligamento transuerſo proſpiciebatur. (Hoc figura ſubdita repraeſentandum putauit.)

p. 24. Iam vero Noſter quaerit, vtrum ſectioni caeſareae, an ſynchondroſeos oſſium pubis, palma decer-
p. 27. nenda ſit? Vſus duplici exemplo, etſi infelici, primas dat ſectioni caeſareae, vtpote non adeo terribili et periculoſae, ac vulgo creditur. Id quidem confirmat deſcribenda operatione vtraque. Ecquis non credat tam perito artifici?

V.

Illuſtri PHIL. G. HENSLER M. D. Reg. Dan. Conſiliario et Archiatro Med. ap. Altonanos feliciſſimo, Amico veteri, de pollutione diurna frequentiori, ſed rarius obſeruata, tabeſcentiae cauſſa IOH. ERN. WICHMANN M. D. Aulae Hannoueranae Med. Societ. Reg. Scient. Gotting. Correſp. et Nat. Curioſ. Berol. Sodalis. Goettingae, ap. Io. Chriſt. Dieterich 1782. 8. 62 pagg.

Scripſit

Scripſit hanc epiſtolam Cl. WICHMANN, medicus
praeclarus, ad Cl. HENSLERUM, medicum haud
ſpernendum, *de pollutione diurna*, vtpote rara tabis
cauſſa. Differt vero haec 1. *a nocturna*, quod diei p. 7.
tempore, apertis oculis, abſque tentigine venerea,
et colis erectione accidat; 2. *a gonorrhoea*, quippe p. 9.
quae continua eſt; 3. *ab gonorrhoea cantharidibus* p. 11.
euocata, ex antegreſſis; 4. *ab fluore geniturae ſimili* p. 14.
in haemorrhoidariis, qui puri ſimilis putandus eſt.
Vidit vero vir Cl. hanc pollutionem diurnam in iu- p. 17.
vene, ſpaſticis affectionibus et cacochylia aegro
macieque confecto, ideoque hinc concludit Noſter,
hanc ſaepenumero ſubeſſe cauſſam in tabidis, et p. 22.
caute attendendam. Suſpicandam vero eam prae- p. 25.
bent pallor et macies, torpor, hebetudo, habitus
effeminatus, oculi concaui, dolor nullus, appetitus p. 26.
vehemens, anxietas, fatuitas quaedam, ſomnus nec p. 27.
reficiens, viſus et memoria debilis, apyrexia perfe- p. 29.
cta et inſignis virium iactura. Morbo patent inde p. 30.
ab anno 25. ad 40. vſque, qui venerem molliter ad-
mota manu excitarunt, vel nimiae ſeſe dederunt, vel
gonorrhoea impura laborarunt. Durat ſemper
pollutio diurna, neque adeo metuenda videtur ſine
hac maſturpatio. Quam tabis cauſſam ſi quaeras, p. 33.
opus eſt, vt aeger vrinam reddat et aluum, pene
extenſo, vt appareat ſemen emiſſum.

Iam addit Noſter *hiſtoriam pollutionis diurnae*, p. 35.
qua exemplis oſtenditur, medicos vel oculatiſſimos
hanc ſpeciem ignoraſſe, immo vero prorſus negaſ-
ſe, *Celſi* contra morbum fuiſſe continuam gonor-
rhoeam. *Sequelae* ſunt, quae a quauis alia feminis p. 46.
iactura, periclitantur tamen aegri maxime ineunte
aeſtate; multi vitam trahunt ſub forma mali hypo-
chondriaci; multi vim procreandi habent, exſtin-
ctus hac pollutione nemo eſt. Morbus ex abun-
dantia ſeminis nunquam oritur. *Medela* in eo con- p. 51.
ſiſtit,

ſiſtit, vt auferatur omnino, quicquid debilitatem infert, et tonus reſtituatur. Abſint ergo lacticinia, iuſcula viperarum et carnium, vtpote malo infenſa, eluatur aluus decocto molliente, vitetur veneris vſus et omnis inter deſidendum conatus, item laſanum paullo depreſſius, teneſmus, quaeuis adſtringentia: adhibeantur, quae TISSOTUS onaniae oppoſuit, balnea et alimenta frigida, ſed illa magis topica, ſpongia ex aqua frigida ex aceto genitalibus ſuperhabita, mars et cortex, aquae martiales, ſed refracta doſi. Haec Noſter, quae quidem naturae huius morbi accommodatiſſima putamus.

VI.

THOMAS COE *d. A. K. D. Abhandlung von den Gallenſteinen. Nebſt* IAMES MACLURG'S *d. A. K. D. Verſuchen mit der menſchlichen Galle und deſſen Bemerkungen über die gallichte Abſonderung. Aus dem Engliſchen überſetzt, mit einer Kupfertafel. Leipzig, bey M. G. Weidmanns Erben und Reich,* 1783. 8. 473 *Seiten.*

i. e.

THOMAE COE M. D. Tractatus de calculis felleis. Acced. IACOBI MACLURG M. D. Tentamina cum bile humana facta eiusque obſeruationes de ſecretione bilioſa. Ex anglico ſermone verſa et tab. aenea locupletata *).

Rarus eſt, teſte interprete, vterque libellus, maxime ille, quem Cl. COE ſcripſit, in ipſa Anglia,

*) Treatiſe on biliary Concretions, or ſtones in the Gall-Bladder and Ducts by *Thom. Coe* Lond. 1757. Experiments on the human Bile and Reflexions on the biliary Secretions by *Iames Maclurg* Lond. 1772.

glia, ideoque dignus et verſione germanica, et recenſu vberiori. Multa enim continent, quae ad facilius cognoſcendam bilis calculorumque felleorum naturam ſpectare videntur.

Praeit *introductio*, in qua ea memorantur, quae ad curationem morborum pertinent, vſus, quem hiſtoriae tales praeſtant, morborum genera, quae facilius deteguntur, quae difficilius, v. c. pancreatis, quae ſub principio nequaquam perſpiciuntur, complicatio et coniunctio, quae magis impenetrabiles facit morbos, certum et incertum, quod medicinae attribuitur, et nomina indefinita, v. c. febris, colica, paraphrenitis; ſed haec bonis medicis notiſſima eſſe putamus, etſi non ſpernenda omnino ſint. p. 1.

Agit vero *Sectio I. De bile.* Haec non eſt humor excrementitius ſub auctore Noſtro, ſed vſibus oeconomiae haud proletariis deſtinatus. Eſt praeterea ſaponaceae naturae, in ſtatu naturali nec acida, nec alcalina, huic tamen propior; (Reliquae enunciationes ex phyſiologia ſatis notae ſunt). Denique prona bilis eſt, ſi quando ſtagnat, in coagulum et formaturam calculorum felleorum, idque ob multas cauſſas, v. c. ſenectutem, vitam ſedentariam, tardiorem circuitum et ſpiſſitudinem ſanguinis, potum ſpirituoſum, motus animi, diſpoſitionem quandam, qualis fere feminis incommodat. p. 39. p. 42. p. 51. p. 52. p. 54.

Sectio II. De origine ac proprietatibus calculorum felleorum. Nulla fere pars vel cauitas corporis datur, in qua non fuerunt inuenti calculi, ſed frequentius in renibus et veſicula fellea. Hi poſteriores colore ſe produnt, et vel vomitu, vel aluo reiiciuntur, rarius abſceſſu hepatis et abdominis, neque raro morbos grauiores inferunt. Sedes eſt veſicula, rarius ductus hepaticus et cyſticus, rariſſime hepar ipſum. Cauſſa prima ſine dubio eadem, quae calculorum renalium et nodorum arthriticorum, ſed p. 57. p. 60. p. 62. p. 65.

praeterea

p. 68. praeterea ipſa bilis. Conſtant ergo calculi biliarii
ex craſſioribus et viſcidis bilis particulis, et quadam
p. 69. materia terrea, ex ſanguine huc depoſita. In pro-
portione harum partium conſtituentium diuerſa di-
p. 71. verſitas calculorum ipſorum latet. Saepe mentitur
copia arenoſi et mucoſi humoris calculos felleos.
p. 72. Color tunc bilis longe diuerſiſſimus reperitur, eius-
p. 75. que cauſſae non ſemper detegi poſſunt. Dubium
eſt, num albus color et ſapor nullus cauſſa vel ef-
p. 76. fectus calculorum putandus ſit. Calculi dantur ter-
rei, mere333 bilioſi, denſi, duri vel friabiles, graues vel
p. 79. leues, nigri, extus et intus nonnunquam diuerſi,
p. 81. cortice quodam tecti et lamellati; non ſoluuntur
in aqua feruida, nec in ſpiritu vini: (Id quod recen-
p. 83. tiores chemici negant). Sicci ſunt inflammabiles,
p. 84. praeter albidos ſabuloſos. Nigri ſpirant ingratum
p. 85. odorem, flaui vero ſuauem. Figura eſt varia, vt-
p. 91. plurimum irregularis, copiaque varia, color vero
p. 93. multiplex, vulgaris tamen, qui flauus eſt, magnitu-
p. 96. do maxima, quae nucem iuglandem refert, nume-
p. 99. rus diuerſus, ſed praeſtabilius, vnum adeſſe, quam
plures. cohaerentia non rara, quia, donec molles
p. 101. ſunt, ſeſe contingunt. Dantur praeter haec *calculi
inteſtinorum*, variae figurae, duritiei et craſſitiei, vi-
denturque conflati eſſe ex ſubtiliori excrementorum
parte, ac muco inteſtinorum, interdum etiam terra
quadam ſubtili, nucleo veluti ſuperimpoſita, numero
plures, plus minusue afficientes, ſaepius expulſi cum
p. 107. leuamine, interdum cum moleſtia retenti. Signa
diagnoſtica, moleſtiaene illae ab hiſce calculis orian-
tur, nec ne, dubia ſunt, potiora tamen dolor fixus in
loco quodam, colica ſaepius recidiua, ſine euidenti
cauſſa, inflammationis et calculi fellei nota nulla,
diſpoſitio ad calculos vrinarios nulla, cruciatuum fa-
cilis fuga, doloris mutabilis ad locum certum remo-
ra, et tumor vel durities ibidem obſeruata.

Quod

Quod ad curationem *calculorum inteſtinalium* p. 110.
attinet, nihil apud auctores decernitur, quod obſeruatione dignum ſit, quia fere res omnis naturae commiſſa fuit. Eſt tamen adhibenda eadem indicatio, quae in colico dolore ab aluo adſtricta et dura locum habet, i. e. adhibenda emetica, purgantia, lotiones alui, fotus et balnea calida, medicamenta mollientia, oleoſa, lubricantia, potus calidae creber cet. etiamſi ſaepe irrita. (Huc pertinent quidam caſus et proprii, et alieni).

Sectio III. De ſignis calculorum felleorum. Du- p. 119.
plex genus horum ſignorum eſt, vt recte Noſter iudicauit. Alterum ad veſiculam felleam attinet, alterum ad ductum communem. In hoc vbi calculi reſident, incidit ſubitus, vehemens et profundus dolor circa ſcrobiculum cordis, vel, ſi mauis, ad hypochondrium dextrum, modo continuus, modo remittens, febris et inflammationis expers, copulatus cum nauſea magna et vomitu, lipothymia, ſpiratione breui et anxietate, aluo adſtricta, haud raro pertinaci, et albida, vrina primum pallida et aquoſa, deinde crocea, tandem colore cutis ictericio. Se- p. 120.
quitur illico remiſſio ſymptomatum poſt calculi ad inteſtina migrationem, ſerius perit color cutis flavus et ſenſus ingratus, doloris colici communis pediſſequus. *Extraordinaria ſigna*, eaque adiuuantia, p. 121.
ſunt incommodus in latere ſiniſtro cubitus, acceptior corporis pronitas et veluti quaedam curuatio antica, augmentum doloris, ſi quando ſternutamentum et tuſſis vrget, interdum dolor ſcapularum et humeri in latere affecto, et ab ſcrobiculo verſus dorſum vel alias partes protenſus. Sed hic quae- p. 122.
dam in aegris diuerſis diuerſitas, indeque medicorum diſceptatio, etſi ſignis hiſce calculi fellei detegi poſſunt. Prae ceteris vehementiſſimus dolor incommo- p. 124.
dat, perſimilis illi, quem ſub partu imminente ſen- p. 125.
tiunt

p. 127. tiunt feminae. Ductus, quos tranſit calculus, ſaepe
horribile, quantum extenduntur. Sed dolor per ſe
non ſufficit ad cognoſcendum vere morbum, niſi
p. 129. cetera attendantur. Nec color excrementorum
albus per ſe aliquid valet, quia haud raro ſpaſmo-
rum ſequela eſt.

p. 132. Incerta putanda eſt malorum duratio, quia ab
p. 134. exitu calculorum pendet cito vel tardo. Ceſſat
vero omnino, ſi omnes calculi in duodenum pene-
trarunt, cum ſenſu quodam ruptionis vel cadentis
p. 135. aquae, et reſiduo quodam dolore. Reſtitans cal-
p. 136. culus malum omnino quieſcere non ſinit. Hinc
facilis renouatio colicae bilioſae a quaque vehemen-
p. 138. ti concitatione. Fortuito febris vel inflammatio
incidere poteſt, nec praeſentibus quidem calculis
p. 143. felleis, et caute diſtinguenda videtur. Icterus enim
p. 146. etiam ab aliis cauſſis oriri ſolet. Soli ſpaſmi exci-
tandis ſymptomatis, quae calculos felleos ſequun-
tur, non ſufficiunt. Satis eſt, annotaſſe obſtru-
ctionem.

p. 149. His finitis, aggreditur Noſter ſigna, ex quibus
calculi, in veſicula fellea latitantes, cognoſcuntur.
p. 150. Sed haec fere obſcuriora ſunt, et longe incertiſſima,
quia ſaepe adſunt ſine vllo incommodo per omnem
vitam, et a figura, copia, ſituque repeti debent.
p. 153. Rarum ſignum eſt tumor in regione hypochondria-
p. 154. ca dextra; Magis vulgare ac obuium ſenſus graui-
p. 156. tatis vel colicae fugientis moleſtus, veſtigia quae-
p. 160. dam icteri, (ſed haec non ſatis certa ſunt) prae ce-
teris dolor ſcapularum vel brachii dextri.

p. 163. *Sectio IV. De ſequelis calculorum felleorum.* Sunt
hae quidem ſub auctore Noſtro continua inualitu-
do, et icterus, tabes lenta cum virium proſtratione,
tandem hydrops inſanabilis, quae ſerius ocyus in-
cidunt, pro ratione bilis indeque factae obſtructio-
p. 168. nis, interdum ſubita mors, ſi *Bianchio* credimus,

v. c.

v. c. per apoplexiam. Sed multi plus, ac decet, alii
minus repetunt ab iſtis calculis felleis. Incertum p. 180.
ergo ſignum icterus eſt, tabes hepatica accidentalis,
et hydrops fere ſequitur viſcus corruptum. Tunc p. 185.
ſpes nulla ſupereſt. Saepe ne calculus quidem poſt p. 186.
mortem reperitur, etſi viſceribus non illaeſis. p. 187.
Sectio V. De curatione calculorum felleorum. Sub p. 192.
introitu monet Noſter, hoc malum non eſſe inſa-
nabile, vt multis medicis viſum eſt, ergo ſemper ten-
tandum eſt, quid ars valeat. Neque immedicabilis p. 192.
putandus icterus calculoſus. Indicatio ea eſſe de- p. 199.
bet, vt, ſi fieri poteſt, eiiciamus calculos, vel ſym-
ptomata molliamus, conſtitutionem corporis corri-
gamus, ne qua relinquatur diſpoſitio, tandem pal-
liatiue agamus, ſi malum arte maius eſt. Idque per p. 205.
variam medendi viam conſequimur. Iuuat venae- p. 207.
ſectio in colica bilioſa, ſi febris et inflammatio nimis
vrget; emetica medicina, ſi expellendus videtur cal-
culus, ſed non ſine habita cautione, ſi bilis viſcida
ſubeſt, ſi malum recens eſt, purgans, ſi efficax fuit p. 227.
emeticum, ad euerrendas ſordes bilioſas; ſub acceſ- p. 236.
ſione lotio alui, fotus tepidus, lubricantia, cum ma-
xime opium. Quod ad cetera remedia *alterantia et* p. 239.
ſpecifica pertinet, negat Noſter, radicem curcumae p. 247.
aliquid valere, et contendit, vix definiri poſſe, vtrum
calculi poſſint reſolui, nec ne. Praeuia memora- p. 250.
tione methodi Swietenianae, laudat Noſter ad icte- p. 251.
rum ſaponem, ſuccum graminis, ſerum lactis, aquas
minerales, praeſertim balnea calida, radicem bareirae
brauae, millepedes, et lumbricos, decoctionem ſemi-
num cannabis, mercurium, praeſertim aethiopem
mineralem, gummi ammoniacum, myrrham, bal-
ſamum de copaiua, ſed cum quodam iudicio et de-
lectu, prae ceteris vero ad calculos felleos eiicien p. 276.
dos motum corporis et exercitia, v. c. equitationem,
vectionem in rheda, equos artificiales. Interdum p. 287.

iuuat inciſura veſicae felleae et extractio calculi, ſed fere mortifera eſt, niſi quaedam concretio ſub-
p. 292. eſt. Hinc ſoli naturae relinquenda videtur. Cum maxime commendat Noſter venaeſectionem, clyſterem, balneum calidum, poſt emetica et purgantia opium, alterantia poſt remiſſionem, v. c. ſaponem amygdalinum vel hiſpanicum, et aethiopem mineralem, copulatum cum croco vel tartaro vitriolato, interdum cum gummi ammoniaco vel myrrha, vel
p. 296. mercurium cum balſamo de copaiua, ad appetitum proſtratum infuſionem amaram, decoctum auenae cum radice althaeae, vel oleum amygdalarum, poſt
p. 297. ſuperatum malum aquas martiales vel martialia me-
p. 298. dicamenta, ad praecauendam recidiuam quouis bimeſtri ſpatio emeticam et purgantem medicinam,
p. 299. ad morbum pertinacem methodum medendi Swietenianam, ita tamen, vt illud, ne quid nimis, bene meminerimus. Ad calcem explicatio figurarum addita eſt.

p. 305. Sequuntur Cl[i] MACLURG *tentamina cum bile humana facta et obſeruationes de ſecretione charactere bilioſa.* Dubius Noſter, vtrum veterum et recentiorum placita de bile ſana et aegra vera ſint, nec ne, auſus eſt experimentis quibusdam, cum bile humana factis, oſtendere meliorem ac pleniorem eius cognitio-
p. 315. nem. Facta vero ſunt cum ſpiritu vitrioli, ſalis et nitri. Debetur color viridis acidorum efficaciae in bilem, cui ineſſe debent particulae inflammabiles,
p. 321. ſed ille nequaquam dimanat a martialibus. Perſiſtit
p. 325. is, qui ab acido vitrioli et ſalis eſt, in aëre libero,
p. 326. ſed is perit ab acido nitri. Quoad acida vegeta-
p. 328. bilia, ſolet acetum vini et ſuccus citri coagulum
p. 330. bilis efficere. Diluta acida mineralia idem faciunt.
p. 337. Ineſt bili lympha coagulabilis, etſi ob colorem non ſatis detegenda, (nam hoc demto, illico coagulat).

Coagulum

Coagulum bilis, per acida vegetabilia factum, con- p. 339.
ſtat ex parte colorata et lymphatica, ſed illa quo- p. 342.
dammodo mutatur. Alcali cauſticum eſt optimum p. 344.
reſoluens partis coagulabilis. Efferueſcit bilis cum p. 345.
acidis, ergo intus eſt aër fixus. Dubia vis eſt mar- p. 349.
tis in coloratam bilis materiem, nec cauſſa eius re-
putanda. Propenſio in putredinem diuerſa eſt, ſed p. 351.
tunc non neganda amplius, ſi odor gratus in ingra-
tum abit. Id quidem experimentis docetur. Ex his p. 353.
colligit Noſter, procliuitatem in coagulum impe- p. 356.
diri debere ab putredine bilis, et ſic miſceri poſſe p. 362.
cum ſpiritu vini, et principium eius antiſepticum
deberi nullo modo parti coagulabili, ſed potius
materiae coloratae, quae cum amara parte cohaeret.
Huic ergo prae ceteris propria eſt vis antiſeptica.

In altera parte explicantur *obſeruationes de ſe-* p. 363.
cretione bilioſa. Magna eſt ſub auctore Noſtro lactis
et bilis ſimilitudo, ſed diſſimilitudo, quoad materiam
colorantem. Origo eius eſt incipiens quaedam pu- p. 365.
tredo miniſterio cuiusdam fermentationis et pro p. 366.
ratione ſubſtantiae putredini expoſitae, et cum bilis p. 373.
deſtinata videatur mutationi materiae vegetabilis in
animalem, maiorem ei tribuamus neceſſe eſt, ac
lacti. Hinc ſecretionem bilioſam auget, quicquid
putredinem ciet, v. c. aeſtus ſolis, iactura magna
ſanguinis, fames cet. Hinc naſcitur cruſta inflam- p. 379.
matoria et concretio polypoſa. Larga bilis ſecretio p. 386.
videtur eſſe neceſſaria ad morbos concitandos, et ſi p. 388.
exinde dyſenteria, cholera rel. ſequuntur, calor ſo-
lis praecedere debuit, indeque facta bilis acrimonia
et niſus in putredinem. Ergo camphora non vane p. 392.
dicitur praeſeruatiua vaporum noxiorum medicina.
Praeterea ſunt miaſmata ſequelae mutationis ſepti- p. 395.
cae, et agunt in neruos, vt ſedatiuae res. Ex quo p. 399.
colligitur ratio, cur ſecretio bilis in febribus inter-
mittentibus et remittentibus adeo afficiatur, et iſta

eius mutatio non harum cauſſa eſt, ſed naturae
p. 401. praeſidium. Poſſunt ergo principia bilis amara et
p. 402. colorantia prae ceteris reſiſtere tali putredini. Icte-
p. 403. rus videtur deberi vaſis lymphaticis, et colorem
p. 404. flauum ab emetico Noſter tribuit reſorptioni. Con-
cludit porro, per experimenta haec patere, digeſtio-
p. 412. nem fermentatione quadam abſolui. Maiorem
vero ſecretionem bilis poſt vehementes animi mo-
tus, v. c. iram, repetit ab maiori cordis motu et talis
p. 415. humoris ad inteſtina depoſitione. Temperamen-
tum biliosum hinc ſequitur et intelligitur.
p. 424. In tertia parte agitur *de calculis felleis.* Docet
Noſter, calculos iſtos ſaepe conferre plurimum ad
morbos, ſaepe latere incognitos, neque icterum
p. 427. eſſe eorum ſignum, neque dari remedium ſecer-
nendae bili praeſentiſſimum, neque ſufficere ſuccum
p. 430. graminis, prouidendum ergo eſſe, vt talem medi-
cinam generando calculo aduerſam inueniamus.
p. 431. Sunt vero omnes omnino materia quadam coagula-
bili conflati, eaque ſine dubio ex terra calcarea et
acido phoſphori compoſita. Color felleorum ab
phlogiſto eſt, prima origo mollis caſei inſtar, com-
p. 434. mune vitium adultorum et vitae ſedentariae dedi-
p. 440. torum. Videntur ergo multa concrementa bilioſa
non niſi pro bile acidi connubio coagulata haben-
p. 441. da, tandem in duritiem ſiliceam abitura. Illud vero
acidum putat Noſter latere in quodam ventriculi
humore, ad duodenum affluente, a quo vel in ſtatu
ſaniſſimo maxima bilis pars coaguletur, et aliquid
demum ad ductum choledochum veniat. Id quod
confirmat quibusdam concretionibus ibidem inuen-
p. 442. tis. Figuram rotundam tribuit preſſioni materiae
p. 447. adhuc mollioris ab hoc ductu, et viam ſimpliciſſi-
mam, qua demum induratur, ſtatuit, cum pars ex-
terna ſenſim ſenſimque mutatur, interna illaeſa.
p. 448. Quaedam concretiones oriuntur ab miſtura acoris
vegetabilis,

vegetabilis, aliae ex ipſa bile. Debent eſſe variae p. 449. compoſitionis, quantum ab experimentis cognoſcitur, et plurimum valet ad calculos felleos ſoluen- p. 452. dos terebinthina et ſpiritus vini calidus. In inte- p. 456. ſtinis latet prima fons calculorum, et tollendum ideo eſt, quicquid ad gignendos eos aliquid con- p. 457. ferre poſſit. Nouum porro morbum ſub auctore p. 458. Noſtro calculos iſtos non putes, ſed iam frequentiorem, podagrae interuentu ſaepe interruptum, quae inflammatoriae, an neruoſae naturae ſit, non p. 460. liquet. Laudanda hinc ſunt frigida et motus cor- p. 461. poris. (Hactenus Noſter. Poſſent quidem multa regeri, ſed quia noſtri eſt, opiniores referre, non multis refellere, relinquendum hoc officium iis putamus, quibus placet commenta et ſomnia auctorum trutinare).

VII.

Hiſtoria Mercurii et Mercurialium medica. Libellus Primus. Scripſit ERN. GODOFRED. BALDINGER. Goettingae ap. Ioh. Chriſt. Dieterich 1783. 8. 72 pagg.

Scripſerat Ill. BALDINGERUS paullo ante, quam Gottinga demigraret (1781), quatuor proluſiones, *hiſtoriam mercurii et mercurialium medicam* complexas, quas hic iunctim recudi curauit. Spondet vero proxime *Libellum ſecundum*, in quo enarrabit *hiſtoriam praeparatorum*, quam fieri poterit pleniſſime. Sed videamus de ſingulis.

Pars I. Mentione facta ſubita minerarum hy- p. 11. drargyri, viae et rationis, qua Idriae eliciuntur, (inventae ſunt a. 1497, inquit auctor, quo tempore dira lues gallica latius ſerpere cepit tertium in annum, poſtquam ex America in Europam erat delata) qualitatum potiorum phyſicarum et ſomniorum al-

chemicorum, mercurium eſſe principium metallo-
p. 17. rum docet, venenatos mercurii effectus eſſe, metallicolas Idrienſes vermibus valde obnoxios, cum tamen alias hac medicina diri illi hoſpites iugulen-
p. 18. tur, mercurium calore in vapores reſolui, frigore denſari, neque habendum amplius ſemimetallum, ſed verum metallum.

p. 22. *Pars II.* complectitur quaedam mercurii phaenomena phyſica, puta eius motum in tubo Torricelliano indeque natas controuerſias, amalgamata
p. 24. varia, fraudulentas mixturas, artificia purificandi, vt aptior fiat vſui chemico et medico, v. c. per corium, euaporationem in crucibulo candente, lotionem cum aceto concentrato, deſtillationem ſ. reuiuificationem, item aethiopis mineralis varias formas, v. gr. antimoniatum, ſaccharatum, alcaliſatum cet. efficaciam aquae bullientis in mercurium, qua is quidem non mutatur, at vero vim anthelminticam adipiſcitur, eamque adhuc explicatu difficilem, grauitas non minuitur. Praeter haec olim decoctus eſt mercurius in vſum eorum, quos lues venerea male ha-
p. 32. bet. BOERHAAVIVS eam igne tractauit, ſed ſine vlla mutatione, quia *praecipitatus per ſe* denuo viuus renaſcitur aut trituratione ſola, aut deſtillatione ſimplici. Hinc etſi phlogiſti aliquid amittit, tamen facile reſuſcitatur.

p. 34. Veteres crudum mercurium nunquam adhibue-
p. 35. runt, quippe pernicialem. Eum diu et per annos intra inteſtina latitare poſſe, ex obſeruatione LEI-
p. 36. DENFROSTII patere Noſter putat, ſub forma ſuffimigii nocere poſſe, ſub pilularum ſpecie ad vermes dari, etiam ad ileum, ſed ſaepe fallax eſſe remedium, magis ſi cum ol. oliuarum mixtus ſit, ad abortum citandum non prorſum inefficax videri, commen-
p. 39. dari etiam amuleti inſtar ad pediculos et calculum renum, quin multis polychreſtam medicinam haberi.

beri. (Quo iure, viderint alii, etſi Angli nimis temerarii ſint et in laudando, et adſumendo).

Pars III. continet *ſulphureo-mineralia*. Huc p. 41. pertinet *Aethiops mineralis*, quo primus MAYERNE vſus eſt, cuiusque praeparandi viae variae docentur; *Aethiops antimonialis* HUXHAMI, qui tamen, p. 44. ſub auctore MARCARDO, ptyaliſmum mouit, etſi id rarius vſu venire ſolet, at vero egregie, iudice Noſtro, iuuit ad morbos rebelles, tineam capitis, ſcrophulas, vlcera foeda, ſtrumas, atrophiam, ſcabiem, oculorum mala et vermes, praeuia vacuatione, nullo inſequente vnquam ſaliuae fluore, vt ideo pro inerti medicina habenda ſit minime; *Cinnabaris factitia natiuae* plurimorum conſenſu praefertur, p. 48. eamque *antimonii* nequaquam eſſe vulgari factitia potiorem contendit. Cinnabaris praeparationes variae, itemque *mercurius viol. Pariſ. Merc. diaph. Aſtruc*, confectiones cinnabaris ſine igne, cuius color p. 52. ruber vnde ſit profectus, nondum conſtat. Trituratione continuata tamen is augeri ſolet. Finit hanc p. 54. partem *vſus cinnabaris*, quem vanum et mendacem putat Noſter.

Pars IV. incipit, vbi tertia deſierat. Oratio p. 57. enim adhuc eſt de cinnabari falſo commendabili. Sequitur *cinnabaris antimonii*, cuius ſpecies eſt *mercurius diaphoret.* p. 58. DIGBAEI. Ex ſuperfluis medicamentis p. 60. eſt *Aethiops auripigmentalis.* Ad *aethiopes* p. 61. referendi ſunt Anglorum *Mercurius alcaliſatus*, *Pulvis alterans* PLUMMER, quem Noſter impenſius laudat. Clauſulam operi imponit quaedam *Tabula*, vt intelligant tirones, quae vnquam dictae, effictae, factaeue ſunt confectiones mercuriales ſub habitu vere Proteiformi.

VIII.

Diſſertationes medicae ſelectae Tubingenſes. Oculi humani affectus medico - chirurgice conſideratos Vol. I. ſiſtens. Denuo in lucem editae cura et ſtudio D. CHRISTIAN. FRIEDR. REUSS Med. Prof. Publ. in Alma Eberhardino-Carolina Var. Acad. et Societ. Celeb. Membrum. Tubingae in off. libraria I. G. Cottae 1783. 8. 370 pagg. Vol. II. 1783. 392 pagg.

Cum tot tamque variae vtilitatis et pretii ſcriptiones minores in Academiis quotannis in vulgus edantur, quarum memoria breui deletur, etiamſi fato meliori dignae videantur, partim quia Soſias nullus eas mercatui aptas cenſet, partim quia multi recentiorum medicorum, inprimis e biuio vel tonſtrina progreſſi, et ab latina lingua prorſum rudes, id genus libellorum tenue ac ſpernendum putant, non inutilis vel ſuperuacua opera habenda eſt, quae in colligendis optimis collocatur. Sunt enim vbique, vt in prouerbio eſt, bona mixta malis, eamque ob rem delectu opus eſt. Laudamus ergo auſum Cl. REUSS, qui ductus et excitatus exemplo magnorum virorum, HALLERI, SANDIFORTI, GRUNERI, KLINKOSCHII, BALDINGERI, WITTWERI cet. potiores Tubingenſium profeſſorum et medicorum diſſertationes collegit et ab obliuione vindicauit, orſus ab iis, quae b. MAUCHARTUS, ophthalmiater expertiſſimus, ſuo tempore ſcripſerat. Continentur enim vtroque volumine, quod indicendum curamus, eius ſcripta, *ad affectus oculi humani* pertinentia. Ecce Voluminis primi argumenta!

1. *Ophthalmoxyſis nou-antiqua, ſ.* WOOLHUSIA- p. 1.
NA *Hippocratica nobiliſſima ocularia e textu graeco eruta et bis mille annos neglecta nunc demum penitus emergens*, Tubing. 1726. Praemiſſa IO. THOM. DE WOOLHUSE vita, complectitur *Cap. I. Hiſtoriam* p. 5.
operationis et inſtrumenti, in quo inde ab HIPPOCRATE ad recentiores vſque res deducitur et explicatur; *Cap. II.* inſunt *Inſtrumenti* WOOLHUSIANI p. 15.
denominatio, materia, forma, praerogatiuae; Cap. III. p. 24.
Operationis nomen, ſubiectum, indicantia, analogia, modus, cautelae, vſus. (Inuenient ergo curioſi hac in diſputatione, quicquid ad hanc chirurgiae viam penitius cognoſcendam opus eſſe videatur. Editor tamen non meminit commentationis, quam TRILLERUS in *Opuſc. Philoſ. Med.* recudi curauit).

2. *Diſſ. De Hypopio, graui ac intricato affectu* p. 48.
oculi, 1742. Pleniſſime hypopium deſcriptum eſt, curationis via varia ſuperaddita, et caſibus illuſtrata.

3. *Diſſ. De vngue oculi, ſ. pure inter corneae la-* p. 114.
mellas collecto, 1742. Docte haec omnia deſcribit vna cum operatione.

4. *Diſſ. De vlceribus corneae*, 1742. p. 141.

5. *Diſſ. De empyeſi oculi, ſ. pure in ſecunda oculi* p. 175.
camerae ſtagnante, 1742.

6. *Diſſ. De fiſtula corneae*, 1742. Nihil inta- p. 195.
ctum reliquit, quod huc ſpectare videbatur. Accurate diuiſit fiſtulam, et adminiſtrationem ſubiecit, quo callus tollendus, ſinus corrigendi ſunt.

7. *Diſſ. De ſetaceo nuchae, auricularum ipſiusque* p. 232.
oculi, 1742. Agit de vtilitate haud leui in morbis ſupra allatis.

8. *Diſſ. De maculis corneae earumque operatione* p. 261.
chirurgica, apotripſi, 1743. Proprie dicata eſt ſenum maculis.

p. 312. 9. *Diſſ. Tobiae Leucomata*, 1743. Docta et in hiſtoria morborum biblicorum non negligenda disputatio.

p. 341. 10. *Diſſ. De paracenteſi oculi in hydrophthalmia et amblyopia ſenum*, 1744. Rara et vix a quoquam alio deſcripta operatio ineſt, inſtrumentum WOOLHUSII celatum explicatur, et TOURBERVILLII artificium, quo aqueus humor turbidus eiicitur, reuelatur.

In *Volumine II.* continentur itidem decem diſſertationes.

p. 1. 1. *Diſſ. De hydrophthalmia et hydrope oculi*, 1744. Refert Auctor hydrophthalmiam ad morbos conformationis in magnitudine aucta.

p. 18. 2. *Diſſ. De mydriaſi, ſ. pupillae praeternaturali dilatatione*, 1745. Rarus morbus eſt, et caſibus quatuor illuſtratur.

p. 73. 3. *Diſſ. De phthiſi ac ſynizeſi, ſ. anguſtia praeternaturali et concretione*, 1745. Et haec ſcriptio lectu memoratuque digna eſt.

p. 110. 4. *Diſſ. De ſynechia, ſ. praeternaturali adhaeſione corneae cum iride*, 1748. Malum eſt curatu difficile et quam accuratiſſime velutique viuis coloribus expreſſum.

p. 143. 5. *Diſſ. De coniunctiuae et corneae, oculi tunicarum, veſiculis ac puſtulis*, 1748. Multis percenſentur veſiculae, tunicis oculi infeſtae, vnaque adiiciuntur praecepta pathologiae, therapiae et chirurgiae.

p. 160. 6. *Diſſ. De ſtaphylomate, vexato nomine affectuque oculi difficili ac intricato*, 1748. Et theoretice, et practice deſcribitur morbus vere difficilis.

p. 250. 7. *Diſſ. De oculo artificiali, ecblepharo et hypoblepharo*, 1749. Ineſt, quicquid titulus pollicetur.

p. 283. 8. *Diſſ. De palpebrarum tumoribus cyſticis caſuque ſpeciali magni tumoris ſteatomatico - ſcirrhoſi e palpebra ſuperiore et orbita feliciter nuperrime exſtirpati*,

ſtirpati, 1750. Abunde explicat Auctor tumores cyſticos, additis caſibus.

9. *Diſſ. De corneae oculi tunicae examine anato-mico-phyſiologico*, 1743. Doctus recenſus. p. 328.

10. *Oratio publ. in D. D.* TAYLORIS, *Angli*, *merita famamque habita, cum faſces rectorales deponeret*, 1750. Aeque ac recte, ſine vllo partium ſtudio, Auctor iudicat de TAYLORI, ocularii medici experti, ſed nimis vani et in promittendo iuſto liberalioris, meritis. (Mirati ſumus inter legendum MAUCHARTI, ocularii practici, eruditionem theoreticam, qualem pauci noſtratium profeſſorum et habent, et oſtendunt, ſed dolemus etiam, eundem ſimiliter, ac Cl. Editorem, neglexiſſe prorſum orationis puritatem et cultum. Horridum enim et barbarum haud raro eſt orationis genus). p. 368.

IX.

Verſuch einiger praktiſchen Anmerkungen über die Knochen, zur Erläuterung verſchiedener verborgenen Krankheiten und Zufälle, entworfen von D. IACOB FRIEDRICH ISENFLAMM, *Hochfürſtl. Brandenburg - Onolzbach - und Culmbachiſchen Hofrath, der Arzneygelahrheit und Zergliederungskunſt ordentlichen öffentlichen Lehrer auf der Hochfürſtlichen Friedrich-Alexanders-Univerſität, der Röm. Kaiſerl. Akademie der Naturforſcher Mitglied, des Hochfürſtlichen Inſtituts der Moral und ſchönen Wiſſenſchaften Ehrenmitglied. Erlangen, bey Wolfgang Walter*, 1782. 8. 470 *Seiten: ohne die Zueignungsſchrift.*

i. e.

Tentamen quarundam annotationum practicarum ſuper oſſibus, ad explicandos quosdam

occultos

occultos morbos et affectus delineatum a Cl. ISENFLAMM.

Eodem modo, quo olim de neruis et muſculis diſſeruerat Cl. Auctor *), iam ad oſſa progreditur, ita quidem, vt in prima operis ſectione ſtatum eorum naturalem, in altera praeternaturalem conſideret. Nos igitur, poſtquam ordinem tractationis vtriusque cum lectoribus communicauerimus, vnum atque alterum notatu dignius nobis viſum excerpemus.

Primo de vſu oſteologiae in genere. De relatione oſſium ad reliquum corpus, cum ratione ponderis et molis, tum partium conſtituentium ſeu elementarium. De diuerſa duritie oſſium. De ortu oſſium, inde a prima embryonis formatione ſucceſſiuoque incremento. De medulla oſſium vaſisque eadem perreptantibus. De perioſteo, et quatenus ſenſationis ſedes idem dici poſſit. De cartilaginum p. 42. fabrica atque ab oſſibus diſcrimine (vti inter cryſtallum et quarzum, pelluciditatis nempe ratione habita). De ligamentoſis cartilaginibus. De epiphyſibus earumque cum diaphyſibus coalitu. Quantum ad figuram oſſium formandam muſculi conferant; horum actionem tamen hunc effectum non vnice praeſtare, docent apophyſes ſpinoſae et transverſae vertebrarum, meatus auditorius externus, oſſicula auditus, et dentes. Copioſius de horum ortu, eruptione, morbis cet. vt et de vlcerum ad eorum radices conditione, de gingiuis cet. De diverſitate figurae oſſium pro variis, quibus deſtinata ſunt, vſibus, exemplo potiſſimum coſtarum et femoris. De diuerſitate ſuperficiei oſſium. De differentia

*) *Praktiſche Anmerkungen über die Nerven, Erl.* 1774. 8. *Praktiſche Anmerkungen über die Muſkeln, ebendaſ.* 1778. 8. vid. comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 133 et p. 279.

rentia proportionis oſſium inter ſe pro diuerſitate aetatis. De articulationum motusque oſſium diuerſis modis. De ligamentis. De liquore articulis oblinendis dicato. De coniunctione oſſium absque motu. De diſſectione ſynchondroſeos oſſium pubis (dubie). De ſyſſarcoſi. Cur loco vnius duo oſſa cru- p. 143.
ris et cubiti ſint? (vt nimirum pondus et moles oſſium ad inſerendos muſculos neceſſariorum minuatur). De vtilitate oſſium ad recondenda viſcera (et ſimul quaedam de dubia diagnoſi fluidi morboſi in cauitate pectoris ſtagnantis). De organo olfactus, p. 154.
quatenus oſſeo: comparatio oſſis ethmoidei in homine cum eodem in brutis ſagacioribus. De oſſe petroſo et reliquis ad auditum pertinentibus. De celeri incremento oſſiculorum auditus in fetu (intra tertium et ſextum a conceptione menſem a pri- p. 176.
ma fere et vix diſcernenda origine ad perfectam paene magnitudinem, vti et in quadrupedibus vidit Cl. Auctor). De oſſibus, ſeſamoideis potiſſimum ad pollicem pedis ſitis, eorumque vſu ad firmandum ingreſſum. Denique pauca de vſu oſſis hyoidei et coccygis.

Progredimur ad ſectionem ſecundam de ſtatu p. 187.
praeternaturali oſſium. Primo quaedam magis ad phyſiologiam ſpectantia de euolutione corporis fetus, ex quibus marceſcentia aut plenarius defectus huius illiusue membri explicatur. Poſtea de varia diſpoſitione oſſium eorumque relatione ad impulſum cordis incrementum corporis efficientem, indeque pendente varia corporis conditione in relatione roboris oſſium ad ſtaturam vigoremque corporis vniuerſim: item de exceſſu ſtaturae aut nimis paruae aut magnae. De diuerſitate in ſceletis monſtrorum obſeruanda, deque dubia horum origine. De diuerſitate longitudinis vertebrarum, indeque pendentis longitudinis colli, et vnde ſubiecta eiusmodi

modi huic illiue morbo prae reliquis obnoxia putanda ſint. De variante coſtarum numero (quorſum autem apophyſes transuerſae vertebrarum thoracis referendae non ſunt, quas facile mutilatas coſtas
p. 210. ſpurias mentiri adducto exemplo Cl. Auctor docet). De variante numero digitorum et phalangarum. De palato fiſſo. De gibberoſis, cauſſisque deformationis eorum in educatione quam maxime quaerendis; quare etiam fuſius de orthopaedia differit Cl. Auctor, quod vero hic ſigillatim percenſere nobis a praefixo ſcopo nimis alienum videtur. Inde reditu ad oſſium laeſiones facto, primum de eo affectu diſputat, quem vulgo ſubluxationem ſpuriam (*wehe thun*) vocant. De laeſionibus externis oſſium, inprimis de difficultate iudicii ſuper lethalitate fra-
p. 269. cturae cranii ferendi. (Vir quidam dorſo ſecuris minoris vndecim ictus in caput accepit, ita vt tota calua diffracta eſſet; poſt aliquot demum horas mortuo ſimilis inuentus, tamen ſanitati reſtitutus eſt. Alius contra ictum in bregmate ſiniſtro vrcei fundo ſuſtinuit; ſymptomata leuiora viſa negligentioris curae cauſſa erant, donec poſt aliquot ſeptimanas ſubito mortuus concideret; ſectio monſtrabat leuem partis tactae laeſionem, ſed ſubiacentem tabulam interiorem, duram matrem et cerebrum ipſum ſatis notabili ambitu deſtructa, ſatis inſignem copiam puris in ventriculo ſiniſtro, ad fundum caluae ipſiusque medullae oblongatae initia progreſſam.

p. 275. Duo exempla oſſis petroſi diffracti, alterum a caſu ab alto, alterum ab ictu; hisque ſubiunctum tertium a globo plumbeo ex ſclopeto minore exploſo, qui in illud illiſus in latitudinem quidem depreſſus erat, ſimul tamen ipſum diffregerat). De exoſtoſibus caluae, iis quidem, quae nulli corruptioni humorum adſcribi poſſunt, quasque diſtinctionis

gratia

gratia Cl. Auctor hyperexoſtoſes vocat. De aliis
laeſionibus oſſium a cauſſis externis. Iuuenis a
motu violento curuatorio lateris dextri dolorem
acutiſſimum, ſed momentaneum tantum, ſentiebat;
poſt plures menſes oriebatur dolor in eodem loco
punctorius, nullis remediis cedens, tandem tumor
inflammatorius, qui ſuppurantibus adhibitis demum
ruptus multum puris boni fundebat, ſubſiſtente ta-
men dolore pungente in fundo vlceris, ex quo de-
mum exibat coſta infima ſpuria, fractura a capitulo
ſeparata: tunc remanente profunda cicatrice per-
fecte conualeſcebat aeger.

Obiter enarratur ſectio hominis triginta aliquot p. 284.
annorum ſubito in carcere, quo detentus fuerat,
mortui, cuius mortis cauſſa praecipua in polypo
ſiniſtri ventriculi cordis globoſo, magnitudine ca-
ſtaneae maioris, inueniebatur: ſpina vero dorſi,
quod propius huc ſpectat, mire detorta multis
etiam modis coſtas et muſculos dorſi mutauerat.
De laeſionibus coſtarum (iterum exemplum colle- p. 291.
cti intra ſaccum a pleura et pulmone enatum puris,
ab ictu in coſtas, hinc tamen non fractas, enatum,
qui ſolitis ſignis diagnoſticis ſe non prodebat. Ca-
ries coſtae ab ictu, ſenſim ſenſimque imminuta, p. 294.
licet poſt quinque annos, quum haec ſcriberet Cl.
Auctor, nondum prorſus ſublata). De cauſſis in-
ternis oſſa adficientibus: de aneuriſmate (exem-
plum inſigne in aorta deſcendente, corpora trium p. 299.
inferiorum vertebrarum thoracis carioſa reddente).
An muſculi conuulſi oſſa frangere queant? (du-
bium). De deprauatione humorum, quatenus cauſ-
ſae laeſionis oſſium exſiſtere poſſunt: inprimis de
miaſmate venereo et ſcrophuloſo, indeque produ-
ctis carie, exoſtoſibus cet. De fragilitate et friabili-
tate oſſium, forte ab acrimonia peculiari acidae in-
dolis deriuanda, eiusdemque cum materia arthritica

et

et calculoſa conuenientia. Huc etiam Cl. Auctor eam paralyſin artuum inferiorum refert, quam Cl. POTT deſcripſit, ita tamen, vt primam ſedem mali in ipſis corporibus vertebrarum inflatis et hinc medullam ſpinalem comprimentibus ponat.

De mollitie oſſium morboſa, et ſpeciatim de rhachitide: deſcriptio ſceleti viri rhachitici valde deformis. Exempla femorum incuruatorum in ranis
p. 397. et gallis: rhachitis plures pullos gallinaceos vna excluſos corripiens et lenta morte conſumens; capo ſanus viſus, carnis etiam edulis neque noxiae, integram cutem caeruleſcentem, oſſa vero omnia, duram matrem et interiorem tunicam ventriculi pigmento atro, quale choroideam oculi obducit, tectam offerebat; ſpina ſterni etiam, vt in pluribus gallis, paullum flexa. De curuatura pedum in canibus conſpicua: an in vertagis morbo ſit adſcribenda, dubium omnino videtur. Flexilitatis ab emollitione morboſa duo exempla fuſius enarrata: alterum feminae, in qua poſt aliquot partus felices oſſa
p. 406. peluis ſenſim ad ſe inuicem acceſſerunt, ita vt ſextus partus ſectione caeſarea perficiendus eſſet; alterum pueri, in quo tamen non obſcura indicia cauſſae rhachiticae ſectione detegebantur. Difficultates in determinandis variis acrimoniarum ſpeciebus, quibus oſſa deprauantur, obuiae. De fallaci ſigno phthiſeos ex ſplendente albedine dentium
p. 427. petito. Exemplum primae phalangae indicis in materiam ſebaceam conuerſae, absque cauſſa quadam praegreſſa, aliudque dentis molaris, corona aeque ac indicibus in ſubſtantiam carnoſam ſeu polypoſam mutati. De laeſionibus ligamentorum capſularium, ſiue a violentia externa, ſiue a collecta
p. 440. intus ſynouia: luxationes vehementiores, licet oſſibus integris, tamen ſi cutis et ligamenta capſularia lacerata fuerint capitaque oſſium denudata, facile

lethales

lethales reddi, niſi membrum protinus amputetur. De tumore ad vertebras lumborum ab hydrocephalo interno, in recens natis exorto. De exſiccatione ligamentorum capſularium indeque oriunda ancyloſi, cuius vniuerſalis duo exempla adducuntur. De ancyloſi a nimia quiete. De contractura variisque eiusdem cauſſis. Deniquè hiſtoria ſingularis a Cl° SAILLANT nuperrime deſcripta *). p. 446.

Supereſt iam, vt, quod polliciti fuimus, ex ſectione prima vnum atque alterum commemoremus, quod ipſi recenſioni commode inſerere non poteramus. Huc referimus relationem de infante mortuo in lucem edito, in quo manifeſta putredinis ſigna aderant: capilli et vngues fere vt in fetu perfecto; femora et genua incuruata et coalita, abdomen planum, facies ſolitae magnitudinis, ſed hydrocephalus enormis, ita, vt ſpatium a radice naſi vsque ad nucham 14, et a margine vnius auris vsque ad alteram 16 pollices aequaret; pondus totius infantis, de reliquo parui, erat octo librarum et viginti ſeptem ſemiunciarum. Ex capite aperto primo lympha rubella, deinde humor albicans intermixto cerebro effluebat, nil niſi medulla oblongata et originibus neruorum relictis. Dura mater ad ſuturas cum pericranio coalita varios ſaccos formabat, in quibus oſſa frontalia, bregmatis et occipitis libera iacebant, tantum inferiori margine cum ſuturis ſpuriis coniuncta. Oſſa frontis et bregmatis iuſto multo maiora: haec verſus 4 pollices longa et lata: craſſities, qualis in fetu ſeptimeſtri ſolet eſſe. Mater per aliquot hebdomadas motum infantis non perceperat: cauſſam tamen externam mortis adducere nullam poterat. p. 54.

Ante

*) Mémoire hiſtorique ſur la maladie ſinguliere de la veuve Mélin, dite la femme aux ongles, à Paris 1781.

p. 77. Ante viginti et quod excurrit annos Germaniam lithophagus (a notiſſimo tamen Kolnichero *), vt videtur, diuerſus) peragrauit, qui ſe in deſerta inſula diutius commorari coactum lapidibus comeſtis vitam ſuſtentaſſe narrabat, aſſerebatque ſe ex conſuetudine iisdem adhuc veſci oportere; coram adſtantibus etiam fruſtum lateris dentibus comminuebat et deglutiebat. Dentes inſpiciens Cl. Auctor eosdem admodum breues, craſſos et ſuperius latos, arctiſſime ſibi appoſitos inuenit.

p. 130. Poſt ſeditionem in inſula quadam **) a ſeruis nigritis conflatam quidam ex iis damnati ſunt, vt duabus nauibus affixi harum motu ope remorum excitato diuellerentur (ſupplicii genus, ſi non atrocius, certe ei aequiparandum, quod *Damiens* iſte famoſiſſimus Lutetiae ſubiit!): quod autem effici non potuit, niſi prius ſpina dorſi ſecuri ſinderetur, parteſque hae in medio diſcinderentur. Ita Cl. Auctor a teſte oculato relatum accepit.

p. 144. Mirabundus vidit Cl. Auctor hominem cantando praecellentem, qui eodem momento, quo cyathum vini bibebat, modulabatur egregie, ſonos tamen tantum absque verbis proferens.

p. 151. Peculiarem conditionem inuenit in femina prouectioris aetatis, nempe ſpatium molle inter os bregmatis et occipitis, longitudine dimidii pollicis, latitudine ad minimum trium linearum; hoc tamen non dolebat, ſed ſedes doloris erat in fronte; fiſſuram iſtam, vt referebat, iam a iuuentute ſenſerat.

p. 173. Puella iam quatuordecim annorum, de reliquo bene conformata et ſana, ſecundo aetatis anno ad vtrumque colli latus tumore in ſuppurationem abeunte laborabat, cum qua ſimul ex auribus pus et cum

*) Vid. VOGEL diſſ. de polyphago et lithophago Ilfeldae nuper mortuo et diſſecto Gott. 1772. 4.

**) Forte *Berbice?*

cum illo oſſicula auditus exibant: paullo poſt variolae vtriusque oculi vſu eam priuabant. Sic ergo ſurda et coeca absque vllis, quales ab anima rationali poſtulantur, notionibus viuit: affectus, potiſſimum gaudium, obtuſo quodam clamore prodit. Reliqui ſenſus auctiores ſunt: perſonas notas et ignotas olfactu diſtinguit, reliqua obiecta, inprimis monetam, cuius amantiſſima, tactu. Quae ad quotidianum vitae vſum pertinent, affert et rurſus ſecum aufert. Sibi ſoli relicta tamen incedere didicit. Operae pretium fore addit Cl. Auctor obſeruare, quantum anima in hoc corpore ſucceſſu annorum ad humanam naturam ſit acceſſura, potiſſimum quod moralitatem actionum attinet.

X.

ANDREAE BONN, *Anatomes et chirurgiae in illuſtri Athenaeo Profeſſoris,* Deſcriptio Theſauri Oſſium morboſorum Houiani. Adnexa eſt diſſertatio de callo, Amſtelaedami, 1783. 4. 200 pagg.

Collegerat IACOBUS HOVIUS, Medicus Amſtelaedamenſis celeberrimus, praeter alia praeparata anatomico-pathologica inprimis oſſa morboſa, eaque anno 1772 collegio chirurgorum dono tradiderat. Cuius ſupellectilis pretioſae curam in ſe ſuſcepit Cl. Auctor, tanquam Athenaei Profeſſor, ipſamque vna cum aliis medicis et chirurgis vrbis Batauorum celeberrimae variis ſpeciminibus locupletauit, praeterea in ordinem magis adaequatum digeſſit, deſcripſit quodlibet ſpecimen, animaduerſionibus illuſtrauit et ita huius theſauri vtiliſſimum exhibuit catalogum. Sic etiam rariora praeparata delineare atque aeri inſculpere curauit, mox harum iconum cum deſcriptione faſciculum editurus.

Primum caput de ſpinae morbis habet. Sed liceat modo hic rariorum quorundam ſpeciminum mentionem iniicere.

p. 11. Vertebrae dorſi ſex ſuperiores, cum duabus colli inferioribus. Corpus vertebrae colli ſecundae corpori vertebrae dorſi ſeptimae inſidet. Corpora vertebrarum mediarum deperdita. Arcus concreti. Hinc octo ſpinae dehiſcentes, in orbis ſpeciem reflexae, gibber efficiunt. Proceſſus obliqui per callum coaliti.

p. 12. Os ſacrum cum quatuor vertebris lumborum inferioribus hominis adulti. Corpora vertebrarum duo media carie conſumta fuere. Corpus vertebrae quartae corpori ſuperiori oſſis ſacri innititur et per callum accreuit.

p. 13. Spina bifida pueri decem annos nati. — Puer a natiuitate tumorem ex ſpina bifida ortum in lumbis geſtabat et poſt infauſtum lapſum protinus obiit.

p. 18. Inter *articulorum morbos* refert de luxatione capitis femoris, quod ſub muſculum tenſorem vaginae femoris eiusque vicinum gluteum medium verſus conuexam oſſis ilii partem adſcenderat; muſculi glutei capſam articularem carneam formabant, dorſo ilii increuit ſinus oſſeus ſpeciem acetabuli referens, qui caput ipſum recipiebat.

p. 19. Mulieris claudicantis os coxae ſiniſtrum cum femore: Femur capite et collo orbatum propius ad ilium accedit; ilium minus ſinuatum, iſchium incuruum; crura oſſis pubis longiora; acetabulum fere deletum.

Oſſa peluis atque femora mulieris adultae, vtroque pede claudicantis. Oſſa compoſita aliquam pelvis obliquitatem exhibent.

Sic et multa alia ſpecimina coxarum et oſſium femoris deſcribit, quae claudicationis cauſas diuerſas indicant.

Genu

Genu vtrumque hominis adulti. Paralyſi muſculorum cruris extenſorum et contractione flexorum crura flexa atque diſtorta. p. 29.

Plura refert exempla tumorum et cariei articulorum. Tumet atque dolet ancillae cuiusdam genu poſt grauem contuſionem. Aperitur tumor per ſe atque effundit ingentem corrupti ſanguinis copiam. Obiit atque extrema et tibiae et femoris carioſa reperta ſunt. p. 34.

Genu tumidum atque dolens poſt mortem apertum, lentum ſpiſſumque humorem effudit; ligamenta turgida, oſſa cartilagine denudata, carie eroſa. p. 35.

Pars humeri inferior amputata. Humor ſpiſſus capſam, quae cubiti articulum continet, repleuerat. Cartilagines eroſae, deperditae; tria oſſa, quae in cubito coëunt, diſſoluta, atque ſpinis obſeſſa. p. 36.

Mox *de anchyloſibus*. Oſſa ilium parte poſteriori ſacro coalita. Oſſa pubis interuallo disiuncta maiori. Oſſa pubis ancyloſi concreta ex equo. p. 41. p. 48.

Morbi oſſium ab iniuria externa. Quatuor cranii fiſſurae, vna in ora ſuperiore orbitae ſiniſtrae, altera prope commiſſuram oſſis frontis cum iugali, tertia ſub muſculo temporali, quarta in parte orbitali oſſis maxillaris verſus tertium dentem molarem procedens. Aperto cranio lamina orbitalis oſſis frontis ſiniſtri pluribus fiſſuris diffiſſa, quarum vna totum os cribriforme diuiſit, laminamque dextram orbitalem, vbi retroflexa fiſſura proceſſum lateralem oſſis multiformis disiunxit; altera partem petroſam oſſis temporum eiusdem lateris findebat. Cochlea hinc per medium fiſſa ſurditatem induxerat. p. 52.

Os humeri fractum, quod non conferbuit, ſed fragmenta tanquam articulo compoſita, mobilia ſunt. p. 59.

p. 60. Humerus ſiniſter medius fractus et ferruminatus. Os inferius oſſi ſuperiori fiſſo quaſi inſertum. Simile exemplum refert no. CLXXXIV.

p. 63. Femur ſiniſtrum medium fractum, ferruminatum, neque breuius factum. Fractura transuerſa.

p. 66. Hiſtoria claudi et ſimul hernioſi hominis, quae no. CCIV. legitur, lectu digniſſima breui deſcriptione comprehendi vix potuit, quapropter ad ipſam legendam lectores noſtros inuitamus.

p. 71. Femur dextrum in decem vel plures partes confractum. Muſculis contuſione laceratis, integumenta tamen illaeſa inueniebantur. Fragmenta, licet ſingula parum ſuis ſedibus mota ſint, ita conferbuerunt, vt vnum os efficiant, vix breuius.

p. 74. Tibia ſiniſtra media longitudine fracta. Os inferius elatum et inſigniter fiſſum. Fiſſura a fractura incipiens, obliquo ductu procedit et in malleolum internum finitur. Praeter hanc et aliae fiſſurae breviores iuxta partem fractam viſuntur.

p. 80. Patellae fracturae.

Morbi oſſium ſpontanei et a cauſa interna.

p. 97. Peluis oſteoſteatoma et totius ſceleti immutata natura. Reliqua enim oſſa vel incuruata vel tumida

p. 106. erant. Sternum carioſum ex polypoſo concremento.

p. 113. Coſta tota carioſa ex aneurismate. Portio oſſis maxillaris, quae ad naſum et praeſepiola pertinet. Putridum vlcus, quod nomam appellare ſolent, non ſolum partes molles, verum quoque et oſſa vitiaverat. Notantur praeter hoc adhuc alia exempla ſimilia.

Modus, quo natura os corruptum ab integro reſoluit.

p. 117. Pars oſſium verticis atque oſſis frontis longe maxima, vitiata, ſeparata. Os verticis ſiniſtrum latitudinis poll. rhenol. quatuor. Os verticis dextrum cum ſeparata parte oſſis frontis longitudinis pollicum rhenolandicorum nouem.

Oſſis

Oſſis femoris truncati orbiculus extremus, emor- p. 125.
tuus, ſuccreſcente carne calloſa excluſus. Amputatio facta eſt menſe Auguſto 1781; ſeparatio menſe Decembri 1782.

Morbi congeniti. Varia.

Embryo humanus, quadrimeſtris. Femora con- p. 127.
creta. Genua atque crura dehiſcunt. Pedes media membrana cohaerent.

Femur longitudinis XXII. pollicum cum di- p. 134.
midia.

Mulieris iunioris ſceletus proceritate et craſſitudine oſſium ſpectabilis. Cel. BONN oſſa omnia ſeorſim dimenſus eſt.

Calculus piriformis, veſicae modice inflatae re- p. 142.
ſpondens pond. vnc. XVI. dr. i. — Aeger conualuit annos natus XLV.

Huic enumerationi ſubnexa eſt diſputatio de p. 149.
callo, quam inprimis ſpeciminibus ex collectione Houiana illuſtrat Ill. Editor.

Callum neque cum glutine ſolubili comparat, p. 151.
neque veram cartilagineam naturam habere animaduertit; ſed potius apparet callus in homine viuo, ſicuti turgida, ſenſilis, atque ſubrubra caro tenerrimis papillis inſtructa, quae pure albido obducuntur et rudius contrectatae ſanguinem fundunt. Fit p. 157.
etiam fungoſa et excreſcit haec caro aliquando vulneribus et vlceribus oſſium, et reſecta, breui reſurgit. Callus quoque in ſubſtantiam denſam, p. 159.
flexibilem atque corio ſimilem conuertitur. Valde p. 164.
dubitat, callum cartilagini organicae ſimilem naturam vnquam habere. Circa articulorum tumores fere cartilaginea ſubſtantia interdum obſeruatur. Aliquando callus iacturam ſubſtantiae non, aut non p. 172.
in totum inſtaurat: tunc in oſſe cicatrix concaua remanet. Oſſa naſi, ſpongioſa, vomer, palatina at- p. 173.

que alveoli dentium exeſi nunquam renaſcuntur.

p. 175. Aliis autem oſſibus nimius ſuperincreſcit callus.

p. 177. Poſt luxationes oſſium noui ſinus articulares ex callo formantur. Qua ratione hoc fiat, explicat. Egregie et valde ſollicite ſuper hac re verba fecit, et quam maxime ea propter hortamur lectores noſtros, velint haec curatius in libro ipſo perlegere.

p. 190. Denique explicat oſſificatione naturali ipſa et aliarum partium C. H. induratione praeternaturali calli geneſin. In vniuerſum autem concludit, *naturam calli imperfecti membranaceam eſſe, naſcentem carnem repraeſentare, dein corium referre, in veram cartilaginem non degenerare; verum, vbi induretur, naturam membranaceam cum oſſea commutare, dum os corio ſuccedit: callum perfectum organicum partem oſſis fieri; aliquando etiam morboſi oſſis inſtar totum ſolidum eſſe, vel morbo remolleſcere atque carie diſſolui.*

XI.

D. AUGUST CHRISTIAN REUSS, *Reuerendiſſimi ac celſiſſimi Principis Epiſcopi Spirenſis a conſiliis intimis et Archiater, Soc. Med. Haun. Soc. Reg. Med. Edinburg. Sodalis et Socius honorarius,* Nouae Quaedam Obſeruationes circa ſtructuram vaſorum in placenta humana et peculiarem huius cum vtero nexum. Cum tabula aenea. Tubingae, 1784. 4. 64 plagg.

Difficilem illam de nexu foetus cum matre quaeſtionem duabus inprimis ſententiis explicare annituntur eiusdem indagatores, affirmantes alii, canales continuos inter placentam et vterum reperiri, obſeruantes alii, ſanguinem reſorberi ex ſinubus vteri et vice verſa etiam ex placentae ſulcis. Prioris ſententiae defenſores mox immediatas anaſtomoſes,

ſtomoſes, mox mediatas vaſorum arterioſorum vteri, nimirum cum venoſis placentae per intraſuſceptionem arguunt. Iſti, qui immediatum ſtatuunt nexum, prouocant ad haemorrhagiam vteri, cum extinguerentur matres, ad iniectiones, per quas materia ex vtero materno propellebatur per placentam in vaſa foetus et ex vaſis prolis in vaſa matris; quarum exempla notat HALLERUS plura, quales iniectiones mercurio W. COWPER, I. DRAKE, RAIM. VIEUSSENS, VERHEYEN, aëre TURNER, coloratis liquoribus NOORTWYCK, HUMMEL, DE GRAAF et alii perfecerunt, quorſum celebratiſſima MECKELII Patris enchireſis inprimis referenda: ad firmam quandoque et tunc difficulter ſoluendam placentae cum vteri pariete interiori connexionem, ad ſteriles foeminas, quae nondum fluxum menſtruum paſſae ſunt, et quibus vel fixo a natura tempore ceſſauit, vel morbo fuit obſtructus, ad menſium in grauidis ſuetam ſuppreſſionem; ad placentam, quae in vtero materno per longum tempus absque putredine remanſit; ad foetus denique corde deſtitutos, qui tamen incrementum aſſecuti ſunt. p. 6.

Quae argumenta et alia Auctor examinans, maxima ex parte refutat, ſicuti et alias rationes addit, quibus idem conſequitur. Iniectionibus enim, quas p. 26. ſupra notauimus, propriis et aliorum teſtimoniis et experimentis in dubium vocatis, contendit, lumina vaſorum in placenta, quae vterum reſpiciunt, adeo exigua eſſe, vt nec ſubtiliſſimum liquorem admittant, orificia vaſorum vteri e contrario inſigni inſtructa eſſe diametro; excluſo poſt partum foetu, non ligato funiculo vmbilicali et illaeſa tota placenta, per aliquod adhuc temporis ſpatium arterias in funiculo et placenta pulſare, nec tamen ſanguinem fundere; pulſationes arteriarum in funiculo vmbilicali non reſpondere pulſationibus arteria-

rum matris; matre iam mortua arteriarum vmbilicalium pulſum adhuc continuare; animali grauido radice rubiae tinctorum nutrito, foetus oſſa rubro colore non tingi; ſanguinem embryonis et matris
p. 29. a ſe inuicem eſſe diſcrepantem. Simili ſtudio et eorum ſententiam examini ſubiicit, qui mediatas anaſtomoſes defendunt.

p. 32. Mox ad alteram ſententiam, quae reſorptionem ſtatuit, progreditur et in ſecunda ſectione vaſorum
p. 35. placentae ſtructuram disquirit. Et primum brutorum cotyledones diuidit in vterinam et foetalem partem, quae compreſſae liquorem albeſcentem fundunt, qui non lacteus eſt, aſt potius ad amnii
p. 36. liquoris indolem accedit. Similem liquorem albicantem ex compluribus hominum placentis recentibus tertio vel quarto grauiditatis menſe abortu
p. 39. excluſis exprimere potuit. Quandoque plures foetus vnam communem habent placentam; figura placentae interdum oualis, rarius triangularis vel rhomboidea atque irregularis formae, craſſities peripheriae placentae et iuxta funiculi vmbilicalis inſertionem plerumque $\frac{1}{4}$ maior, quam in reliqua placentae ſubſtantia, aequans a $\frac{2}{8}$ ad $\frac{5}{8}$ pollicis rhenani a tertio ad quintum menſem grauiditatis vsque; verſus partum autem decreſcit ipſa ad lineas 12 — 15 immo amplius. Diameter placentae aequat 7 vel 8 vel 12 pollices; pondus in maturo partu editis placentis vnius librae ad viginti vncias; interdum
p. 42. modo decem vnciarum. Diſpeſcitur quoque commode placenta humana in partem foetalem et vteri-
p. 44. nam, ſicuti variis illuſtrat exemplis. Porro in vaſis et arterioſis et venoſis et in placentis hydatideis maturo partu excluſis atque vel tenui iniecto liquido repletis vel vacuis, ſicuti et in placentis abortiui partus valuulas conſpexit, easque in vaſis venoſis verſus partem vterinam, in arterioſis autem verſus

foetalem

foetalem inclinaſſe auctor eſt. Et ſine dubio haec obſeruatio ad praecipuas pertinet, quae in hocce tractatu proponuntur. Quas valuulas et cotyledonis humanae fabricam etiam iconibus illuſtrauit.

His igitur obſeruationibus edoctus contendit, p. 56. maternum ſanguinem ex arteriis vteri procurrere in vaſa cotyledonis, ibique deponi in ſinus cotyledonis parenchymatoſos, in quos hiant oſtiola vaſculorum minimorum ex parte vterina placentae, ſanguinemque vehi ope valuularum ſemilunarium per vaſcula partis foetalis ad ramos maiores venae vmbilicalis et venas foetus ipſius: ſimili vero ratione ſanguinem foetalem ex arteriarum vmbilicalium ramis in parte foetali placentae deduci ad ſimiles valuulas et ad vaſcula vterinae partis placentae, vbi deponitur ſanguis in cotyledonis ſinus, ex quibus per vaſa vteri venoſa iterum reſorbetur in matrem.

XII.

Succincta deſcriptio oſſium et muſculorum corporis humani, ac horum praecipue, qui in ſuperficie corporis ſunt obuii, methodo idonea tabellari concinnata a CHRISTIANO THEOPHILO HOFMANN *Med. D. Anat. et Chir. P. P. O. in Vniuerſitate Altorfina et ibid. Poliatro, Academiae Imperial. Nat. Curioſ. et Electoral. Mogunt. Scientiar. Collega,* cum XIX. Tabb. aeneis. Norimbergae, 1783. Fol. 50 pagg.

Eſt proprie noua editio libri, qui inſcribitur:

Kurzer Begriff der Anatomie, worinnen hauptſächlich die nöthigſten Stücke der Oſteologie und Myologie in XIX Kupfer-Tabellen enthalten, welche zugleich die Gebeine des menſchlichen Körpers, wie ſolche

ſolche unter denen Mäuſslein in ihrem natürlichen Lager ſich befinden, vorſtellen — nebſt einer Vorrede Herrn D. CHRISTOPH IACOB TREU, *herausgegeben von Io. Adam Delſenbach. Nürnberg,* 1733. *Fol.*

Curauit igitur Cl. HOFMANN iconum emendationem et correctionem, ipſasque noua et ſuccincta deſcriptione germanica et latina illuſtrauit. Nec poſſumus, nec volumus talius libri vtilitatem in dubium vocare, quamuis hunc laborem, quum plures ſimiles explicationes recentiorum, MÜLLERI, MAYERI et aliorum accurato et ſolerti calamo exaratae proſtent, minus neceſſarium iudicare debemus.

Monendum praeterea eſt, hancce deſcriptionem non ſolum in chirurgorum, verum quoque et pictorum et ſculptorum vſum editam eſſe.

XIII.

D. FRIEDRICH LEBEGOTT PITSCHELS, *Churfürſtl. Sächſ. General Stabs- und Garniſon-Medici, auch Lehrers der Anatomie, des Churfürſtl. Sanitäts-Collegii und Collegii Medico-Chirurgici Mitglieds und der Leipziger und Ienaiſchen deutſchen Geſellſchaften Ehrenmitglieds, Anatomiſche und Chirurgiſche Anmerkungen, welchen eine kurze Nachricht von dem Collegio Medico-Chirurgico zu Dresden voran geſchickt wird, nebſt fünf Kupferplatten. Dresden,* 1784. 8. 77 *pagg.*

i. e.

Analecta anatomica et chirurgica auct. F. L. PITSCHEL.

Praemiſſa

Praemiſſa breui hiſtoria ortus et progreſſus collegii medico-chirurgici Dresdenſis, de ſequentibus agit.

De poris biliariis, qui bilem ex hepate ad felleam veſiculam deducunt. In plus, quam quinquaginta cadaueribus ipſos conſpexit. Liquor in ipſis contentus obſcure flauus erat et ſapore bilem prodebat. p. 31.

De ortu pleurae et peritonaei. Non ex matre dura, ſed ex vagina medullae ſpinalis, cuius fibrae per corporum vertebrarum foramina transgrediuntur, deriuat harum membranarum originem. p. 38.

De apophyſibus alaribus oſſis ethmoidei. Iam a BOEHMERO, WALTERO, BERTINO et MAYERO breuiter commemorata, accuratius deſcripſit oſſicula Bertiniana. Suffulciunt os ethmoideum, inprimis in inciſura ethmoidea oſſis frontis. p. 48.

De petrefacto bouis cerebro. Repertum nimirum eſt in cranio alias ſani bouis cerebrum maxima ex parte petrefactum. SIMSONUS et DUVERNEY iunior ſimilia exempla enarrarunt. p. 55.

De extenſione et contraextenſione in reponendo humero luxato. Scapulam et clauiculam firmare inprimis ſuadet, et annulum aliquem ex bractea ferri, per quem humerus luxatus figatur, proponit. p. 66.

XIV.

SAMUEL THOMAS SOEMMERRING, *der Medicin und Chirurgie Dr. Churfürſtl. Mainz. Hofgerichtsrath und öffentlicher ordentlicher Lehrer der Arzneykunde auf der Univerſität Mainz, der Hochfürſtl. Geſellſchaft der Alterthümer zu Heſſencaſſel, der mediciniſchen Geſellſchaften zu London und Edinburg Ehrenmitglied, der Königl. Societät der Wiſſenſchaften zu Göttingen Correſpondent,*

dent, über die körperliche Verſchiedenheit des Mohren vom Europäer. Mainz, 1784. 8. 32 *Seiten.*

i. e.

De varietate fabricae corporis inter Aethiopem et Europaeum, auct. SAM. THOMA SOEMMERRING.

Inſtituit Cl. Auctor in cadaueribus quatuor Aethiopum ſectiones, quae ipſum ſequentia do-
p. 7. cuerunt. Maxilla inferior prolis Aethiopis paucorum tantum menſium ſimili ratione, ſicuti in adultis, prominebat, atque hinc inferior naſi pars latior et nares ampliores apparebant. Colli poſterior pars in Aethiope plana, neque adeo excauata, quemadmodum in Europaeo eſt, eiusdemque oculi cilia criſpa, copioſiora, confertim poſita, picei coloris ſunt; auris
p. 14. ſolito rotundior. Introitus in narium cauum multo ſpatioſior in Aethiope, oſſa ſpongioſa ſubtiliora
p. 16. quaſi veſicularia. Cranii cauum pro maiori facie minus ſpatioſum eſt, palatum oſſeum magis latum et hirtum, quam in Europaeo.

p. 18. Mox de cerebro et Aethiopum in ſpecie et eiusdem pondere in vniuerſum quaedam profert. Cinerea ſubſtantia cerebri Aethiopis vel eiusdem, prouti in Europaeo, eſt coloris, vel quoque dilucidior. Ex cerebri hominis et variorum animalium ad neruos eorundem comparatione cognouit, *hominem maximo cerebro praeditum, minimis atque ſubtiliſſimis neruis inſtructum eſſe, et modo ratione neruorum ad cerebrum*
p. 25. *habita, dici poſſe, homini maximum eſſe cerebrum.* In glandula pineali et Aethiopum et adultorum Europaeorum ſemper lapillos inuenit, quapropter pro maniae
p. 26. cauſa iſtos habere ipſi incongruum videtur. In Aethiope vix non ſemper oſſa ſeſamoidea, in Europaeis
p. 28. rarius inuenit. Reticulare Malpighii corpus vere

irregulare

irregulare formabat rete. Tandem morbos commemorat Aethiopum, ex quibus mortui erant, animaduertens, ex climatis atque victus mutatione propemodum in omnibus alius regionis hominibus et etiam in brutis non indigenis praeternaturalem obſeruari oſſium naturam.

XV.

An Inquiry into the nature and cauſe of that Swelling in one or both of the Lower extremities, which ſometimes happens to Lying-in Women. Together with an Examination into the Propriety of Drawing the Breaſts of thoſe who do and alſo of thoſe, who do not give Suck, by CHARLES WHITE, *Eſq. F. R. S. Member of the Corporation of Surgeons in London; Surgeon to the Infirmary and Lunatic Hoſpital and Vice-Preſident of the Literary and Philoſophical Society of Mancheſter: Honorary Member of the Royal Medical-Society; of the Phyſico-Chirurgical Society; and of the Society for the Encouragement of the Study of Natural Hiſtory of Edinburgh, and Correſpondent Member of the Royal Society of the Antiquaries of Scotland.* Warrington, 1784. pagg. 87. w. f.

i. e.

De natura et cauſis tumorum in extremitatibus puerperis contingentium et de lactatione, auct. CAROLO WHITE.

Sicuti multi alii puerperarum morbi, ſic et inferiorum tumores extremitatum, potius a ſuppreſſione lochiorum et lacte oberrante, quam a quacunque

cunque alia cauſa, ſcriptores inprimis Galli deriuarunt, qui et morbi naturam et eiusdem medelam ignorarunt.

p. 7. Symptomata huius morbi inprimis ſequentia ſunt: duodecimo vel decimo quinto die poſt puerperium dolor in inguine vnius lateris cum febre ſuboritur, et paulo poſt tenſio et intumeſcentia labiorum pudendi et extremitatis inferioris totius, ita vt volumine talis extremitas alteram bis ſuperet, ipſa extremitas caeterum calore, nec tamen externa inflammatione, afficitur. Dolor ſecundum totum pedem procurrit. Tumor durior calidior eſt iſti anaſarcae, nec diminuitur ſitu horizontali, ſicuti in anaſarca, planus, ſplendens et pallidus apparet; glandulae conglobatae prope inguina durae et nodoſae conſpiciuntur. Febris interdum duabus vel tribus ſeptimanis abſoluitur, interdum autem ſex vel octo hebdomadum ſpatio, hecticae ſymptomata induens demum finitur. Afficit hic morbus puerperas diuerſae naturae et temperamenti, ſanas et aegrotantes, robuſtiores, debiliores, adultiores, iuniores e. ſ. p. ſicuti et in quocunque tempore anni obuenit.

p. 12. Quae variis morbi hiſtoriis et exemplis illuſtrat, quorum quatuordecim caſus hic referuntur. Plerumque in eo latere obſeruatur tumor, in quo foetus excluſus eſt. Obſeruationes aliorum idem demonſtrant.

p. 37. Neque cum malo iſchiadico vel rheumatiſmo, neque cum anaſarca vel eryſipelate conuenit hic morbus, nec ab abſceſſu in ilio vel in faſcia lata ſuboritur. Neque a lochiorum defectu, neque lacte oberrante, vel quacunque alia metaſtaſi gignitur; nec morbus eſt venarum, arteriarum vel totius ſyſtematis lymphatici.

p. 41. Quapropter animaduertit, cauſam proximam huius morbi eſſe lymphae obſtructionem et accu-

mulationem

mulationem in inferiori extremitate prope ligamentum *Poupartii.* In quem finem vaſa lymphatica et ſuperficialia et profundiora, eorumque progreſſum et glandulas conglobatas diſtincte deſcribit.

Inter remotas cauſas commemorat compreſſionem a capite infantis durante puerperio, rupturam ligamenti Poupartii vel peritonei, vaſa lymphatica dilacerata e. ſ. p. vna cum vaſorum lymphaticorum ipſorumque debilitate. p. 48.

Medelam quod attinet, ab initio morbi ſuadet methodum antiphlogiſticam, eccoprotica, clysmata, interne opiata, externe fomentationes anodynas. Saepe veſicatoria ad extremitatis regionem ſuperiorem applicata profuerunt. Praeterea oleoſas inunctiones, balnea et faſciam commendat. p. 58.

Quibus quaedam ſubiunxit de mammarum ſuctione puerperarum, quae lac proli praebent, et earum, quae hoc nutrimentum ipſis denegant. His ſuadet, velint lactis excretionem ex mammis naturae derelinquere, neque aliis auxiliis ad ſuctionem aptis vti, potius lenioribus laxantibus et frigida diaeta ſibi conſulere. Aliter vero iudicat de iſtis puerperis, quae infantem lactant, in quibus nimirum ſuctio interdum adminiſtranda eſt. p. 66.

Priorem commentationem denique iconibus Hewſonianis lymphaticarum extremitatum inferiorum illuſtrare annititur.

XVI.

IOHANN GOTTLOB BERNSTEINS, *Herzogl. Sächſ. Berg- und Amts-Wundarztes neues chirurgiſches Lexicon oder Wörterbuch der Wundarztneykunſt neuerer Zeiten. Erſter Theil,* 1783. 524 *Seiten. Zweyter Theil,* 1784. 523 *Seiten. Gotha,* 8.

i. e.

Nouum lexicon chirurgicum, auct. IO. GOTTLOB BERNSTEIN, Tom. I et II.

Intereſt modo hic indicaſſe, Cl. Auctorem in componendo hoc libro laudabilem poſuiſſe operam, dum non ſolum recentiorum ſcriptorum optimas obſeruationes et dogmata concinne propoſuit, verum quoque inſtrumenta quaeuis vtilia, curandi vias, faſciarum apparatum deſcripſit. Multum quidem abeſt, quin hocce lexicon omni ex parte completum nec vlla additione indigere iudicaremus, tamen ſi auctoris conſilium et fructum, quem inde iuniores inprimis chirurgi capere poſſunt, perpendimus, non poſſumus non ipſum quam maxime commendare. Adiunctus eſt huic lexico index germanicus, miramur Auctori haud placuiſſe adiungere etiam alium graecum, alium proſodicum, qui inprimis chirurgis non adeo linguae eruditorum callentibus perutilis fuiſſet. Fortaſſe etiam, quaedam inſtrumenta vel encheireſes iconibus illuſtrauiſſe, non plane a re alienum fuiſſet.

XVII.

Iournal de médecine, chirurgie, pharmacie etc. T. LVII. à Paris, 1782. 8. p. 576. et T. LVIII. ib. eod. p. 576.

i. e.

Diarium ad medicinam, chirurgiam et pharmaciam pertinens etc. T. LVII. et LVIII.

T. LVII. M*enſis Ianuarius.*

p. 3. 1) TISSOT *Tractatus de neruis et eorum morbis.*

p. 14. 2) *Epiſtola* BACHERI *ad* BOUVART concernit hydropem

hydropem eiusque curam, multaque lectu digna inſunt.

Menſis Februarius.

1) *Altera epiſtola* BACHERI *ad* BOUVARTUM. p. 97.

2) AMILHON *obſeruatio de tumore ſcirrhoſo pylori.* Mortuo aegro ille tumor, quem antea iam cognitum fuiſſe commemorat A., cadauere aperto plenius innotuit; cui alia obſeruatio eiusdem argumenti adiecta eſt, et proceſſus verbalis de aperto cadauere. p. 137. p. 147.

3) WILLEMET *de roſa niuali Sibirica ſiue Rhododendro.* Deſcriptione accurata ſuppeditata, additis variis nominibus, vires medicas huius plantae commendat aduerſus morbos venereos ac rheumatiſmos. p. 151.

Menſis Martius.

1) DE BOISSIEU *disquiſitio de methodis refrigerandi et calefaciendi,* conſcripta, quum Academia ſcientiarum, artium et bonarum litterarum Diuionenſis praemium propoſuiſſet anno 1770, cui adiecta eſt diſſertatio GODARTI eiusdem argumenti, cui ſecundum praemium eſt decretum. p. 193.

2) BAUMES *epiſtola ad auctores huius diarii,* ad litteras a GARNIERO ad ipſum datas pertinens. p. 224.

3) SOBAUX *obſeruatio de febre putrida coniuncta cum arthritide vaga.* Conuulſiones, diſtorſiones oculorum et oris, oculi ſcintillantes, coniunctiua parumper inflammata, linguae ſiccitas, reſpiratio magna, pulſus eleuatus, ardor, ſudor, euacuatio bilis ſuppreſſae periculi magnitudinem declarabant. His ſymptomatibus grauibus ita ſuam operam impendit Noſter, vt, obſeruando per ſingulos dies morbi decurſum, idoneis remediis aptoque regimine ipſi occurreret. p. 228.

4) *Epi-*

p. 256. 4) *Epiſtola Fratris* BERNARDI *de remedio ad cancrum faciei.* En hic formulam; cinnabaris factitiae drachmas duas, cineris de ſolearum corio veteri combuſto grana octo, ſanguinis draconis grana duodecim, arſenici albi grana quadraginta. His omnibus ſimul ſumtis et in tenuiſſimum puluerem redactis, aeger lactis regimine et purgatione ante et poſt vſum eſt tractandus, ipſe vero puluis in vas quoddam aut vitrum immittitur, et paucis cum aquae guttis agitatur, atque penicillo e crinibus confecto et pauliſper humectato ita verſatur, ne arſenicum praecipitetur, et dein haec maſſa vlceri cum penicillo illinitur.

p. 263. 5) *Quaeſtio phyſiologica, num electricitas celeritatem pulſus augeat?*

Menſis Aprilis.

p. 288. 1) *Continuatio disquiſitionis* DE BOISSIEV *de methodis refrigerandi et calefaciendi.*

p. 303. 2) *Obſeruatio de paracenteſi in duobus pectoris lateribus facta auctore* LURDE. Sequutus eſt optimos auctores, qui in periculoſiſſimis ac deſperatis morbis etiam ad remedia grauia et ancipitia confugiunt.

p. 320. 3) BAUMES *epiſtola ad* SAILLANT *de inſultibus epilepticis.*

p. 331. 4) *Reſponſio* LAUVERIAT *ad obſeruationes et disquiſitiones* PALIGNI *de abuſu venae ſectionis tempore grauiditatis inprimis praecauendorum abortuum cauſa.*

Menſis Maius.

p. 385. 1) FOURCROY *lectiones elementares hiſtoriae naturalis et chymiae.* Traditur hic methodus, qua vsque ad hunc diem chymicas notitias conſequi poſſumus, et doctrina STAHLII cum modernorum comparatur, hunc in finem, vt has duas ſcientias perfecte tractare poſſimus.

2) *Con-*

2) *Continuatio et finis obſeruationis* LURDE *de* p. 408. *paracenteſi.*

3) BAUMES *de effectibus mercurii ſublimati cor-* p. 423. *roſiui in morbis lymphae.*

4) *Expoſitio ſuccincta de ſtatu Iohannae Pouble,* p. 431. *auctore* GRATELOUP. Laborabat illa paralyſi cum febre, quae ope balneorum ſublata eſt.

5) VANDORPE *obſeruatio de hernia incarcerata,* p. 434. operatione peracta iniectiones de fumo Tabaci factae, purgationes exhibitae, atque China in vſum eſt vocata.

Menſis Iunius.

1) *Hiſtoria ſocietatis regiae medicae anni* 1776 p. 481. *cum disquiſitionibus medicis et phyſicis eiusdem anni.*

2) *Reſponſio* SAILLANT *ad* BAUMES *transmiſſa.* p. 504.

3) BAUMES *animaduerſiones de vſu Ipecacuanhae,* p. 507. *et de effectibus Simaroubae in dyſenteria.* Ipecacuanham non prodeſſe docet, quum ſincerus cruor per dyſenteriam excernitur, neque quum aluinus fluxus mere mucoſus eſt citra ſanguinem, quicunque demum ſit inteſtinorum dolor, irritatio, deſidendi difficultas, ardor et frequentia. Duabus praeterea Simaroubae effectus firmat obſeruationibus, atque vires eius verbis IUSSIEU commendat.

4) BAUMES *animaduerſiones practicae de morbo* p. 517. *nigro.* Natura et ſymptomatibus huius morbi ſufficienter expoſitis, cauſas motuum extremorum collocat in congeſtionibus viſcerum et vaſorum infimi ventris, in ſtaſi bilis, ſanguinisque in vena portae. Medendi autem ratio conſiſtit in eo, vt ſanguis corruptus euacuetur, vt deſtructioni ſepticae humorum reſiſtatur, vt organorum reſtituatur tonus, et ſanguini iterum concilietur fluiditas. Qua quidem in re quam maxime laudat VARNIERII modum procedendi.

p. 527. 5) REGNAULT *de conſtitutione epidemica quadam.*

p. 544. 6) *Epiſtola Abbatis* SANS *ad* BACHERUM *de paralyſi.*

T. LVIII. *Menſis Iulius.*

p. 3. 1) *Hiſtoriae et commentationum ſocietatis regiae medicae primum volumen* recenſetur hoc et ſequentibus menſibus.

p. 22. 2) DUBOIX *commentatio de electricitate.* Prima parte traditur, qua ratione machinae electricae perfectiores ſint reddendae, electio et qualitas vitrorum vſibus electricis inſeruientium, electio iſolorum.

p. 42. 3) BAILHERON *de fluxu catarrhali veſicae duae obſeruationes.* Vir ſexagenarius hoc morbo correptus vſu apozematis ex borragine, bugloſſo, cichoreo, hedera terreſtri, ſyrupo tuſſilaginis et emollienti clyſmate, ſyrupo limoniorum, oleo amygdalarum dulcium, ſyrupo papaueris, aqua cardui benedicti et florum aurantiorum, et quinque granis pulueris temperantis Stahlii in emulſionem redactis, ad priorem ſanitatem rediit. Virgini eodem morbo laboranti praeſcripſit lenia ſaponacea, nitroſa medicamenta, venaeſectionem, clyſmata mucilaginoſa, olea, praeprimis amygdalarum dulcium in magna doſi, balnea, ſerum lactis, ius gallinarum etc.

p. 48. 4) SUMEIRE *obſeruatio de morbo regio ſolo vſu aquae frigidae perſanato.*

5) ELOY *obſeruatio de luxatione brachii.* Duae venaeſectiones, lintea impraegnata vino herbis aromaticis et foliis ſaluiae ſaturato, ſedarunt dolores et luxata ſuſtulerunt penitus.

Menſis Auguſtus.

2) *Continuatio et finis commentationis* DUBOIX *de electricitate Pars II.* concernit electricitatem medicam, agitque de virtute emmenagoga electricitatis, in anchyloſi ex congeſtione humorum orta cum relaxatione ligamentorum articulorum, in chorea ſancti Viti, in rheumatiſmo, malo iſchiadico, hemicrania et morbis huic proxime accedentibus, in paralyſi, debilitatibus, torpore et ſtupore. p. 126.

3) *Obſeruationes de morbo parum cognito, qui dicimeretur arthritis medullaris, atque ſpinae ventoſae ſpeciem conſtituit.* p. 148.

4) *Morbus miliaris in ſuperiori Occitania.* Quinque libri potiſſimum hac opportunitate prodiere, quorum ſaltem titulos laudamus. 1) Commentatio de morbo miliari et epidemico, qui fuit in Caſtelnaudary, auctoribus, Gallet Dupleſſis, Rigaud, Frizac, Vales, Laroque. 2) Disquiſitio medicorum in Caſtelnaudary, Souze, Carcaſſone et Montreal pertinens ad morbum iam graſſantem, ſubſcriptis nominibus, Frizac, Laroque, Gallet Dupleſſis, Valles. 3) MS. obſeruationes in forma reſponſionis ad Decanos et profeſſores vniuerſitatis Montiſpeſſulanae ad commentationem medicorum in Caſtelnaudary, de morbo epidemico ibi graſſante, ſubſcriptis nominibus Lamarre, Rene, Douan, Brouſſonet, Vigoureux, Sabatier et Brun. 4) Methodus curandi febrim exanthematicam miliarem auctore Gallet Dupleſſis. 5) Animaduerſiones de natura et medendi ratione morbi in Occitania graſſantis. p. 156.

Menſis September.

2) *Commentatio de morbo epidemico in Occitania, praelecta ſocietati regiae medicae.* p. 234.

3) *Continuatio et finis morbi parum cogniti auctore* SAILLANT. p. 255

Menſis October.

p. 289. 1) LALOUETTE *Tractatus de ſcrophulis, tertia pars.* Ante omnia examinat nouam methodum in compoſitione remediorum antiſcrophuloſorum. Martialibus remediis aliquam vim tribuit, loquitur de igne ſulphuris ſolaris praeparati per viam humidam, de alkali fixo calcareo, de igne ſulphuris calcarei, de ſulphure ſolari praeparato per viam ſiccam, de ſapone antimoniali ſolari, de ſapone martiali, et vbique animaduerſiones addidit practicas, ſimulque adiecit formulas pilularum reſoluentium, laxantium, tonicarum.

p. 330. 2) POTHONIER *obſeruatio de febre catarrhali pleuroſin imitante.* Remedia emetica magna leuamina attulere, et ſudores, et euacuationes bilioſae ſpem optimam fecere, et aeger vſu laxantium conualuit.

p. 331. 3) IMBERT *de effectibus abſceſſus et naturae praeſidiis.* Puella nouem annorum, ſuperatis variolis, infeſtata abſceſſu ſub humero dextro, aperto illo in conſpectum venit clauicula ſeparata atque ſeiuncta ab acromio, quae in ſua tota longitudine perioſtio nudata fuit. Noſter clauiculam in ſuum locum reſtituit et ligamenta iniecit, vt acceſſui aëris via praecluderetur, quo facto beneficio naturae ſanata eſt puella.

p. 333. 4) BRISSON *obſeruatio de reunione tendinis Achillis transuerſe diſſecti.*

p. 337. 5) WANTERS *animaduerſiones obſeruationum* SEGRETAIN *concernentes ſuppreſſionem vrinae a conuerſione vteri ortam.*

Menſis Nouember.

p. 415. 2) DOUBLET *de febre maligna petechiali in noſocomio S. Sulpicii.* Venaeſectio in prima periodo, et euacuantia cum temperantibus, et veſicantia, et quinquina

quina cum camphora in ſecunda ad ſpaſmos ſopiendos multum profuerunt. Surditas fere omnes inuaſit aegros.

3) FOUQUET *Obſeruatio de ſtranguria curata per mercurium ſublimatum corroſiuum et cicutae extractum.* p. 420. Venaeſectio, purgantia, et balnea praeceſſerunt ipſam curam, dein mercurii ſublimati corroſiui grana octo cum vncia vna ſpiritus nitri dulcis exhibita fuere, vt viginti vel viginti quinque guttulae aſſumerentur cum ſero lactis, tandem extractum cicutae in pilulis ad vnum granum datum eſt, ita vt doſis pilularum omnibus quatuor diebus augeretur, interpoſitis lenioribus purgantibus, et decocto hordei, radicis althaeae, liquiritiae, graminis canini etc. tandem vſurpatae ſunt pilulae ex croco mart. adſtr. bolo arm. corall. rubr. ſang. dracon. maſtich. ana ʒj et olei lauendulae guttis X cum terebinth. venet. in maſſam pilularem redactae, ita vt vnaquaeque granorum 6 pondus aequaret.

4) DESGRANGES *obſeruationes et animaduerſiones ſuper hernia incarcerata.* p. 426.

5) *Disquiſitio morbi, qui puerperis in noſocomio Pariſino fuit infeſtus.* p. 448. Deſcriptione morbi praemiſſa, ſymptomata vniuerſa, peculiaria, progreſſus morbi, cadauerum inſpectio, et modus curandi A DOULCET felici cum ſucceſſu propoſitus commemorantur.

Menſis December.

1) *Tractatio de laborioſis partubus et de polypis vteri auctore* HERBINIAUX. p. 481. Primum volumen quatuor abſoluitur capitibus: 1) contra aduerſarios ROONHUSII eſt directum; 2) explicat mutationem, quae ratione inſtrumenti Roonhuſiani Noſter fecit; 3) tractat ſymptomata ab vſu forcipis orta; 4) indicat modum applicandi hoc inſtrumentum in diverſo poſitu capitis in pelui.

p. 496. 2) *Reſponſio* TITSINGHII *ex bataua lingua tranſlata.*

p. 502. 3) DOUBLET *de febre, cui nomen febris puerperarum inditum.* Tres ſtatuit ſpecies 1) orta a lentore lactis in mammis, quam febrim puerperarum ephemeram appellat; 2) ſi non adſcendit lac ad mammas, ſed verſus abdomen dirigitur, et haec eſt febris puerperarum aucta, tertia denique cum metaſtaſi lactis coniuncta conſtituit febrem puerperalem tardiuam.

p. 516. 4) IEZE *obſeruatio de vſu dentelariae in morbis ſcabioſis.*

p. 517. 5) DUPRAIGNE *obſeruatio de hydrocephalo infantis, cuius extremitates ſuperiores monſtroſae erant.*

p. 520. 6) ESPIAUD *de operatione lithotomica.*

p. 522. 7) ROBINEAU *obſeruatio de bubonocele.*

p. 626. 8) LIEUTAUD *obſeruatio de gangraena tibiarum poſt ebrietatem et ex nimia conſtrictione orta.*

XVIII.

Avis aux perſonnes qui ſont vſage des eaux de Plombiéres, ou Traité des eaux minérales par M. DIDELOT, à Bruyeres, 1782. 8. 283 pagg.

i. e.

Commentatio iis inſeruiens, qui aquis ſoteriis Plombiereſiis vtuntur ſ. tractatus de aquis mineralibus.

Multi quidem de his aquis commentati ſunt, inter quos honoris cauſa nominare liceat Cll. RICHARDOT, ROUVROIS, ZUIGER, BERTHEMIN, LEMAIRE, CALMETUM *), aliosque, verum non ſuper-

*) V. Traité hiſtorique ſur les eaux de Plombieres, à Nancy 1748. 8. cuius tamen verus auctor eſt Pater Durandus,

ſuperuacuum ideo ſuſcepiſſe laborem Cl^{um} Auctorem ingenue fatemur, quum multa inſint huic libello bene ſcripta, quamquam non diffitendum, inveniri etiam in illo quaedam, quae emendatione indigere videantur. Omnia vero, quae ad hoc argumentum ſpectant, articulis XV continentur, de quibus ſigillatim pauca commemorabimus. In vniuerſum varia ratio his aquis vtendi, cum regimine, et morborum deſcriptione, in quibus adminiſtrandae ſunt, deſcribitur, et obſeruationes practicae effectibus firmandis aptae adiiciuntur.

Art. I. introductionem in vniuerſum continet, p. 5.
qua differitur *de harum aquarum praeſtantia, vſu et
experientia per longam annorum ſeriem confirmata.*

Art. II. accuratam Topographiam ſiſtit, quae p. 21.
ſimul breuem templi aedificiorumque praecipuo-
rum adumbrationem ante oculos ponit; ſitus eius p. 22.
quammaxime ſanitati fauet propter montes adia-
centes, et aër, qui inſpiratur, propter puritatem
ſanus eſt.

Art. III. Balnea, ſudatoria et fontes deſcribun- p. 34.
tur paulo accuratius. Balneum nouum regium iuſſu
LUDOVICI XV. conſtructum ob frequentiam potiſſimum commemorandum. Dein differit de ſitu ſudatoriorum, de loco, vbi ope ſiphonis aquae ad partes affectas protruduntur, et de aquis, quae ore aſſumuntur, de ſaponaceis et ferruginoſis aquis differitur, et fons in medio ambulacri ſitus depingitur.

Art. IV. agit *de aquarum grauitate, calore* ex p. 43.
experimentis cum aërometro et thermometro inſti-
tutis, aeque ac earum analyſi chymica a Celeberri-
mis CHARLES, LE MAIRE, et NICOLAS facta. Ca- p. 56.
loris autem cauſam in igne collocant ſubterraneo,
qua

Durandus, cuius librum Calmet auxit tantum et animaduerſionibus illuſtrauit.

qua tamen occaſione Cl. NICOLAS reprehenditur cauſam caloris Vulcanis quibusdam tribuens. Paracelſus et Richardot, a natura his aquis calorem eſſe inditum affirmant, alii lapidem calcareum, alii pyriten, alii fermentationem in terra a ſale et ſulphure
p. 76. ortam, Auctor autem fluidum igneum in terrae quibusdam partibus cum quadam humiditate iunctum, et fermentationem pro vera venditat cauſa.

p. 86. *Art. V. Modus agendi harum aquarum declaratur.* Virtutem illis tribuit diluendi, aperiendi, obſtructiones reſerandi, reſoluendi, humores diſſipandi
p. 90. coagulatos, viſcidos, et roborandi. Qui agendi modus in ſtomachum, ſanguinem et caput vberius exponitur atque dilucidius.

p. 94. *Art. VI. Morbi commemorantur, in quibus egregiam ſuam aquae minerales exſerunt virtutem,* ſiquidem dolores capitis periodicos et inueteratos mirum leuant in modum, hemiplegiam, paralyſes communes et proprias, cum ſenſuum abolitione tollunt,
p. 96. debilem reſtituunt memoriam, conuulſiones, tremores capitis, brachiorum et pedis propellunt, defluvio oculorum ab acribus humoribus orto medentur,
p. 98. coecitati, ſurditati, tinnitui aurium, vlceribus, oris detorſionibus tollendis proſunt, in obſtructionibus,
p. 105. febre quartana, in fluxu hepatico, lienteria, diarrhoea habituali egregie iuuant, vermes necant, do-
p. 106. lores renum ſedant, calculum propellunt, vlcera
p. 107. veſicae ſanant, fluorem album curant, femellas reddunt fecundas, aliisque innumeris medelam afferunt morbis, quae omnia exemplis firmata ſunt.

p. 121. *Art. VII. Morbi recenſentur, quibus aquae noxiae eſſe cenſentur.* In pectoris morbis, in raucedine inveterata, in vocis exſtinctione per plurimos annos, in haemoptyſi, febribus catarrhalibus, hydrope, et oedemate pedum vſum harum aquarum non eſſe proficuum quamplurimi profitentur, at A. Cl. mul-

tis

tis declarat exemplis, minime haec vera eſſe, quid quod contrarium ſe vidiſſe aſſeuerat, et ſiniſtrum effectum ex adminiſtratis minus recte aquis prodiiſſe affirmat.

Art. VIII. Morbi, quibus aquae ſunt contraindicantes. Huc referuntur hydrops cum effuſione in pectus et abdomen, abſceſſus hepatis, lienis aut alius viſceris, inflammationes pectoris, ſcirrhi inueterati, febres continuae, inflammationes inteſtinorum, epilepſia, vertigo, morbi venerei. Exemplis haec omnia vt et cadauerum inſpectione illuſtrantur comprobanturque. p. 131. p. 136.

Art. IX. Fontem ferruginoſum in medio ambulacri ſitum deſcribit. Quum mars viſciditates ſoluendi et deſtruendi obſtructiones infimi ventris virtute ſit praeditus, ille fons medelam affert potiſſimum morbis chronicis, cachexiae, ictero, chloroſi, ſuppreſſioni menſium, lienteriae, ſudoribus continuis, melancholicis, vaporoſis et cruditatibus acidis repletis. p. 140. p. 142.

Art. X. Modus ſudatoriis vtendi et morbi, quibus conueniunt et aduerſantur. Moderate ſi adhibentur, leuamen affertur, nimia copia intendit morbos. Inprimis in morbis, vbi lympha acrimoniam nacta eſt, robuſtioris conſtitutionis homines vnoquoque die ter aut quater, delicatioris autem ſtructurae homines tantum interiectis duobus diebus ſemel tantum his vti tenentur. Qui inflammationibus, oppreſſionibus, aſthmate et pulmonum morbis laborant, abſtinere ab his debent. p. 147. p. 150.

Art. XI. Modus vtendi aquis per ſiphonem corpori admouendis, et morbi quibus conueniunt et aduerſantur. Calidae hae aquae cum tribus partibus frigidae miſcentur, nimius ſiquidem calor morbos exaſperat, v. c. rheumatiſmos, paralyſes etc. Temperatae autem aduerſus catarrhos, cephalalgias, vertigines, p. 153. p. 163.

tigines, paraplegias, anchyloſes etc. admodum ſalutares ſunt.

p. 169. *Art. XII. Praecepta in vniuerſum circa vſum aquarum.* 1) Si debilitas inde oritur, per vnum, duos et tres dies vſus interrumpendus. 2) Si appetitus proſternitur, debilitas, dolor ſtomachi, ſingultus, vomitio oritur, exceſſus in potu eſt cauſa, ergo quantitas minuenda eſt. 3) Si calor inteſtinorum, dolor renum, ſitis ardens, cum vertigine et conuulſionibus accedit, per aliquot tempus intermittendae, diaeta refrigerans obſeruanda et ſubſtituendae aquae minerales Buſſangenſes, aut aquae fontis in ambulacro. 4) Si ſomnolentia grauitasque adeſt, euitanda alimenta difficilis concoctionis, oblectamenta quaerenda, leuis exercitatio, aluus libera tenenda, interdum venaeſectio et frictiones moderatae adhibendae. 5) Si acuti dolores in ſtomacho, qui malae digeſtionis ſunt indicia, balnea nocent, per medicamenta naturae et exactam diaetam ipſis ſuccurrendum. 6) Si febris adeſt, illius cauſa eſt deſtruenda et a balneo abſtinendum.

p. 172. *Art. XIII. Cautelae circa vſum aquae potandae.* Peregrini per octo aut quindecim dies ante vſum diaeta et medicaminibus conuenientibus ſe praeparent, poſt aduentum per duos requieſcant dies, dein venaeſectione et purgatione leni vtantur. Senibus
p. 177. et infantibus non conuenit venaeſectio. Hora vſus aquae non accurate determinari poteſt propter tempeſtatum viciſſitudines. In debilitate a parua doſi incipiendum et ad maiorem procedendum ſenſim. Exercitatio non intermittenda. Nihil aſſu-
p. 187. mendum, et ne ientaculum quidem. Oborta diarrhoea, eius violentiae eſt occurrendum.

p. 193. *Art. XIV. Modus vtendi balneis.* Poſtquam multa egregie de legitimo balneorum vſu et differentia
p. 203. diſputata fuere, regulas has praeſcripſit. 1) Balneum

um ingrediendum tribus, quatuor aut quinque die-
bus poſt vſum aquarum internum. 2) Poſt purga-
tionem. 3) Per gradus balneis vtendum, ita vt
commoratio in eo primo breuis, dein longior fiat.
4) In ipſo balneo quaedam vitra aquae ebibenda.
5) Non nimis ſit calidum balneum. 6) Matutino
tempore, poſt ſudatorium et admiſſionem aquae ſi-
phonis balneum eſt ingrediendum. 7) Ante bal-
neum nullum alimentum aſſumendum. 8) Curan-
dum de aluo aperta.

Art. XV. De diaeta obſeruanda in aquarum vſu. p. 225.
Frugalitatem ante omnia commendat A. Cl. atque
vitare iubet alimenta diuerſa et varie compoſita,
cibi aromatici conditi ſunt pernicioſi. Carnes volati- p. 227.
lium, vaccinae, veruecinae, agninae, ſunt aſſumen- p. 233.
dae. Coenae inſeruiunt carnes gallinae, columbinae,
perdicum, alaudarum etc. nec non piſcium trutta-
rum, percarum etc. Legumina vero prorſus exulent.
Panis ſit ex farina tenuiſſima paratus, bene fermen- p. 235.
tatus et coctus. Omnia cruditates gignentia abſint,
qualia ſunt lactucae, fructus horaei, fragariae, cera-
ſa, mala perſica, mala armeniaca, pira, rubi idaei,
quibus virtus aquarum minuitur. Fungi, boleti etc. p. 240.
iuribus additi obſunt. Inter potulenta, aqua omni- p. 241.
bus reliquis praeſtat. Vinum purum aſſumtum ſti-
mulat et irritat fibras, aquae vitae digeſtionem im-
pediunt. Vſum caffeae interdum permittit, choco- p. 249.
latam ſic dictam ſanitatis communi praefert, potum
theae ob relaxationem partium diſſuadet; aër matu- p. 253.
tinus fugiendus, qui propter vapores et exhalationes
plantarum humidior factus, nocet. Exercitationes
contra multum praeſidii afferunt. Neque ſomnus, p. 260.
neque immoderatae vigiliae ſunt admittendae; ille
enim inertes facit omnes corporis partes, hae ner-
vos et ſanguinem nimium mouent. Secretionum p. 261.
et excretionum ſit iuſta proportio, et animi affe- p. 262.

ctuum

ctuum habeatur ita ratio, vt non niſi grati et moderati durante vſu aquarum animum obſideant, ingrati vero et vehementiores procul abſint.

XIX.

Diſſertation ſur le charbon malin de la Bourgogne, ou la puſtule maligne, Ouvrage couronné par l' Academie de Dijon, ſeconde edition, augmentée, avec un examen de l' avertiſſement et des notes de l' editeur du Traité de l' anthrax de M. CHAMBON, par M. THOMASSIN. à Basle, 1782. 8. 79 pagg.

i. e.

Diſſertatio de carbunculo maligno Burgundino, ſ. puſtula maligna, ſecunda editio, aucta adiecto examine commentationis et animadverſionum Cl. Editoris libelli Cl. CHAMBON de anthrace: auctore Cl. THOMASSIN.

Academia Diuionenſis praemium ei decernere atque adiudicare conſtituerat, qui carbunculi maligni Burgundiam infeſtantis naturam, theoriam atque cauſas declaraſſet, atque docuiſſet, qua methodo ex praxi et obſeruationibus ducta, tuto huic morbo ſit medendum. Inter varia ſcripta huius rei cauſa litteris conſignata, duo potiſſimum Academiae hoc praemio digna viſa ſunt, ſcilicet Cll^orum^ THOMASSIN et Cl. CHAMBON diſſertationes, quibus quoque praemium ita eſt diſtributum, vt vnusquisque dimidiam partem acciperet. Verum enim vero Cl. CHAMBON, qui haud dubie totum ad ſe praemium deferri voluit, ideo excanduit ira, atque grauiter in Cl. THOMASSIN inuectus eſt, eiusque diſſertationem omnibus perſtrinxit modis, vnde quum ille

ille alteram editionem appararet, obiectionibus Cl. CHAMBON occurrere atque ſe defendere voluit, praemiſſa quadam verboſiori reſponſione, ſummam autem harum obiectionum paulo inferius commemorabimus.

Iam ipſam diſſertationem recenſere placet. In p. 2. vniuerſum hunc morbum deſcripſit, quippe qui tumor fuit inflammatorius, quem ſemper ſphacelus ſequutus eſt, qui ſubitam produxit mortem, niſi tempeſtiue remedia apta atque accommodata huic malo adhibita fuere, atque hic tumor ipſi parum differre videtur ab anthrace. Raro nec tam celeriter in hoc morbo malignae exortae ſunt puſtulae, quales in carbunculo maligno Occitanienſi, quem deſcripſit Cl. FOURNIER *). Peculiarem autem fi- p. 5. guram habet puſtula illa, planam, ſuperficiariam, inaequaliter rotundam et eleuatam, paruis depreſſionibus et eleuationibus quam plurimis tectam, colorem cutis paene naturalem et paululum nitentem referentem. Horis duodecim, ſedecim aut p. 6. viginti quatuor praeterlapſis, interdum poſt tres, quatuor aut quinque dies, de nouo incipit pruritus fortior, acrior et cum doloribus vehementibus iunctus, tumorque increſcit, fit durior, et puſtula in paruas veſiculas plurimas, primum pallidas, poſt flavas, griſeas, nigras et ſiccas abit: gangraena tunc ac- p. 8. cedit et tumoris centrum fit ſphaceloſum, in cute vero fit eſchara, quae ſeſe in phlyctaenam eleuat, et admodum increſcit. Ipſius eſcharae facies puris p. 9. egreſſum impedit, cum febris acceſſione et diarrhoea; ſuppuratio tamen lente et non niſi accedente noua inflammatione procedit, quae carbunculoſa eſt, febris tamen non ſemper adeſt. Si autem febris p. 10. accedit,

*) Obſervations et expériences ſur le charbon malin avec une méthode aſſurée de le guerir, Dijon, 1769. 8.

accedit, illa coniuncta eſt cum deliquiis, anxietatibus,
p. 11. vomitionibusque, et debilem reddit aegrum. Somnus aegrorum, ſi a febre non infeſtantur, interrumpitur inſomniis terrificis, et aliis; deliria perpetua ſunt vsque ad ſomnum; aliis aluus clauſa, aliis aperta eſt.
p. 12. Sic morbus eſſe ſolet, ſi admittit medelam, verum ſymptomatibus ſeſe augentibus cum totali virium proſtratione et omnium functionum perturbatione deliriisque continuis, mors eſt in procinctu, et ipſa cadauera ſtatim in putredinem abeunt et odorem ſpargunt horribilem.

p. 13. His praemiſſis, naturam et cauſas morbi examinat, atque primo docet, carbunculum non aliter, quam per gangraenam, terminari, et gangraenam denique vtilem fieri, ſi omne principium irritationis per eam ſit deſtructum; ſic enim ſenſibilitate amiſſa
p. 14. omnia ceſſant ſymptomata. Quae autem a quibusdam auctoribus de ſuppuratione carbunculi afferuntur, meris fabulis accenſenda exiſtimat A. Cl. aucto-
p. 16. ribus IOUBERTO, DE VIGO, CHALMETTE. Sedes puſtulae malignae eſt in cute et corpore adipoſo, et haud raro gangraena vsque ad muſculos procedit. Principem cauſam huius morbi, omnes enim nondum cognitae ſunt, conſtituit materia irritans et acris, in cute firmiter reſidens et irritationem producens, quae humores attrahendo inflammationem
p. 17. excitat cum tumoribus. In vniuerſum puſtulae illae infeſtare partes corporis humani liberiori aëri expoſitas, faciem, collum, manus, brachia, pedes, et ceruicem ac guttur penes femellas ſolent.

p. 19. In Burgundia morbus ille eſſe endemius hanc ob rationem ſolet, quoniam eius ſitus remotior a ſole paulo eſt, et in vicinia ſtagnantes inueniuntur
p. 20. aquae. Ipſum contagium euidentem cauſam malignitatis prodit, quod per contactum in alia tranſit
p. 23. corpora, etiam in veterina, et exemplo declarat,

per

per vaccam hoc morbo exſtinctam hominem ſexagenarium, qui ipſius corpori manum indiderit, fuiſſe infectum, cuius rei plurima protulit A. Cl. exempla.
Neque a contagio immunes fuere, qui curam ae- p. 30.
grorum ſuſceperunt, aut iis miniſtrarunt. Cauſae p. 31.
occaſionales quoque hic veniunt in cenſum, v. c. regionis humida et paludoſa qualitas, exhalationes terrae in nimio aeſtu, inſectorum morſus, attactus
carnis et ſanguinis mortuorum animalium. Cauſae p. 32.
vero fermentationis nondum patent, modus tamen p. 33.
vtique poteſt declarari vberius per irritationem, quam venenata illa materia producit in neruis, ex qua
omnes effectus exponi poſſunt. Igitur phaenomena p. 35.
illa aetiologica cum iis, quae morſibus viperarum fiunt, conueniunt.

Expoſitis cauſis, pergit A. Cl. ad medendi ratio- p. 42.
nem externam pariter ac internam. Externe gan- p. 44.
graenae occurritur, ſi progreſſui mali limites ponuntur per topica, quibus orgasmus et tenſio fibrarum neruoſarum imminuitur, cui quidem indicationi ſatisfit cataplaſmate anodyno ex mica panis et
lacte parato; ſi autem puſtula colorem mutare inci- p. 45.
pit, ſubſtituendum paullo efficax et magis irritans topicum, cataplaſma eſt applicandum ex theriaca, quod puſtulam large tegit, vicinae autem partes anodyno cataplaſmate ſunt tegendae. Deficiente theriaca, adhiberi poſſunt allium contuſum, cepae crudae, piper, ſinapi, ſapo inter ſe mixti ad formam
cataplaſmatis. Separationi eſcharae inſeruiunt p. 46.
mellis cochlearia IV. vitelli ouorum II. fermenti vetuſti cochlearia III. et ſaponis ſemiuncia, ex qui-
bus fit cataplaſma calide applicandum. Irritantia p. 48.
contra et attractiua medicamina prorſus exulare de-
bent. Eo demum tempore, quo puſtulae ad gan- p. 49.
graenam vergunt, ſcarificationes ſunt neceſſariae; p. 51.
ſi autem altius reſederit et ad contextum celluloſum

penetrauerit malum, tunc exſtirpatio tentanda eſt, quae tamen propter contraindicantia etiam eſt omit-
p. 57. tenda. Denique diſſectio eſcharae commendatur.
p. 58. Ad amputationem natura duce nobis deuenientibus, cogitandum eſt de cataplaſmatibus carni mortuae imponendis, quae mollitiei praeueniunt et putredini occurrunt, et de tegendis vicinis partibus medicamine quodam anodyno. Primae indicationi ſatisfit medicaminibus acrimonia mordente praeditis, v. c. theriaca emollita cum pauxillo ſpiritu vini campho-
p. 59. rato et cum plumaceolis impoſita. His tamen non obſtantibus eſchara applicata theriaca manet mollis et humida, quo in caſu vnguentum aegyptiacum cum ſpiritu vini camphorato in formam linimenti eſt redigendum, et cum linteo carpto applicandum;
p. 60. interdum maior virtus concilianda eſt aegyptiaco vnguento, eluendo gangraenoſas partes ante cum aqua phagedaenica. Et ſic vsque ad ſeparationem totalem per ſuppurationem progrediendum eſt. Eſchara quoque quotidie, ſi neceſſitas exigit, ſcalpello propter craſſitiem minuenda, et limbi forfice amputandi. Carnibus mortuis tandem ſeparatis, remanet
p. 61. vlcus, quod conſolidandum eſt. Verum enim vero internis quoque remediis multum eſt tribuendum. Neceſſitas rei poſtulat interdum venaeſectionem, quam ſequitur euacuatio primarum viarum a ſabur-
p. 62. ra per vomitorium ex tartaro emetico. Purgantia
p. 64. medicamina nihil proſunt. Reliqua medicamenta debent eſſe antiſpaſmodica et cardiaca. In languore ſyſtematis arterioſi, ſi ſtagnatio metuenda, vinum
p. 65. album aqua temperatum proficuum eſt. Diaeta ſit ſeuera, praeprimis in morbi impetu, et nutriendo tunc corpori per viginti quatuor horas ſufficiunt iuſcula cum pane aut 4 paterae caffetanae, et polenta cum pauxillo ſacchari. In aeſtate fructus ſucculentos addere poſſumus, ſed carnes, oua, et quae

putredi-

putredinem gignunt, abeſſe debent. Camera aegri temperate calida ſit, et interdum aëri fiat acceſſus liberiori aperiendo feneſtras, vaſa aqua frigida repleta ibi ſint et ramuſculis arborum infarcta. Senſilitas, actio ſolidorum et motus humorum ſtagnantium per cardiaca, vinum, theriaca, ſal volatile viperarum, cornu cerui, ſpiritum volatilem ſalis ammoniaci, elixirium theriacale etc. procurari debet. Spiritui tamen volatili ſalis ammoniaci plurimum tribuit. Neque virtute ſua priuat alkali volatile, quod adhibuit Cl. LE ROUX, cui et Chinae radicem adiicit. Tandem vlcerum poſt eſcharae ſeceſſum curam adgreditur, in qua potiſſimum ad laxitatem partium eſt reſpiciendum. Igitur ſuadet vnguentum digeſtiuum cum aegyptiaco iunctum, dein aegyptiacum ſolum et tandem cum melle mixtum acrimoniae ipſius inuoluendae cauſa, et teſtatur, optimos ſe vidiſſe effectus ex vſu balſami adſtringentis Cl. RICHARDI compoſiti ex oleo therebinthino et vitriolico ana vncia ſemis, bene inter ſe mixtis, donec efferueſcant, adduntur tres vnciae ſpiritus vini rectificati, quibus inſuper adiecit mellis vncias duas. Praeterea, ſuppuratione bene ſuccedente, linteo carpto ſicco vlcera deligantur. Neque palpebrae ab his puſtulis immunes eſſe ſolent, quibus quum palpebrae inuerti nequeant, operatio Cl. BORDENAVE *) commendatur.

p. 66.
p. 67.
p. 73.
p. 74.
p. 75.

Praemiſſa huic editioni epiſtola concernit dubitationes a Cl. CHAMBON aduerſus Noſtrum prolatas, quas paucis tantum attingere placet, quoniam eiusmodi polemicis rebus non admodum delectamur. Quae quidem reſponſio 59 paginas continet, atque fuſius eoque clarius omnem ſtatum controuerſiae exponit. Omnia autem fere ad haec redeunt: Clum THOMAS-

*) v. Mémoire l' Academie de Chirurgie Vol. V. p. 97.

THOMASSIN ſibi ipſi repugnare in commentatione. Eum erraſſe in citandis auctoribus, neque probe illos intellexiſſe; minus recte verum characterem carbunculi ab eo fuiſſe perſpectum atque intellectum, facta audacter ſuſcepta et absque omni conſilio ab ipſo prolata, in ſignis anthracis producendis non ſatis accurate ipſum verſatum, atque idcirco remedia periculoſa ab ipſo adhibita fuiſſe. Quas quidem obiectiones maximi videri momenti quilibet nobis etiam non monentibus perſpicit; verum eas fictas atque ex animo praeiudiciis et affectibus capto profectas nobiſcum vnusquisque iudicabit, cui vel modeſtam atque doctam harum obiectionum ſolutionem, vel potius ipſam tractationem legere placuerit.

XX.

Oratio habita in Capitolio Guilielmopolitano in comitiis vniuerſitatis Virginiae die XII. Iunii MDCCLXXXII. dum fauente Gallorum ducum et militum frequentia medicae cooptationis laurea donabatur Chriſtianiſſimi Regis exercitus Archiater IOANNES FRANCISCUS COSTE, ſaluberrimarum medicinae Facultatum Pariſienſis alumnus, Valentinae Doctor. Lugduni Batauorum, 1783. 8. mai. pagg. 103.

Haec oratio magnam habet commendationem ab ipſa temporis opportunitate et ſplendore concionis, coram qua habita eſt, aeque ac ob argumenti dignitatem ac praeſtantiam, rerum ordinem et perſpicuitatem, grauitatem ac copiam cum ornatu coniunctam in elocutione. Egregie ſiquidem in ea declarat et firmis argumentis demonſtrare ſtudet, *antiquam medico-philoſophiam orbi nouo eſſe adaptandam.* Medicinam

Medicinam liberam eſſe debere tradit, quae maſcu- p. 7.
la, virilis atque philoſophica ſit, et homines liberos, ſapientiſſimos ac viros deceat, qui in ſago et toga inclaruerunt. Talem autem fuiſſe HIPPOCRATIS medicinam ex re ipſa intelligitur, quippe quae propter experientiae cum doctrina coniunctae laudem omnium aſſenſum, qui vltra compendiola ſapiunt, meretur. Duabus autem partibus A. Cl. omnia comprehendit, quae rei ſuae vberius declarandae, proponendae atque illuſtrandae viſa ſunt digna.

Itaque parte prima exponit, quae fuerit in an- p. 10.
tiquiſſimis temporibus medicae artis facies, et quaenam diuini HIPPOCRATIS in eam merita. Tria p. 12.
autem diſtinguenda eſſe docet, artem videlicet medicam ab obſeruatione mera, ſcientiam medicam ab euidentium cauſarum et remediorum felici experientia comprobatorum cognitione, ſcientiam medicorum ab iis, quae ad gloriam medici potius, quam ad ipſam aegri vtilitatem, pertinere videantur. Arti vero adiunxiſſe medicam ſcientiam HIPPOCRA- p. 13.
TEM docuit, cuius potiſſimum opera in eo eſt verſata, vt medico philoſophiam traderet occupatam in probe cognoſcendis morbis et ab inuicem diſtinguendis, in eruendis et adimplendis indicationibus nonnunquam claris, probabilibus ſaltem, ſed ſemper aut conatibus aut voto naturae reciprocis, quae quidem cognitio ſanandis morbis optime ſufficit. A p. 15.
ſua autem medicina abeſſe iuſſit Cous ille ſenex abſurde dicta a Philoſophis veteribus, amuleta et incantationes, atomos etc. potiusque principia practi- p. 23.
ca maximi ponderis admiſit, qualia ſunt, vitam eſſe breuem, artem longam, medicinam eſſe additionem et ſubtractionem, criſes et coctiones eſſe obſeruan- p. 24.
das, quae ducere oportet, quo maxime vergant, eo ducenda per loca conuenientia, actioni praeſtare exſpectationem et τὸ Θεῖον ſiue vires naturae auxilia-

 trices.

p. 25. trices. Medicina ipſius agens in euacuationibus ad
p. 26. naturae nutum atque imitationem fuit adaptata. In
regulis ſanorum et aegrorum diaeteticis proponen-
dis egregie verſatus eſt. In diſcipulis docendis, non
multum praeceptis, plurimum exemplis tribuit, at-
p. 29. que naturam ducem ſecutus eſt. Aegri faciem,
pulſum, externaque omnia ſedula inſpectione luſtra-
re praecepit, quaenam ſit cuique anni tempori pe-
culiaris conſtitutio, quinam morbi, quid boni, mali-
que in diuerſis gradibus, aut conſtitutione aut mor-
bo inueniatur, quinam morbus longus, lethalis, acu-
tus, ſalutaris, quomodo critici dies conſiderandi,
qua ratione praedictiones inſtituendae, et quae vi-
p. 30. ctus ratio ſit praeſcribenda. Coniecturis vero ea-
tenus vtendum, quatenus naturam ſequimur du-
p. 32. cem, et ſic morborum ſymptomata, cauſas, ſigna
prognoſtica, remedia vſu comprobata et experimen-
tis confirmata, cognita in arte medendi feliciter ad-
hibebit medicus.

p. 36. Parte altera docet, quaenam commoda in orbe
nouo ex medico-philoſophia veteri prouenerint,
quomodo aëri corrigendo ſtuduerint ligna exſcin-
dendo, ſyluarum continuitatem interſecando, aquas
coërcendo, aquas ſtagnantes permutando rapidos
p. 39. in fluuios, et hac ratione morbos ſporadicos, epi-
p. 44. demicos et endemicos auertendo; ſed et aquarum
rationem eſſe habendam qualitatis, ex qua innumeri
p. 45. propullulant morbi. Pergit ad temperamenta et
viuendi rationes Americanorum, atque ex iis expli-
cat debiliorem fibrarum compagem, circuitum hu-
morum lentum, virium concoctricium actionisque
p. 47. vitalis inertiam. Hinc iure damnat potus Thee et
Caffee nimiam ingurgitationem, cereuiſiae pana-
cearumque crudis liquoribus refertarum nec fer-
mentatione ſubactarum abuſum, Chocolatae ſorbi-
p. 48. tionem ſaepius repetitam. Peccata Americanorum
quoque

quoque vrget in ciborum electione; anteponunt ſcilicet caeteris vegetabilibus braſſicas, caeteris carnibus ſuillam eamque magis adipoſam et omnes ſemicoctas, caeteris piſcibus pinguiores anteferunt, quae intermixto omnibus et ſingulis tanto butyri, aut cremoris, aut ſacchari, quantillo panis, eiusque nec fermentati, nec elaborati, nec cocti, digeſtionem laedunt. Tot botulorum apud Americanos, tomaculorum, pernarum, butyri, lactis, dulcium, ſalſamentorum, ofellarum, piſcium, placentarum, ſaccharatorum aquoſorumque potuum apparatus ventrem grauant et ſanitatem mirum in modum deſtruunt; quid quod et ratione quantitatis et temporis intra iliacos peccatur muros et extra. Quies et p. 50.
motus, perpetuaque equitatio, matrimonia matura, et vita deſes ſanitati inſidias ſtruunt. Ars ſalutaris p. 63.
in nouo orbe multos alit medicos, vere non medi- p. 65.
cos, ſed medicaſtros: hinc innumera ſequuntur mala in victus ratione atque medendi arte, atque prorſus negligitur aurea illa regula, vna eſt natura, vna eſt vita et ſanitas, conſenſus vnus, conſpiratio vna, conſentientia omnia. Potius anili fauent A- p. 82.
mericani medicinae, in phyſiologiae, chymiae, hiſtoriae naturalis, materiae medicae, pathologiae et clinicae ſtudio admodum nugantur atque ineptiunt.

His praemiſſis atque expoſitis, vrget Auctor Cl. p. 87.
vt in Noſocomio potiſſimum Academico ſit accuratiſſima obſeruatio et hiſtoria morborum, ſimpliciſſima autem eoque magis Hippocratica ratio curandorum. Ex quibus omnibus Profeſſoris clinici munia atque officia vberius explicat. Denique p. 95.
annotationes quasdam addit, quibus multa in oratione allegorice et figurate dicta explicantur atque illuſtrantur.

Quod reliquum eſt, optamus, vt non ſolum Hippocratica medendi ratio apud Americanos intro-

 ducatur,

ducatur, ſed vt et inter quosdam noſtratium ea quoque plurimos nanciſcatur amicos, qui non illotis, vt aiunt, manibus aggrediantur medicam artem, ſed bene praeparati et philoſophico ingenio inſtructi eam colant et in vſus humanos transferant.

XXI.

Analyſe de l' eau minérale de Fruges par le SIEUR PIERRE DE RIBAUCOURT, maître en Pharmacie, Demonſtrateur en Chimie, et Entrepreneur des Nitrieres royales à Abbeville, 1783. 8.

i. e.

Analyſis aquae mineralis Frugeſiae, auctore P. RIBAUCOURT.

Aqua haec mineralis recens detecta incaleſcendo terram aliquam flauo-atram praecipitat. Prima experimenta analytica cum illa inſtituta martialem aquam vtique prodiderunt. Diuerſa et a Cl. RIBAUCOURT ſaepius repetita experimenta declararunt hanc aquam ferro, acido vitriolico, terra aluminoſa, ſelenitide et aethere ſiue gas eſſe impraegnatam. Ergo ex principiis compoſita eſt, aquis mineralibus ferruginoſis propriis, quales ſunt Baſſenſes, Forgeſenſes, Spadenſes etc. Operationum productiones hunc chymicum eo adduxerunt, vt crederet, aquam mineralem Frugeſiam, optimae notae aquis mineralibus iure meritoque eſſe accenſendam, eiusque vſum in omnibus morbis prorſus ſingularem eſſe debere, in quibus medicamenta ex his principiis compoſita proficiunt. Praeterea illa aqua, ſicut reliquae, etiam ſe transportare ſinit. Verum enim vero qui illis aquis illico ex fonte vtuntur, ſimul illo gas fruuntur, quod in tranſportando propter

pter nimiam volatilitatem ſeſe diſſipat, atque adeo omnes huius aquae proprietates in ſuccum et ſanguinem conuertere poſſunt ad fontem ipſum accedentes, ex quo dulcius bibuntur aquae.

XXII.

PETRI REMIGII FRANCISCI DE PAULA WILLEMET, D. M. diſſ. de frigoris vſu medico, Nanceii, 1783. 8. 21 pagg.

Non ſine gratiſſimo voluptatis ſenſu hanc diſſertationem perlegimus, quae referta eſt elegantiſſimis obſeruationibus ex veterum ac recentiorum medicorum ſcriptis, quibus Cl. A. docuit, genuinum medicum his fontibus liquidis ac limpidis nequaquam carere poſſe, ſi ſuos hortos feliciter irrigare atque fructus vberrimos ſperare velit. Vt autem p. 4.
ordine quodam omnia tractet, primo ſic definit frigus, quod ſit imminutio caloris. Effectus vero ipſius ſunt corporum adſtrictio et vnio, ſolidorum firmior conſiſtentia et fluidorum condenſatio. Di- p. 5.
verſos deinde tradit frigus adminiſtrandi modos, ſcilicet mediantibus aëre, aqua, glacie, niue, et medicamentis frigidis. Cautelas neceſſarias tamen ex p. 7.
contraindicantibus petitas in adminiſtratione frigoris addit. Poſtea frigoris vſum in febribus, in hae- p. 12.
morrhagiis, in quibusdam morbis inflammatoriis, in p. 13.
doloribus, nec non in ſpaſmis paulo vberius decla- p. 14.
rat, teſtimoniis ex veteribus Graecis, Latinis ac A- p. 16.
rabibus medicis productis, neque recentiorum obſeruationibus neglectis. Denique de virtute ſtimu- p. 18.
lante ac roborante frigoris agit, cuius actionis in fibras gradus perpenduntur. Laudat quoque vir- p. 20.
tutem euacuantem frigoris, eiusque vſum in chi- p. 21.
rurgia demonſtrat. In hac diſſertatione, quae breuitate ſua ſeſe maximopere commendat ac conciſo

dicendi

dicendi genere, multa inuenimus, quae magnis in operibus fruſtra interdum quaeruntur.

XXIII.

Des maladies des femmes par M. CHAMBON DE MONTAUX, Médecin de la Faculté de Paris, de la Socieré royale de Médecine, etc. Tome I. à Paris, 1784. 8. 538 pagg. Tome II. 519 pagg.

h. e.

CHAMBON DE MONTAUX de morbis mulierum tractatus.

Multi atque doctiſſimi viri antiquioribus aeque ac recentioribus temporibus hiſtoriam morborum ſequioris ſexus ſcriptis egregiis illuſtrarunt, vt magis eorum copia, quam inopia, premi atque obrui videamur. Nihilo tamen ſecius ſtudium eorum eſt improbandum, quid quod laudandum maximopere, qui morbos illos noſtris potiſſimum temporibus perſequi paulo accuratius tentarunt, praeprimis quum indies noua morborum genera ſexum ſequiorem infeſtantia propullulent, quae veteribus prorſus fuerunt incognita et vberiorem deſcriptionem deſiderare atque efflagitare videntur, vt eorum cognoſcendorum non ſolum nobis ſit poteſtas, ſed etiam vt remediorum aptorum vnicuique morbo applicandorum vſu et experientia comprobatorum nobis comparemus notitiam. Quare Cl. Auctoris conſilium probamus quam maxime atque celebramus, quod eo pertinuit, vt morbos mulierum quamplurimos fuſius deſcribere ſtuduerit, atque ſua opera anteceſſoribus palmam praeripuerit. Cuius quidem ſententiae veritas eluceſcet, commemorandis iis, quae in hoc libro continentur. En ipſius voluminis primi ſummam.

In

In vniuerſum Noſter hoc volumine *de morbis* Tom. I.
acutis puerperarum praecipit, quos tribus comple-
ctitur partibus. Pars 1. octo abſoluitur capitibus,
quorum 1. agit de *grauiditate*, quam multorum mor- p. 1.
borum cauſam eſſe ſtatuit, quia tunc ſanguis magno
impetu verſus vterum fertur, atque conſuetae ceſ-
ſant haemorrhagiae proſperae valetudini inſeruien-
tes, et ipſa oeconomia animalis multis eſt obnoxia
mutationibus, inter quas viſcerum repletio dige- p. 14.
ſtionis negotio dicatorum principem tenet locum,
quippe quae efficit, vt digeſtio minus recte proce-
dens meſſem largam morborum procuret. Ipſa
autem *foetus excluſio*, quae c. 2. traditur, et cuius p. 10.
mechaniſmum Noſter paullo dilucidius proponit, ſi
natura tunc violentius tractatur, rupturam vaſorum
ſanguiferorum, magna aneuryſmata, disiunctionem p. 20.
oſſium peluis, et rupturam vteri producit. Quam
quidem excluſionem *haemorrhagiae* haud raro ſe-
quuntur cum ſyncope et morte ſubitanea, quas c. 3. p. 22.
deſcribit, et cauſas earundem addit, nimiam placen-
tae magnitudinem, plethoram, et placentae remo-
ram iuſto longiorem in vtero. C. 4. de *prolapſu et* p. 38.
hernia vteri agit, vna cum ſymptomatibus, et me-
dendi ratione ex ſcriptis veterum pariter ac recen-
tiorum medicorum. C. 5. de *depreſſione et motu* p. 50.
vteri ex ſuo loco praecipit, quibus morbis rite de-
ſcriptis varias medendi rationes ſuppeditat, inter
quas tamen LANGIO ſuffragatur, exſtirpationem cum p. 65.
acuto inſtrumento tentandam eſſe ſuadenti. C. 6 p. 69.
de *lochiis*, et c. 7. de *ſecretione lactis, et febre cum* p. 75.
illa coniuncta, illam cum probatiſſimis auctoribus
fieri ſtatuit in vaſis lymphatico-arterioſis vteri et
placentae, in quibus grauiditatis tempore copioſe
deponitur lac, quod intra triduum poſt partum in p. 81.
mammas proſilit. Obſeruatione hanc ſententiam
firmat facta a *Noortwyck* *) diſſecante chorion, in
quo

*) v. vter. hum. grau. hiſt. p. 19.

quo materiam cremorem lactis ſiſtentem inuenit.
p. 88. Ex mutata autem corporis conditione lacteae febris
p. 99. originem deducit, cuius *ſymptomata* c. 8. deſcribit,
p. 102. commemoratis ſimul *cauſis*, *diagnoſi*, *prognoſi* et *me-*
p. 108. *dendi ratione*, ſimul autem *de victus ratione* differit,
atque incommoda ex febri illa prouenientia non
tantum recenſet, ſed etiam quibus praeſidiis illis ſit
ſuccurrendum egregie explicat.

p. 168. Parte ſecunda capitibus ſex hos percurrit mor-
bos alios. Primo enim capite *infarctus inflammato-
rios infimi ventris eorumque differentias* deſcribit,
quos potiſſimum deducit ex plethora lactea in qui-
busdam viſceribus infimi ventris commorante, quae
duplici modo imminuenda fuiſſet, videlicet per la-
ctis in mammis productionem, aut per lochiorum
p. 171. ſufficientem fluxum. C. 2. proprie conſiderat *in-
farctus inflammatorios infimi ventris*, *ſuppreſſionem
lochiorum antecedentes*. SWIETENIUM patronum ſuae
ſententiae laudat atque exemplis veritatem rei illu-
p. 189. ſtriorem reddere ſtudet, ſimulque *de diagnoſi*, *pro-*
p. 190. *gnoſi atque medendi methodo* verba facit, qua quidem
p. 192. in re circumſpectionem accuratam prodidiſſe nobis
p. 203. videtur. C. 3. *de ſuppreſſis lochiis eorum metaſtaſi,
atque ſymptomatibus inde oriundis* tractat. Illa meta-
ſtaſis varia loca, vterum, infimi ventris viſcera, viſ-
cera thoracis, cerebrum, etc. infeſtat, et magna
p. 217. pericula portendit. Horum vero ſymptomatum
cauſae innumerae commemorantur, allegatis ſimul
cauſis reliquisque circumſtantiis arctiſſime hoc cum
morbo coniunctis. Metaſtaſis autem lochiorum
verſus thoracis regionem facta producit *pleuriti-
dem, peripneumoniam et affectus comatoſos, qui inde*
p. 249. *pendent*, de quibus capite 4. Pergit autem Noſter
p. 254. c. 5. *inflammationem vteri* deſcribere, circa quam
potiſſimum monet, omni plane deſtitui funda-
mento opinionem exiſtimantium, inflammationem

vteri

vteri prorſus differre ab inflammatoriis infarcti-
bus, atque ambabus amplectitur manibus HOFMAN-
NI *) contrarium ſtatuentis ſententiam. Non qui-
dem negat, irritationes vteri violentas inflammatio-
num ipſius eſſe cauſas, ſed addit quoque, eas ſimul
ſuppreſſionem lochiorum producere, ideoque eam
ſimul in hoc caſu in conſenſum eſſe trahendam.
Diſtinguit vero etiam cum aliis medicis varios in- p. 264.
flammationis gradus, ſi videlicet tantummodo ali-
quam regionem, aut totam vteri occupauerit ſub-
ſtantiam, ex quo diſcrimine grauitas ipſius morbi
eſt aeſtimanda. Eaque ipſa grauitas cum inſigni
differentium ſymptomatum copia coniuncta ſtudium
auctoris excitauit, vt non ſolum de remediis aptis
et exquiſitis cogitaret, et ea nobiſcum communica-
ret, ſed etiam vt paullo verboſiorem ſeſe in hoc ar-
gumento exponendo gereret. Tandem c. 6. *de im-* p. 309.
moderate fluentibus lochiis ob atoniam differit. Ele-
ganter et admodum accurate hunc deſcripſit No-
ſter morbum, atque nobis potiſſimum eius obſer-
vationes hinc et illinc diſperſae placuerunt. Quor-
ſum pertinet, mulieres carne molliori, colore palli-
diori, et laxa fibra praeditas prae aliis huic morbo
eſſe obnoxias, vti et cachexia propria laborantes,
quarum contextus celluloſus abundans ſerum in ſe
recepit, nec non ſcorbuticae, aut penes quas diſpo-
ſitio ſcorbutica reperitur, et quae fluore albo nimio
et pedibus oedematoſis laborant.

Tertia parte febrem lacteam, quam ceu cauſam p. 325.
morborum inflammatoriorum in ſuperioribus con-
ſiderauit, praeprimis reſpectu femellarum, quas
naturae benignitas iuſſit eſſe robuſtiores, iam alia
ratione curatiori ſubiicit examini. Igitur cap. 1. ſi- p. 327.
ſtit *febrem lacteam pituitoſam*, cuius cauſa ex lon-
ginquo petitur; educatio ſiquidem in infantia, vitae
genus,

*) in med. rat. ſyſt. Tom. II. §. 5. p. 157.

genus, mores, ſocietates, quas vt plurimum non ex
legibus naturae inire ſolent, praeprimis ditiores et
p. 331. vrbicae, corporis conditionem peruertunt, atque
efficiunt, vt tempore, quo menſtrua primum fluere
incipiunt, ſanguis viſcoſus ad ea propellatur loca,
in quibus fit infarctus, et loco ſanguinis lympha
demum viſcida prodit, quae multos generat mor-
bos. Fingamus autem, femellam talem a coitu fe-
cundo eſſe impraegnatam, et tunc ſane verſus ab-
domen ille viſcoſus ſanguis fertur, qui grauiditatem
non ſolum reddit moleſtam et partum laborioſio-
rem, ſed etiam febrim lacteam efficit febri catar-
rhali perquam ſimillimam: materies autem ipſa
varia infercit viſcera; et rem ſic ſe habere anato-
p. 340. mica cadauerum docuit disquiſitio. Itaque ſi ab
initio in medendi ratione conuenientia adhibentur
remedia, materia euacuatur maligna et foetida, et
vrina ſedimentum copioſum deponit, et ſi ita
p. 351. curatio inſtituitur, res ſuccedit ex voto. Cap. 2.
tumorem vteri ex gas aëriformi ortum ſiſtit, quem
tympanitidem vteri iure dixeris. Neque veteres,
neque recentiores medici ſatis hunc morbum de-
ſcripſerunt, quorum potiores ſententias modeſte
examinat, ſuo ſimul iudicio interpoſito. Optime
tamen a FORESTO illum fuiſſe expoſitum tradit, et
ductu eius omnia profert, quae ad hunc difficilem
morbum cognoſcendum, diſtinguendum ab aliis et
p. 367. ſanandum poſſunt aliquid conferre. Cap. 3. *tumo-
rem infimi ventris a gas aëriformi ortum cauitatem
replentem viſcerum digeſtioni dicatorum*, depingit.
Prouocat autem, vt verbis ſuis maiorem conciliet
auctoritatem, ad MORGAGNIUM et ad *acta naturae
p. 383. curioſorum.* Cap. 4. *Febrem humoralem ex ſaburra
primarum viarum productam* ſiſtit. Geneſin huius
febris ex mala digeſtione tempore grauiditatis de-
ducit, qua omnes functiones corporis humani tur-
bantur,

bantur, aeque ac ex irritatione neruorum in conceptionis momento appetitum proſtratum, nauſeam, vomitiones etc. excitante, quibus ſi non occurratur ſymptomatibus, digeſtio manet imperfecta atque laeſa, et in ſtomachi et inteſtinorum functionibus omnia ſic peruertuntur, vt fluidae partes ſimul alterentur, quae excluſionis foetus tempore p. 385.
accedente acrimonia peculiari ſunt impraegnatae, et cum febris lacteae ortu oeconomiam animalem turbant, et periculoſam aegrarum efficiunt conditionem. Signa et ſymptomata aeque ſunt grauia; p. 386.
in vniuerſum enim humores fermentationem ſubeunt, acrimonia euoluitur, ſaburra in primis viis magis magisque irritatur, lingua albo viſcoſoque humore obducta et ſicca eſt, caput doloribus lancinantibus cum grauitatis ſenſu infeſtatur, pulſus frequens, durus et concentratus eſt, vrina rubra et ſedimentoſa eſt, et cutis deſiccatur, et calorem, ſi tangitur, perſentiſcere ſinit. In abdomine dolores ſentiuntur, et ab irritatione materiei in inteſtinis commorantis incaleſcit, ac aër ibi contentus tenſionem admodum magnam efficit cum calore et moleſto ingratoque ſenſu. Vt plurimum haec ſymptomata euacuationes imminuunt, et fluida verſus inteſtina delata ſimul ibi, immiſcendo ſeſe reliquis ſuccis corruptis, alterationem inſignem producunt. Venter ipſe maiorem increſcit in molem, viſcera inflammantur, lochia ſupprimuntur penitus, febris intenditur, et ſitis nullo modo poteſt exſtingui. Tunc deliria ingruunt, aut coma ſomnolentum ſeſe manifeſtat, humores progrediente fermentatione ipſis viſceribus putrefactionem et interdum gangraenam communicant. Grauitas huius morbi nos iuſſit eſſe in eius deſcriptione verboſiores; iam accedimus p. 406.
ad *diarrhoeam* c. 5. quae itidem periculoſa admodum eſſe ſolet in puerperio. Hanc ita deſcribit A.,

vt declaret varias formas, quibus ſeſe manifeſtet,
eiusque varias ſpecies duce LEVRETO conſiderat,
p. 418. criticam videlicet et ſymptomaticam. In *febre* au-
tem *putrida* c. 6. deſcribenda ita verſatur, vt GALE-
NI, BOERHAAVII, aliorumque auctoritate fultus,
eam ex humorum acrimonia repetat, quae ſuppreſ-
p. 427. ſis lochiis ex fermentatione orta eſt. Varia deinde
ſub cenſum vocat ſymptomata, et diagnoſin, pro-
gnoſin ac curationem, vti in reliquis, deſcribit. Pau-
lo autem verboſiorem ſe geſſiſſe Noſtrum in huius
morbi natura et cura definienda eo lubentius ipſi
largimur, quo magis talem expoſitionem rei neceſ-
p. 458. ſitas exigere videbatur. Cap. 7. *febris malignae* duas
ſpecies proponit, quarum prior eſſentialis, poſterior
autem ſymptomatica nuncupatur. Vtriusque ta-
men febris cauſae ſunt internae, haerentes in flui-
dis, lympha, fluido nerueo, etc. externae autem in
aëre corrupto, habitationum conditione etc. ſunt
p. 470. quaerendae. In *febri miliari* tradenda DAVIDIS
HAMILTONI ſententiam, reliquis abiectis, amplecti-
tur, ſtatuentis, hanc febrim gigni potiſſimum ex
ſeroſitate ſanguinis acida facta, atque ſuae opinioni
p. 486. maius robur conciliare ſtudet. *Febrem* denique
exanthematicam, alias *purpuram* dictam, c. 9. quem
admodum frequentem penes puerperas morbum ac
periculoſum eſſe cum aliis cenſet. Cap. 10. *de
depoſitionibus inde oriundis*. Interdum commemorati
morbi tumores in abdomine, niſi materia peccans
reſoluatur atque euacuetur, producunt, qui in ſuppu-
p. 500. rationem tranſeunt, et cum febre lenta, cuiuscunque
demum generis ſint, coniuncta ſunt, quae eo pericu-
loſior eſſe ſolet, ſi maiorem acrimoniam materia con-
ceperit, et tunc tumor ſtatim aperiendus, ita tamen,
vt, ſi fieri poſſit, partes eſſentiales nullo afficiantur
modo in ipſa operatione perficienda, deinde veſica-
toria in vicinis partibus tumoris ſunt applicanda, et
cortex

cortex Peruuianus in magna doſi exhibendus, vt putredo auertatur. Variis egregiisque obſeruationibus atque exemplis A. hoc illuſtrauit caput. Cap. 11. agit de *mulieribus infantes ſuos lactantibus.* Multae videlicet mammas infantibus praebuerunt absque vllo ſenſu ſanitatis infirmioris redditae, nihilo tamen ſecius ſaepiſſime ſolet fieri, vt huic officio quaedam mulieres non amplius ſatisfacere poſſint, ob lactis regreſſum ad vaſa ſanguifera, in quibus novos morbos grauiſſimis ſymptomatibus ſtipatos generat. Tandem c. 12. agit *de promta mamillarum detumeſcentia penes lactantes mulieres.* Duplici modo hunc morbum oriri poſſe docet, primum enim ex animi affectibus paullo vehementioribus, deinde ex ſtatu febrili. Differentia ab hac duplici cauſa profecta huius morbi medelam aeque ac prognoſin admodum diuerſam eſſe iubet, quam Auctor etiam attendere, et ex ſymptomatum varietate remedia applicanda eſſe iure ſuo poſtulat.

p. 517.

p. 520.

Volumine ſecundo Noſter proponit in parte altera morbos chronicos in puerperio et breui poſt oriundos, in altera vero morbos a menſibus ceſſantibus perpendet. Partis primae cap. 1. *morbi chronici a materia lactea et fluido lochiorum producti* recenſentur. Vera vtique ſunt, quae *Morgagnius* *) dixit: *Non modo puerperas morbi celeres, verum etiam lenti, exſtinguunt. Nonnunquam longo poſt partum tempore, imo donec vixerint, male habent.* Quorum morborum catalogum quum nobis tradat Cl. A., operae pretium eſt, vt eos paucis attingamus. Cap. 2. *de tabe et ſymptomatibus eam comitantibus* agit. Multa ſunt, quae hic ſimul concurrunt, appetitus proſtratus, virium proiectio, digeſtionis mutatio, febris acceſſio cum nauſea, ſiti et debilitate irruit, ex

Tom. II.

p. 1.

p. 4.

*) de ſedibus et cauſ. morbor. Lib. III. Epiſt. anatom. med. c. 48. n. 46.

ex quibus, niſi aptis occurratur remediis, febris pu-
trida, aut cachectica corporis conſtitutio oritur. Iu-
bet in hoc ſtatu humores morboſos attenuare de-
coctis ex plantis ſaponaceis et leniter diaphoreticis
paratis, ventriculum repetitis purgantibus euacuare
atque aquis mineralibus vti. Si his rite adhibitis
digeſtio infirma remanet, infinita inde oriuntur ma-
la, et ſi conſtitutio aegrae eſt cholerica, bilis in pri-
mis viis maiorem acquirit acrimoniam inteſtinorum
canalem vellicantem, quae *diarrhoeas* gignit, quas
p. 9. Auctori *lacteas* nominare placuit cap. 3. quia lac
tunc ad viſcera digeſtioni dicata deriuatum hunc
effectum producit, quem tamen vincunt facile rha-
barbarum, gentiana, eupatorium Auicennae etc.
p. 12. Cap. 4. *de lacte per longum temporis ſpatium copioſe
verſus mammas aſſurgente.* Reiicit applicationem
ventoſarum, atque balnea pedum per octo dies,
dein venae ſectionem largam in pede, et aquam mi-
p. 16. neralem ſalinam arte factam commendat. Interdum
vero *fluxus ille lacteus verſus vaſa vterina* fit c. 5.
quo difficulter menſes prodeunt, eadem vero me-
p. 20. thodo, qua in ſuperiore capite, vtitur. Lectu di-
gnum eſt c. 6. *de inuerſione vteri*, quam claudicatio
p. 27. aliaque mala ſequuntur. Aliam tamen *claudicatio-
nem* ab hac differre docet, cui c. 7. dicatum eſt, et
quam accidentalem nominat, cuique ſubiectae ſunt
foeminae paullo molliori carne praeditae, et quibus
vis illata eſt in ipſo partu. Natura ipſa, et balnea
p. 28. vaporoſa claudicationem illam penitus tollunt. Cap.
8. *de maculis a lacte in cute conſpicuis.* Has pulchritu-
dini aduerſas notas deſignat atque conuenientia ipſis
p. 32. procurat remedia. Cap. 9. *de obſtructionibus ex hu-
more lacteo oriundis.* Duas illarum obſtructionum
ſpecies probe diſtinxit, quarum altera in variis in-
fimi ventris viſceribus, et praeprimis in vtero, al-
tera vero in quacunque parte alia reperitur, ſym-

ptomatibus

ptomatibus cum puerperio coniunctis diſparenti-
bus. Haec ſine inflammatione, illa cum ea acce-
dit, et tumores producit inſignes. Obſtructiones
vero interdum in ſcirrhum tranſeunt, et obiter *Hip-* p. 41.
pocrates reprehenditur dicens: *feminas, quibus ori-*
ficium et collum vteri eſt ſcirrhoſum, non amplius con-
cipere, ad tria enim illuſtria prouocat exempla con-
trarium probantia. Cap. 10. *de vlceribus vteri.* Vt p. 80.
omnis amphibolia vitetur, exponit A. Cl. ſe tantum-
modo agere in hoc capite de vlceribus ex inflamma-
tione vteri poſt partum ortis, neque ea tangere ſe
velle aſſerit, quae aliis ex cauſis et ab hac conditio-
ne multum diſcrepantibus pendeant. Attamen in
illis ſuffumigia reſinoſa, a Batauo medico celebrata,
parum prodeſſe, quid quod obeſſe vt plurimum, ſta-
tuit. Cap. 11. *de phthiſi pulmonali.* Talis phthiſis p. 91.
vario modo poteſt oriri, quamquam ſemper a meta-
ſtaſi humoris lactei in pulmonibus pendeat, ſiqui-
dem illa ex inflammatione horum viſcerum ſequi-
tur, aut congeſtio lenta huius humoris in paren-
chyma et glandulas bronchiales cauſa huius mali
eſſe ſolet. Sigillatim vero ſpecies aliquas huius
phthiſeos deſcribit. Suppeditat ideo ſigna phthi- p. 93.
ſeos, cuius cauſa proxima pulmonum ſuppuratio
eſt, et vſum thermarum, veſicatoriorum, cauterio-
rum etc. in hac commendat maxime. De phthiſi p. 101.
porro cum obſtructione glandularum bronchialium
praecipit, quae cum vlceribus aut ſine eis accedere
poteſt, et docet, qua ratione cum phthiſi ſcrophu-
loſa conueniat et diſcrepet. Vlteriori dein examini p. 116.
ſubiicit phthiſin catarrhalem, quam pro vera et ge-
nuina pulmonum venditat ſuppuratione, interdum
tamen a regula fieri exceptionem lubentiſſime con-
cedit. Datur vero etiam quaedam phthiſis, cuius p. 125.
cauſa in ſanguine latet vitiato per humores eryſipe-
latoſos, lichenoſos, etc. Tandem phthiſin ex lacta- p. 127.

p. 135. tione infantum prouenientem delineat. Cap. 12.
de rheumatiſmo. Vt plurimum affectiones neruoſae
cum ſymptomatibus anomalis vnitae in rheumatiſ-
mos ſolent tranſire; quamplurimi tamen rheu-
matiſmi, qui penes puerperas reperiuntur, a
lacte originem trahunt, vnde eos lacteos nomina-
vit Noſter, atque belle in eorum inquiſiuit natu-
p. 145. ram. Cap. 13. *de ſecretione lactis in abortibus prae-
maturis*, et de duratione huius ſecretionis penes
quasdam vsque ad recens puerperium, quod termi-
nus ordinarius eſſe videtur. Multis egregiisque
p. 154. exemplis hoc argumentum illuſtrauit. Cap. 14. *de
cachexia, ſcorbuto et hydrope.* Deprauatam indolem
quamlibet liquidi nutrientis his malis viam pandere
ſatis ſuperque conſtat, ſed alia penes mulieres ac-
cedit cauſa, videlicet lac ſubſiſtens, fibras laxas de-
bilesque reddens, atque in vaſculoſas ſeſe inſinuans
extremitates, ibique obſtructiones, ſicuti ſenſim in
reliquis partibus, quas permeant, gignens, qua ex
p. 169. cauſa morbi commemorati propullulare ſolent. Cap.
15. *remedia vſitatiſſima proponuntur, quibus morbis
ex lacte prouenientibus occurritur.* Primo loco collo-
cantur purgantia, ſicuti et ſudorifera non penitus
in quibusdam caſibus ſunt negligenda, praeprimis
illa conueniunt mulieribus, quibus lac viſciditatem
in viſceribus digeſtionis et in meſenterio progenuit,
attamen ſi quaedam exinde ſperanda, viſciditas non-
dum ita debet eſſe comparata, vt in ſolidis iamiam
obſtructio ceperit initium, neque temperamentum
ipſum oportet eſſe pituitoſum, quia in eo fibrae
molles et inertes ſunt; hac enim ratione irritationes
admodum noxiae fierent, ipſaque horum praeſidio-
rum adminiſtratio magnam curam et prouidam cir-
cumſpectionem requirere videtur; etenim delica-
p. 171. tulis minime conueniunt feminis. Itaque purga-
tiones irritantes bonum edunt effectum, diſſolutio-

nes

nes ſalinae non ſunt laude ſua priuandae, tamen cum grano ſalis adhibendae. Ex aquis mineralibus arte factis adiumenta quaedam ſperanda. Calamus aromaticus quoque profligat ac diſſipat congeſtiones lacteas, atque ſi haec prudenter ſeligantur atque applicentur, vbique multum prodeſſe poterunt. p. 175.

Promiſſi ſui memor Noſter in altera parte *morbos ex menſibus ceſſantibus procreatos* commemorat. Igitur cap. 1. *irregularem menſium fluxum et haemorrhagias* cenſurae ſubiicit. p. 184. Inquirit ante omnia in cauſas huius irregularis fluxus, quas non ſolum in ipſa ſanguinis conditione, ſed etiam in ſolidorum actione in fluida ponendas eſſe arbitratur; fibrae enim tunc quum maiorem firmitatem acceperunt, etiam vaſis inſigniorem firmitatem conciliant, qua fit, vt ſanguis difficulter exeat, in ſtaſin pronus ſit et obſtructionem neceſſario efficiat. Ipſae ſolidae partes fiunt rigidiores atque ſuum ad hunc effectum producendum conferunt, textura ſiquidem compacta ſolidorum, et diminuta diameter interior mechanice turbat menſtruorum fluxum. His praemiſſis ordine recenſentur varia incommoda inde orientia, quae autem, ne prolixiores ſimus, praeterire placet. Igitur ad cap. 2. *de obſtructione vteri, tanquam cauſa haemorrhagiarum.* p. 217. Neque hic morabimur, quum vidimus Auctorem in ſignis et cauſis aeque ac curatione horum morborum fuiſſe egregie verſatum. Cap. 3. *de haemorrhoidibus, et haemorrhagiis vteri.* p. 232. Propter vicinitatem viae, qua menſtruus ſanguis exit, fieri ſolet, vt his viis infarctis etiam venae haemorrhoidales ſimul inferciantur, atque ſanguinem fundere ſoleant tunc, ſi fluxus deſierit menſtruus. Cauſas haemorrhoidum, ſymptomata, prognoſin atque curationem diſtincte et ſufficienter tradita eſſe intelleximus. Cap. 4. p. 250. *vlcera vteri* differre ſtatuit, ſi ceſſauerint menſes, ab

iis vlceribus, quae excluſionem partus, rupturam
aut inflammationem vteri ſequuntur. Differentia
quoque reperitur in ipſa regione, quam occupant,
quaedam enim in ipſo vteri corpore ſedem fixam
habent, quae ſunt rariſſima, quaedam in orificio aut
collo ſunt collocata, omnia autem febrem lentam
habent comitem cum horripilationibus, calore cu-
tis atque ſiccitate. Dolor autem in parte vlcerata
eſt intermittens, quodſi vero vlcus magnum ſpa-
tium occupat, tunc dolor lancinans et pungens eſſe
p. 254. ſolet. Cephalalgia vtplurimum accedit, et dolor
ſe extendit ad manus, digitos, lumbos, axillas, femo-
ra, crura. His tandem breuis curatio addita eſt.
p. 262. Cap. 5. *de rhagadibus in orificio et collo vteri.* Ab
auctoribus quidem quamplurimis rhagades diſtin-
guuntur ab vlceribus; hanc vero diſtinctionem eſſe
prorſus ſuperuacuam Auctor Cl. docet, quum rha-
gades ſint nihil aliud, quam vlcera longis fiſſuris
praedita, ideoque aliquam vlcerum ſpeciem con-
ſtituant, cum quibus caeteroquin conueniant quam
maxime, pus ſiquidem fundunt cum ſanie, ipſarum
circumferentiae fiunt calloſae et elatae, interdum,
praeprimis ſi ſunt recentes, ſuperficiariae ſunt: ab
iisdem praeterea cauſis oriuntur rhagades cum vl-
ceribus; humores enim acres ad quasdam partes
delati, rupturae, inflammationes inter principes
numerantur. In eo tantum quaedam differentia
deprehenditur, quod rhagades haud raro diu late-
ant, antequam ſe prodant, propter ſymptomata
videlicet in ſenſus non ſtatim incurrentia. In coi-
tus exercitio tantum hoc malum ſe prodit; et tunc
p. 264. ope ſpeculi eius praeſentia poteſt indagari. Ob
conuenientiam vero ſummam cum vlceribus vnam
p. 266. eandemque admittunt medendi rationem. Cap. 6.
*de vteri conditione deſiderium matrimonii gaudiorum
excitante.* Morboſus ille ſtatus etiam tales inuadit
feminas,

feminas, quae alias affectus, duce ratione, moderare et frena illis iniicere poſſunt, quamquam in corporis vigore ſint conſtitutae. Cauſa vero huius mali latet in ſanguinis impedito circuitu, quo congeſtiones fiunt verſus organa generationi dicata, et quae irritando has partes amorem ipſi animo ſufflaminant. Venae ſectiones modicae, balnea lenientia, p. 271. aquae minerales ſubtili aethere impraegnatae hunc ignem in viſceribus vrentem exſtinguere poterunt. Cap. 7. *De vtero humoribus viſcidis repleto cum ſymptomatibus leuis inflammationis.* p. 274. Morboſa haec affectio non aetate prouectas, ſed iuniores inuadit, et quia rara eſt, paulo accuratius eam deſcripſit. Summa eo redit, vt vterus admodum extendatur cum quadam duritie, ſentiunt grauitatem aegrae cum doloribus coniunctam, ſi paulo rudius vehendo aut exercendo tractatae ſunt; et haec affectio cum pulmonum repletione comparari poteſt; ſentiunt enim aegrae in parte pulmonum inferiore dolores vehementes, calor immodicus accedit, ſiccitas cutis etc. in progreſſu morbi augentur phlogoſes cum doloribus et leuis febris accedit, ac ipſe morbus per plures interdum durat annos, absque indicio magnae inflammationis, interim tamen venae ſectio prudenter adhibita hunc morbum ſaepe profligauit. Cap. 8. *De pruritu vuluae*, qui non debet confundi p. 281. cum furore vterino, vti et SENNERTUS *) olim docuit. Cap. 9. *De lumbricis vteri.* p. 285. *Priſcianus* et *Cleopatra* primum eos detexerunt, nos parum de eorum ad haec loca ſolliciti deportatione cum Noſtro monemus, ſuffumigia atque iniectiones illis fugandis atque enecandis eſſe accommodanda. Cap. p. 287. 10. *De arthriticis et rheumaticis afflictionibus, ab vtero orientibus.* Multis iisque egregiis exemplis de-

 monſtrat

*) Prax. med. L. IV. part. 2. ſect. 2. cap. 2. p. 657.

monſtrat Noſter aduerſus *Hippocratem*, mulieres
podagricis et arthriticis infeſtari doloribus, atque
eos potiſſimum ingraueſcere ceſſantibus menſtruis.
Lectu digniſſimum hoc caput eſſe perſpeximus.
p. 319. Cap. 11. *De cachexia, quae ſequitur haemorrhagias*
aut abuſum venae ſectionis. Modum et rationem,
qua ex haemorrhagiis et venae ſectione minus recte
adhibita cachexia oriatur, ita declarat, vt ſimul cog-
noſcere liceat, quomodo haec ab illa cachexia ex
humoribus lacteis oriente probe ſit diſcernenda.
p. 322. Cap. 12. *Hydropem* explicat, qui cum variis ex
cauſis poſſit prodire, de omnibus diſtincte atque
ſeorſim agere conſtituit Noſter. Primo loco hy-
dropem conſiderat, quatenus ex haemorrhagiis du-
p. 326 cat originem, deinde quomodo ex obſtructionibus
generari poſſit, et tandem qua ratione cachexia il-
p. 329. lum producat. Vniuerſis illis cauſis praemiſſis et
rite determinatis ad proprias et peculiares hydro-
p. 332. pis deſcriptiones dirigitur oratio. Igitur cap. 13.
hydropem vteri ſiſtit. Omnes autem cauſae, quae
circulationem ſeroſorum humorum impediunt at-
que remorantur, etiam coniunctis quaſi viribus in
vterum ita agere poſſunt, vt in hoc viſcere ſuboria-
tur hoc malum, praeprimis ſi inueniat multa obſta-
cula, v. c. contractionem nimiam orificii vterini,
quae effluxui horum humorum quam maxime ad-
verſatur. Quod fieri queat hydrops vteri non eſt
negandum, quare et de natura et cura illius prae-
p. 349. cepta adiunxit egregia. Cap. 14. *De hydrope quaſi*
incluſo ſiue aſcite falſo. Admodum frequentem hanc
hydropis ſpeciem eſſe CAMERARII *) et MORGAG-
NII **) obſeruationes nos minime dubitare ſinunt,
quas inter ſe ſedulo comparauit Cl. Auctor, atque
naturam

*) Exerc. anat. ex. duct. hepat. aquoſ. c. 9.
**) de ſedib. et cauſis morbor. per anatom. indag. E-
piſt. Anat. Med. 38. art. 50.

naturam huius mali bene depinxit, eamque ex cadaveris ſectione cum Cl. FAVRE inſtituta feminae ingenuae *Fremiot* vberius declarauit, additis ſimul coniecturis, cauſas morbi illuſtris huius feminae p. 389. concernentibus. Vt plurimum autem ſedes huius hydropis eſt in duplicatura peritonaei, aut, ſi mauis, inter peritonaeum et contextum celluloſum muſculorum abdominis. Cap. 15. *De morbis ouariorum.* p. 422. Quaedam hydropis ſpecies etiam ouaria infeſtat, quae congeſtionem humorum pro vera genuinaque cauſa agnoſcit. Iisdem fere ſignis, quibus peritonaei hydrops ſe prodit, gaudet, tumor vero ouario- p. 433. rum ex loco illo poteſt cognoſci, quem ouaria occupant, ex ſenſu doloris in regione iliaca, et ex eius directione verſus oppoſitam partem. Cap. 16. *De* p. 438. *calculis vteri.* Variis in locis eſſe atque ibi interdum adhaerere ſolet calculus, cuius naturam et curam ex veterum aeque ac recentiorum medicorum ſcriptis explicauit. Cap. 17. *De triſtitia et melancholia.* p. 451. Vberiorem horum malorum tractationem nobiſcum auctor communicauit, atque ita ea deſcripſit, vt omnium deſiderio ſatisfacturum illum eſſe profiteri ingenue teneamur. Denique c. 18. *de affectionibus* p. 485. *neruoſis.* Quo in argumento pertractando ita verſatus eſt, vt nimiam irritabilitatem ſyſtematis nervoſi quacunque de cauſa ortam, ſpirituum defectum vitalium, fluidi neruei prauam indolem tanquam cauſas principes prodat, atque reliqua ad hunc morbum ſpectantia iuſto ordine proferat, ita vt et in hoc capite omnia videamus complexa, quae ad perfectam horum morborum cognitionem atque perſanationem nos ducere poterunt. Quod reliquum eſt, haud leuis admiratio animum ſubiit noſtrum, quod triſtitiam atque melancholiam a morbis neruoſis ſeiunxerit atque diſtinxerit, quum tamen ambae ad morbos ſyſtematis neruoſi pertineant,

neant, atque ideo cum huius vltimi capitis morbis ſub vno comprehendantur genere.

XXIV.

Herrn MESMERS, *Doctors der Arzneygelahrheit und Mitglieds der Wieneriſch-Mediciniſchen Facultät, kurze Geſchichte des thieriſchen Magnetismus bis April* 1781. *Aus dem Franzöſiſchen überſetzt. Carlsruhe, bey Michael Macklot,* 1783. 430 *Seiten.*

i. e.

MESMERI, M. D. Hiſtoria breuis magnetiſmi animalis vsque ad Aprilem 1781.

Hiſtoria haec, quae ex ſolo Auctoris Manuſcripto Germanico in Gallicum ſermonem, iis, quae transtatori Auctor ore ſuo tradidit, additis, translata; et celeberrimis pluribus, imo et illis in foederata America exiſtentibus, ſcientiarum Academiis transmiſſa eſſe dicitur; quinque praecipue ab-
p. 10. ſoluitur partibus. In quarum prima, quum magnetiſmum animalem vniuerſalem illum naturae effectum eſſe, cuius actio in neruos deriuata arti vniverſale morbos vel tollendi, vel praecauendi, remedium praebeat, dictum fuerit; fatorum, Vindobonae perpeſſorum, ſcripto a. 1779 edito iam relato-
p. 28. rum, hiſtoria repetitur; Auctorem ab anno 1779 neque magnete artificiali, neque electrica vi, vt
p. 31. auxilio, vti; STOERKIUM rem quidem agnouiſſe, Auctorem nihilo tamen minus damnaſſe; et inter omnes, ad quas de inuento ſuo retulerit, Academias ſolam Berolinenſem candide cum ipſo egiſſe,
p. 40. ſolumque ſeſe fallere dixiſſe, oſtenditur. In altera et tertia parte tradit Auctor, quomodo Academia
p. 43. ſcientiarum, magis vero Societas Regia Medica, Pariſienſes

Pariſienſes ipſi illuſerint, et contendit, magnetiſ-
mum animalem ſextum quaſi ſenſum eſſe, et in p. 46.
corpore humano veros exiſtere polos, dolorem ex p. 61.
loco in alium transferendi arte ipſum pollere; ma- p. 67.
gnetiſmum hunc vero nullius eſſe vtilitatis, ſi poſt p. 115.
eum alia adhibeantur remedia.

Quarta pars ea enarrat, quae ab Auguſto men- p. 119.
ſe anni 1778 ad Septembrem 1780 vsque Pariſiis
ab Auctore acta ſint, in qua contra Archiatros, p. 123.
Lieutaud et de Laſſonne, inſurgit; Cl. Bailli vero p. 126.
illi non omnem applauſum denegaſſe, aſſerit; epi- p. 127.
tomen libri ſui de magnetiſmo animali tradit; ea, p. 130.
quae comite Ill. d' Eslon, quem vehementer laudat, p. 161.
vel ſolo, vel praeſentibus ſimul b. Bertrand, Mal-
loët, et Sollier de la Romillais, quos, vt vel viſa
affirment, vel contradicant, variis libri huius locis
Meſmerus commonet, in variis, vel ſenſu, vel
motu laeſo, vel alio modo aegrotantibus, in quo-
rum plurimis vaſe paruo aperto, tripedi impoſito, p. 169.
ex quo aliquae inflexae perticae ferreae, ab exter-
nis corporis partibus facile attingendae, promine-
bant, vſus eſt, feliciter peracta ſint, refert, et p. 179.
denique addit, quodnam iudicium Dehome, mecha-
niſmum vegetabilem a Thouuenelio inueniendum p. 181.
praenuntians, Paulet, et Vacher, quem inprimis p. 182.
refutat, de ſemet ipſo et d' Eslonio tulerint.

Copioſiſſimus eſt in enarrandis, quae coram Fa- p. 196.
cultate Regia Medica Pariſienſi geſta ſunt, de qui-
bus quinta pars, iterum quadripartita, agit. Facul- p. 203.
tati propoſuit, vt viginti quatuor aegri, venerea lue
laborantibus excluſis, eligantur, quorum alteram
partem Facultatis membra ad conſuetas methodos,
alteram vero Meſmerus ad ſuam tractet, curatio-
nisque teſtes non Medicos, ſed ex Regio Regimine
dimiſſos requirit. Tunc Rouſſelu de Vauzesmes p. 213.
coram Facultate contra d' Eslonium et Meſmerum

habitam

habitam orationem, cuius varios errores Meſme-
rus indicat, tradit, ex qua id tantum notandum,
p. 259. quod Meſmerus, omnes aegros ſuos edendi ſtatim
p. 294. cupidos fieri, ſeque nunquam medicamentis, inter-
dum vero potu temperante, et balneis, quorum
p. 330. differentiae fictae ſint, vti contendat. Poſt haec le-
p. 351. genda eſt d' Eslonii oratio coram Facultate, huius-
p. 354. que de d' Eslonio data ſententia, qua iſte contra
omnes Facultatis leges ex illa excluſus fuiſſe
dicitur.

p. 363. In fine libri tandem refert Auctor, nullis ma-
p. 369. chinis ipſi vtique opus eſſe ad ſuas curationes; et
de Laſſonne antea de rei veritate conuictum ſe fin-
p. 381. xiſſe, poſtea vero ipſum illuſiſſe: ac gloriatur, Gal-
liae reginam ipſi ex Gallia abitum, quam iam paraſſet,
interdixiſſe; ipſique per nobilem quendam dimiſ-
p. 391. ſum lucroſas magis, quam honorificas, quas ideo
p. 392. etiam, et quum ipſi, quod tres in arte ſua diſcipu-
los erudiat, non vtique arriſerit, reieciſſe ait, obla-
p. 406. tas fuiſſe conditiones. Finem faciunt epiſtola Au-
p. 415. ctoris ad Reginam, triumque aegrorum feliciter
ſanatorum teſtimonia.

XXV.

Recueil des pieces les plus intéreſſantes ſur le magnetiſme animal. (a Paris) 1784. in gr. 8. 470 pagg.

i. e.

Collectio opuſculorum maxime memorabilium de magnetiſmo animali.

Eliſus e Germania eluſusque magnetiſmus animalis in Gallia plures inuenit, qui illum admirarentur, et ad morborum curam cum apparatu quodam adhiberent, quo factum eſt, vt, rem ſuam

MESMERO praeclare adiuuante, pro medicina non ſanis ſolum, ſed et ad ſummos morbos ſumme proficua haberetur.

Hac collectione opuſcula continentur de hoc magnetiſmo a Gallis edita; nec inutilem operam in his colligendis digerendisque ignotus editor (MESMERUS forte ipſe, aut certe diſcipulus quidam aut aſſecla MESMERI) inſumſit. Hoc vero in hoc opere valde deſideramus, quod ſcripta tantum magnetiſmo fauentia in eo contenta ſint, ipſeque collector magnetiſmo admodum, praeoccupato amore, fauere videatur.

MESMERI *hiſtoria detecti magnetiſmi animalis* primum exhibetur. Vindobonae ſingularis hic omni modo vir anno 1776 diſſertationem *de influxu planetarum in corpus humanum* edidit, in eoque doctrinam diu iam exploſam recoxit, planetas in corpore humano, inprimis in ſyſtemate neruoſo, *intenſionem* et *remiſſionem*, eodem modo, quo luna fluxum refluxumque maris, producere. Talem fluxum refluxumque ex *intenſionis et remiſſionis* ſua theoria et in corpore humano ſtabiliuit, hancque corporis animalis proprietatem, qua coeleſtia terreſtriaque corpora in id agere valent, *magnetiſmi animalis* nomine inſigniuit. Huius *magnetiſmi* nomine omnes periodicas in corpore ſano et aegro mutationes comprehendit.

Anno 1773 et 1774 virgo XXIX annorum, p. 15.
nomine *Oeſterlin*, ob conuulſiuum morbum inueteratum, cum inſigni ſanguinis ad caput raptu, intenſiſſimoque dolore, delirio furibundo, ſyncope, MESMERUM conſuluit. In hac morbi criſes manifeſtas, poſt easque leuamen detexit, fidaque earum obſeruatione eo peruenit, vt omnes morbi mutationes praedicere poſſet, didicitque „eſſe intra corpora, ex „quibus globus noſter (?) conſtat, reciprocam, illi-

„que

„que ſimilem actionem, quae in corporibus coele-
„ſtibus obſeruatur.“

Magnetem anno 1774 huic virgini adplicuit, fama virtutis commotus, qua ad dentium dolores et ventriculi mala valeret. Adplicuit ferra magnete armata tria cruribus ventriculoque. Senſit inde aegra, morbidam materiam curſu valde dolorifico amnis inſtar fluere, quae inferiora petiit, quo facto omnia acceſſus ſymptomata ſtatim ſedata ſunt. Hoc ſuum inuentum HELLIO ſe communicaſſe, hunc vero ſibi, pompoſo ſermone in diariis publicis ſibi vindicaſſe MESMERUS aſſerit.

Ill. STOERCKIO, inuentum Meſmerianum ſtatim diſplicuit, „*ex timiditate huic viro naturali.*“ (certe non ex timore, ſed eam ob cauſſam, quod, quam inania haec forent, Illuſtris hic vir facile perſpexerit.) Poſtea anno 1775 epiſtolam ad extraneum medicum publici iuris fecit, qua analogiam intra magnetem et electricitatem ſtabiliuit, docuitque, magneticum fluidum omnia penetrare, concentrari poſſe, et, licet a corpore remotum, tamen in id agere, corpora demum animata dari quaedam talem magnetiſmum patientia, alia vero oppoſitae virtutis, magnetiſmi actionem ſupprimentia.

Et INGENHOUSIO res diſplicuit, quam coram Meſmero fabulam eſſe clare declarauit. Promiſit MESMERUS, prima data occaſione ſe eum de rerum ſuarum certitudine conuicturum. Virgo *Oeſterlin praeterlapſis duobus diebus* morbo ſuo iterum a cauſſa quadam occaſionali (forte bene ad rem inſtructa; magicae certe et diabolicae obſeſſiones multam cum his hiſtoriis ſimilitudinem habent) correpta eſt, INGENHOUSIUS ſtatim vocatus. Aegram ſyncope correptam doctus hic vir tetigit manu, ſed nullus aegrae motus ſubſequutus eſt; poſtea *Meſmerus* Illuſtri viro magnetiſmum animalem communicauit

nicauit (quo modo?) quumque eam altera vice digito tangeret, idque variis in corporis locis repeteret, motus conuulſiui in aegra ſemper oborti ſunt. Miratus rem eſt INGENHOUSIUS, ſeque *conuictum* eſſe dixit (tam credulum talem virum tamen nos non putaſſemus). Plura poſtea experimenta, hoc viro praeſente, inſtituta ſunt, quibus magis illum adhuc de rei certitudine conuictum eſſe MESMERUS dicit. Memorabile maxime experimentum eſt, quod aegra, directo ad eam digito MESMERI magnetico principio imbuti, ex octo pedum diſtantia, ſemper conuulſiuos motus cum *dolore* (adeo et in ſyncope dolor? Itane rerum nouarum *inuentoribus* permiſſum eſt, lectorum bonam fidem tam male fallere?) paſſa fuerit.

Rem poſtea publice INGENHOUSIUS pro ficta, ridicula, morbumque *Oeſterlinae* pro mire ficto declarauit. Magnetiſmus in noſocomio Hiſpanico, STOERCKIO iubente, adhibitus, parum ad morborum curam valuiſſe videtur.

Quum poſtea MESMERI inuenta Vindobonae nullo modo probarentur, iter in varias Germaniae prouincias inſtituit, in iisque morbos plures, quos tamen non deſcribit, magnetiſmo ſuo ſanaſſe ſe aſſerit. Putat et GASNERUM famoſas ſuas curationes eodem modo perfeciſſe. In Bauaria morbos plurimos ſe ſanaſſe Noſter aſſerit (ſed et GASNERUS in his terris res ſuas geſſit ſuisque curationibus omnis conditionis homines fefellit) reduxque in patriam vrbem, quum nullas amplius curationes magneticas ſuſcipere vellet, curam virginis *Paradis*, amauroſi perfecta ſimulque melancholia laborantis, amicorum ſuaſu, nec non alius, pariter amauroſi laborantis virginis ſuſcepit. Curae etiam ſuae ſimul ſe commiſit *virgo* (adeone omnia ſua in mulieribus neruorum morbis laborantibus

p. 32.

tentauit Noſter Vindobonae?) phthiſi purulenta et melancholia atrabiliaria laborans, cum conuulſionibus, furore, ſanguinis ſputo, ſyncope. Has omnes curationes in aedibus ſuis ſuſcepit perfecitque, hoc tamen modo, vt admodum imperfectam virginis *Paradis* curationem fuiſſe ipſe concedat, quod tamen inuidiae tribuit, qua parens virginis, ab inimicis MESMERI motus, filiam ſuam, ipſa matreque inuita, vi paene MESMERO eripuit. Ipſa poſtea in priſtinam coecitatem morbumque iterum incidit, quem tamen MESMERUS terrori moerorique aegrae tribuit.

p. 53. Quum demum omnia Vindobonae tam male ſuccederent, hoc eſt, quum, praeoccupatis quibusdam exceptis, omnes Meſmerianum inuentum pro nugis et fabula haberent, ad Gallos transiit. Pariſiis paralyſes quasdam, et vaporoſam melancholiam ſe magnetiſmo ſuo ſanaſſe, verum imperfecte, vt de pluribus curationibus ipſe fatetur, aſſerit.

Vt verbo rem comprehendamus, ex vniuerſo opuſculo, hoc modo conſcripto, vt, quomodo magneticae curationes peragantur, non ſatis conſtet, perfecte patet, MESMERUM methodo ſua curationes nullas perfecte perfeciſſe, ſanationes, ſi et quasdam perfecerit, omnes imperfectas manſiſſe, illumque omnes ſuas curationes hoc modo inſtituiſſe, vt, et ab omni praeiudicio liberi in impoſturae cuiusdam ſuſpicionem facile poſſint incidere.

p. 65. Sequitur epiſtola COURT *de* GEBELIN *de magnetiſmo animali.* Ill. vir poſt vulnera quaedam cruri illata, illius eryſipelatoſum tumorem, poſteaque contabeſcentiam cum ſtupore paſſus eſt, qui et alterum crus corripuit. Curatus eſt a MESMERO ſolo cruris et corporis aegri attactu ſubito. Vidiſſe et ſe aſſerit Ill. vir epilepſia a natiuitate, maraſmo, paralyſi, ſterilitate muliebri, coecitate, caet. laboran-

tes-

tes, Meſmeriana arte curatos. Caetera omnia, quae in hac epiſtola continentur ad MESMERI defenſionem contra eius aduerſarios ſcripta, ſubinde ſatis acria ſunt.

Sed non longe poſt hanc curationem, quam tantopere iactat Ill. COURT *de* GEBELIN, ipſe hic vir mortuus eſt, et quidem in aedibus MESMERI, durante magnetica curatione. Renes in cadauere admodum magni, hydatidibus ſeroſum liquorem continentibus referti, intus admodum dilatati inventi ſunt. Caetera paene omnia naturalia fuere.

Dialogus intra doctorem omnium facultatum, et facultatis medicae Pariſinae, et ſanae mentis hominem, cuius morbum doctor ex longo tempore curauerat. Hunc dialogus ſequitur alius intra medicum praecedentem et alium. Inuectiuas ſat ridiculas continet primus in medicos, qui aegrum, a MESMERO ſine omni medicina reſtitutum, fere perdiderant. Altero medicus dolorem ſuum ob tam copioſas Meſmerianas curationes teſtatur. p. 175.

Epiſtola medici facultatis Pariſinae ad medicum ex Collegio Londinenſi, qua magnetiſmum animalem non exſiſtere probatur. Adſeritur primum, magnetiſmum animalem non poſſibilem eſſe, eumque, ſi et poſſibilis eſſet, non exſiſtere, tandemque, ſi exſiſtat, ſine imprudentia et periculi metu non admitti poſſe. Omnia in hac epiſtola ita dicta ſunt, vt MESMERI meritum inuentumque magis eluceat. p. 199.

Epiſtola Angli cuiusdam ad Gallum quendam de magnetiſmo animali nouiter detecto. MESMERUS ſumme contra obtrectatores defenditur, et editor in notis ad hanc epiſtolam curationes huius viri maxime laudat, academiam regiam ſcientiarum, ſocietatem regiam medicam et facultatem Pariſinam valde taxat, quod huic inuento nullum plane pretium tribuerint. p. 269.

p. 291. CAROLI MOULINIÉ, Sti Euangelii miniſtri, ad Rev. PERDRIAU *de magnetiſmo animali epiſtola.* Auctor a *Meſmero* ſanatum ſe eſſe ipſe fatetur, ſimulque quaedam ad curationes ſuas ſpectantia furtim ab eo didiciſſe. Eo ſe perueniſſe adſerit, vt ſtatim leuetur, incommoda quaedam ſentiens; ſe intra viginti quatuor horarum ſpatium *ſtomachi inflammationem* tantam ſanaſſe, quae intra ſex dies omnem victum potumque interceperit; ſummam et perdurantem anxietatem cum ſuffocatione ſe ſtatim ſanaſſe; in febrili inſultu ſe *mephiticum vaporem*, febris cauſſam, *per caput expuliſſe*, ita vt intra horae ſpatium criſis incideret. Febrem et in puero *per caput* expulit, dorſi dolorem acutum ſtatim ſanauit ſolo attactu magnetico. Conuulſiones ab inedia profectae attactu magnetico ſolo ſtatim ſedatae ſunt. Huius farinae alia multa proferuntur, omni ſanae rationi aduerſa.

p. 317. *Enarratio curationum magnetiſmi animalis ope Buzancyi prope Sueſſionem (Soiſſons) peractarum.* Arbori in pago Buzancy vis magnetica communicata eſt, ad quam ſedentes aegri magneticas vires et ſanationes experiuntur. Criſes perfectas producit in aegris magnetico fluido hoc modo imbutis Dn. *de* PUISEGUR ſolo attactu cum baculo ferreo magnetiſato. Curauit autem *de* PUISEGUR, ſtomachi dolorem, febrem, maculas in cornea, renum rheumatiſmum et vrinae retentionem, quartanas febres, morbos ex externa a lapſu laeſione oriundos, aurium ſonitum cum vniuerſi corporis dolore, pedis tumorem a metaſtaſi (lactea) poſt partum, pectoris oppreſſionem, tremorem et omnium totius corporis partium dolorem, haemoptyſin, inteſtinorum et vteri dolorem cum fluxus menſtrui ſuppreſſione, coecitatem, febres varias, fluxiones varias inueteratas, hernias, intenſos capitis dolores, herpe-

tem referentia exanthemata totius corporis, oculi dolorem, membra mouendi impotentiam, articulorum dolores, febrem tertianam, febres alias, inveteratas, lentas, capitis dolores et neruorum affectiones, cruris paralyſin, inteſtinorum atoniam cum totius corporis dolore, oculi dolorem, febrem vehementem, continuam, mammae poſt partum tumorem, ventris dolorem, alui profluuium diuturnum, menſium ſuppreſſionem, rheumaticos renum dolores, icterum, articulorum dolores intenſos, colicam ſanguineam, oculorum rheumatiſmos, articulorum ſtuporem continuum cum ſurditate, ſtomachi imbecillitatem, tumorem ab acuto ferro articulo intruſo magnetiſmi ope. Harum curationum omnium hiſtoriae enarrantur. Febres maxime rebelles, inprimis quartanae, magnetiſmo, ſine vlla alia medicina curatae ſunt.

Epiſtola Rev. Patris GERHARDI *ad R. P.* PELERIN hiſtoriam ſanationis hydropici pro deſperato habiti magnetiſmi ope exhibet. Hydrops anaſarca fuit. Vrinam interceptam magnetiſmus prouocauit. p. 354.

Hiſtoria curationis biennis filii KORNMANNI *a* MESMERO *peractae.* Humor acer cruſtas formans in oculos pueri depoſitus fuerat. Poſtea maculae in oculo, cum intenſa inflammatione obortae ſunt. MESMERUS obſtructiones infimi ventris accuſauit, quae, reſtituto perfecte aegro, diſparuerunt. p. 356.

Hiſtoria curationum Lugduni magnetiſmi animalis ope ſecundum principia Meſmeriana a Cl. ORELUT *peractarum.* Praemiſſa eſt epiſtola ad MESMERUM, qua inuentum magneticum valde extollitur. Magnetiſmo animali auctor ſanauit virginem ſopore periodico ſex vel ſeptem menſium cum ſenſuum internorum iactura et articulorum ſtupore afflictam. Excitata ſubinde melancholica fuit, rerum- p. 361.

 que

que ſuarum penitus fere ignara. Excitata ſtatim magnetiſmo animali adhibito fuit et melancholia diſparuit.

p. 371. Paralyſis dextri lateris magnetiſmo ſanata morbusque aluo, vrina et ſudore iudicatus eſt. Eodem modo et ſpaſmi in delicata femina poſt puerperium, herpes eryſipelatoſus, conuulſiones articulorum inferorum extraordinariae, paene continuae, febris quartana inueterata, ventriculi dolor, vomitus continuus a rheumatica materia perfecte ſanati ſunt.

p. 379. Forte ad maiorem fidem magnetiſmo conciliandam et imperfectae curationes magneticae enarrantur. Febris rheumatica cum pectoris ſumma oppreſſione, conuulſiones horribiles a terrore ſubito inductae, ſurditas a profluuio materiae purulentae ex auribus intercepto, magneticis curationibus levaminis particulam expertae ſunt.

p. 387. *Recentiorum curationum magnetiſmi animalis ope peractarum hiſtoria.* Arbore Pariſiis magnetico principio imbuta (in horto principis de *Soubiſe*) ſanati ſunt in virgine morbi a ſanguinis ex vtero profuſione nimia oriundi, colicae, ſtomachique dolores, febrilis ad ſiniſtrum crus abſceſſus, ſurditas, quartana febris, ambulandi ob cruris vlcera impotentia, febres diuturnae, iſchiadicum malum, caet. Sanata et mulier magnetiſmi ope eſt, cui febriles ad articulos abſceſſus ingentes dolores produxerant, nec non adoleſcens, quem poſt ſubitaneam corporis exaeſtuati refrigerationem conuulſiones atrociſſimae tentauerant.

p. 406. Mulieri in mortis agone iam conſtitutae magneticae curationis ope pulſus reſtitutus, et ſuffocatio ſublata eſt. Status hydropicus, in quem poſtea haec mulier incidit, eodem modo ſanatus eſt. Et in nauigantium morbis a frigido aëre humidoque

midoque coelo pendentibus magnetiſmus feliciter adhibitus eſt.

Dn^um^ NEVEU apoplexia cum paralyſi totali ſubito corripuit. Morbum nulli medicinae obtemperantem et a medicis et chirurgis pro deſperato declaratum magnetiſmus perfecte profligauit. p. 417.

Cl. GIRAUD magnetiſmi ope ſanauit brachii paralyſin cum ſenſuum hebetudine, renum poſt fluxus menſtrui ſuppreſſionem vehementem dolorem, cum abdominis tumore hydropico, paracenteſi adeo fruſtra inſtituta, cerebri habitualem catarrhum, epilepſiam a terrore, poſt crebrum mercurii vſum ad venereum morbum ſanandum inductam, ſcrophuloſos tumores, infernorum articulorum rheumatiſmum cum ſphincteris veſicae vrinariae paralyſi, neruorum morbos anomalos cum articulorum nodis et viſu in altero oculo deperdito, iſchiadicum malum, dolores rheumaticos vagos, hemiplegiam ſiniſtri lateris perfectam, mammarum dolorem cum glandularum infarctu, ſtomachi dolores, hemicraniam, pectoris oppreſſionem a moerore inductam, hepatis obſtructionem, debilitatem totius corporis ab aëre humido, aſthma conuulſiuum habituale, rheumaticos humeri dolores, ſuffocationem, dolorificum articulorum ſtuporem poſt fluxum menſtruum ceſſantem, colicas frequentes poſt febrem malignam, menſium ſuppreſſionem, periodicas conuulſiones, ventriculi ſummas criſpationes, articulorum tumores cum dolore, ſurditatem ex longo tempore perdurantem paene perfectam, tremorem articulorum a vini immoderato vſu, icterum, caet. p. 421.

Curatio hydropis vniuerſalis magnetiſmi animalis ope peractae. Hydrops poſt febrem quotidianam obortus erat. Vrinas magnetiſmus prouocauit. p. 454.

p. 463. Operi epiſtola MESMERI addita eſt, qua ſe contra THOURETUM defendit. Aſſerit, doctrinam de magnetiſmo animali a ſe vere inuentam, et curationes ſuas magneticas veras, non in aegrorum imaginatione ſitas eſſe. Sed quaenam in THOURETI opere contineantur, diſpiciamus. Tempore, quo *magneticus furor* Pariſinos maxime inuaſerat, anno 1784, THOURETUS ſequentem librum edidit.

XXVI.

Recherches et doutes ſur le magnetiſme animal, par Mr THOURET, Docteur Régent de la Faculté, et membre de la Société Royale de Medecine, a Paris, chez Prault. 251 pagg. in 12 mai.

i. e.

Diſquiſitiones et dubia in magnetiſmum animalem, auctore Cl° THOURET.

Et quidem ex regiae ſocietatis medicae auctoritate, quae illi hanc diſquiſitionem, Meſmerianarum curationum fama inducta, demandauerat. Primum ex auctoribus docte probatur, MESMERI doctrinam nouam non eſſe, ſed ſatis antiquam. Ad vulnerum ſanationem magnetem HELMONTIUS, GOCLENIUS, alii, adhibuere. (Emplaſtra ſua magnetica agyrtae hodie adhuc publice iactant). Ad internos morbos magneti virtutes ſingulares, imo ſpecificas adſcripſerunt LIBAUIUS, TENTZELIUS, WÜRDIG, MAXVELLUS, KIRCHERUS.

p. 8. Vt autem rerum ſuarum theoreticam quandam explicationem dare poſſent, *fluidum vniverſale, vniverſi animam, fluidum magneticum vniuerſale* ſtatuerunt, quod ab aſtris vſque ad hominem extenderetur, omnem naturam animaret, omnia corpora penetraret,

netraret, corporibusque vires attractionis et repulſionis communicaret. Hoc libere in atmoſphaera fluctuans fluidum hoc modo ſe diſponere poſſe putabant, vt eo vitale animatarum ſubſtantiarum principium animare, criſes excitare et turbas componere poſſent. Eodem modo et ſanitatem conſervari vitamque produci putabant ſpiritu vitali fortiori reddito, hoc modo, vt vniuerſalem, maxime ſimplicem medicinam ad omnes morbos ſe inueniſſe iactarent.

Quae cum in vniuerſo mundo ita eſſe putarent, in homine, microcoſmo, eadem ſtatuerunt. Polarem axin in homine iam PARACELSUS ſtatuit, polum poſtea arcticum in ore, antarcticum in abdomine PARACELSI ſectatores ſtatuerunt.

His praemiſſis, ea, quae MESMERUS de magnetiſmo ſuo docuerat, cum doctrina medicorum ſaeculi XVI. et XVII. conferuntur, fuſeque probatur, omnia a MESMERO prolata et pro nouis, a ſe inventis, diuendita, iam a MAXVELLO aliisque clare dicta eſſe. p. 13.

Aliter tamen MESMERUS noſtris temporibus magnetiſmum adhibuit, quam olim fieri conſueuit. Putabatur enim olim, magneticas virtutes in adfectum corpus dirigi poſſe, ſi partes quaedam, aut ſanae aut aegrae, ab eo deſumerentur, fluidoque magnetico imbuerentur. Caeterum olim eodem modo, quam noſtris temporibus, purgationes inſtitutae, morbique magnetis ope ſanati ſunt. Aegri magnetis ope diuerſi generis ſenſationibus obnoxii facti ſunt, et a fortiſſimis et a maxime delicatis facile ferendis. Eodem magnetiſmo veteres et ſedem morbi tantoties ignoratam cognoſcere tentarunt, fluidoque ſuo prudentiae ſpeciem tribuiſſe videntur. Id inprimis magnetico fluido tribuerunt, quod rationem et criſes iuuaret, morbos neruorum

omnis generis vtplurimum ſanaret, et transſpirationem iuuaret. Tandem et animi mores vehementer ab eo mutari, aegrosque propenſione quadam ad hanc medicinam eosque, qui in adhibenda ea occupantur, ferri adſeuerarunt.

p. 120. Quae MESMERUS ad probandam influxuum magneticorum veritatem profert, omnia iam KIRCHERUS propoſuit.

Si autem omnia, quae primi ſcriptores de magnete eiusque influxu in corpus animatum adſeruere, recte penſitemus, facile patet, ea omni fundamento deſtituta adeoque iure obliuioni tradita eſſe. Hypotheſeos partes ſola imaginatione combinatae legitimam probationem non ſuſtinuerunt, et ſanationes ſecundum eam inſtitutae cum exorciſmis et incantamentis plurimam ſimilitudinem habent. Hinc et quod ſana doctrina philoſophiae naturalis probari non poterat, *ſenſationibus* fallacibus probare tentauerunt. (eodem modo, quo MESMERI *aegrae*, quamuis nil in earum morbo mutatum eſſe clare perſpiceretur, firmiter adſeruerunt, ſe perfecte ſanas eſſe).

p. 139. Sed num magnetiſmus animalis MESMERI plus confidentiae mereatur, quaeſtio eſt. In hoc Cl. Auctor in altera opuſculi ſui doctiſſimi parte occupatur. MESMERO ſequentia iure obiiciuntur:

1) tactum frequentem, continuum, inprimis in regionibus corporis humani valde ſenſibilibus, effectus ſenſibiles producere poſſe, ob mutationem in neruis productam, hinc quod magneticis influxibus tributum eſt leuamen, tactui (forte calori artificio quodam inducto, forte et *frictioni*) adſcribendum eſt. (Certum eſt, mulierculas neruis delicatis laborantes ſtatim leuari, inprimis ſpaſmis viſcerum abdominalium praeſentibus, calore artificiali ſcrobiculo cordis admoto aut eo paululum compreſſo).

2) calo-

2) calorem ſanae manus in valde ſenſibilibus conuulſionibus laborantibus, modo maxime naturali, multa praeſtare.

3) multum etiam in ſenſibilibus apparatum medicinae applicandae, promiſſa, enthuſiaſmum, caet. valere. Poſſe adeo fieri, vt tonus neruorum auctus manus ope ad certas partes determinetur, hocque modo euacuationes, caet. producantur.

4) eos, qui magnetis ope morbos curant, criſes, hoc eſt, conuulſiuum ſtatum in valde ſenſibilibus ſubiectis tantum producere poſſe, inprimis in feminis, in quibus neruorum ſenſibilitas dictis modis iam ſuſcitata eſt.

5) mirum nullo modo eſſe, conuulſiones ab vno ſubiecto in alia propagari; ſi ſubiectum adſit, quod vere conuellitur, alii, exſpectatione eorum, quae ipſis futura ſunt, adiuuante pompoſo apparatu, facile conuelluntur. Non rarum eſſe, conuulſiones hoc modo in certis vrbibus epidemicas euaſiſſe. (Eodem modo et diabolicae obſeſſiones in vrbibus, monaſteriis, epidemicae factae ſunt).

6) quantum ad talium morborum curationes metus, laetitia, aut aliae paſſiones animi vehementes conferant, iuſto tempore iuſte motae, hiſtoriae teſtantur.

7) empiricos famoſos ſolo attactu, GASNERI exemplo, in variis hominibus effectus differentes, admodum notabiles produxiſſe, et tamen hos homines impoſtores fuiſſe.

8) magnetiſmi animalis fautores plus ad motus grauiores ſuſcitandos, vt ſpectatorum ſenſus percellantur, quam ad veram vtilitatem aegris ſuis adferendam, ſpectant.

9) morbos quosdam locales et MESMERUS magnetiſmo ſuo non curari poſſe adſerit; hinc ſuſpicio

cio naſcitur, huius methodi fautores hoc modo malos rerum ſuarum ſucceſſus excuſare velle.

10) omnes, qui noſtris temporibus medicinam vniuerſalem iactant, homines, modo non excuſando, fallunt.

11) Phaenomena, quae MESMERUS modo ſuo occulto producit, omnia ex ſenſibilitatis negotio explicari poſſunt.

12) Nec fidem ſyſtemati ſuo facit MESMERUS, quod res ſuas tam occulte gerat.

Scripta tam copioſe in Gallia noſtris temporibus edita magnetiſmo fauentia legentes, mirati ſumus vehementer, enchireſin, iam ſaeculo XVII. exploſam, noſtris temporibus tantam fidem inueniſſe, vt metus iuſtus ſit, ne verae et rationalis medicinae detrimento magno, fabuloſa iterum pro veris et ab hominibus lucrum ſuum quaerentibus ficta pro indubitatis habeantur. In magnetiſmi theoria et hiſtoriis curationum eo peractarum tam multa occurrunt omni ſanae rationi aduerſa, ſibi contraria, vt, qui, quam parum haec omnia ad morbos vere ſanandos valeant, non perſpiciat, admodum craſſae naris eſſe debeat.

XXVII.

ERNST GOTTFRIED BALDINGERS *neues Magazin für Aerzte. Sechster Band. Leipzig, bey Iacobaeer. Erſtes bis ſechstes Stück.* 1784. 572 *Seiten.*

i. e.

Nouum promtuarium in vſum medicorum editum. Volumen VI.

Continentur in hoc volumine ſequentia:

Continuatio hiſtoriae morbi admodum notabilis voluminis V. part. III. deſcriptae. Morbo, quo doctiſſi-

doctiſſimus vir (KRÜNITZIUS, vir Illuſtris) laborat, pectoris dolor obtuſus eſt, in acutum tranſiens, dum Ill. vir pedibus progreditur, cum vomitu liquoris gaſtrici, dum ſtomachus vacuus eſt, alimentorum, dum plenus eſt, coniunctus. Morbus iam diutiſſime perdurauit. Anno 1782 pedum gangraena Ill. vir correptus eſt admodum periculoſa, ex laeſione externa orta. (Vt et noſtram de miro hoc morbo ſententiam feramus, infarctus pulmonum et forte vaſorum coronariorum cordis accuſandos eſſe putamus. Vidimus aliquoties morbos, huic, quem Ill. KRÜNITZIUS patitur, ſimillimos. Sanauimus quosdam morbo mitiori exiſtente, alii, in quibus diuturnius malum fuit, omnem operam medici, omnia medicamenta eluſerunt).

Continuatio indicis auctorum, qui de cortice Peruviano ſcripſerunt, BALDINGERO, V. Ill. auctore.

Index lectionum collegii medico-chirurgici Berolinenſis. p. 15.

Additamenta ad pharmacopoeam Edinburgenſem ab Ill. BALDINGERO editam, eodem V. Ill. Auctore. Verſatur Ill. vir in editione ſeparata additamentorum.

De inſtituto medico-chirurgico Bonnenſi. Bibliothecam Elector ſuppeditauit.

De quibusdam ad pharmacopoeos et officinas pharmaceuticas ſpectantibus. Taxatur inprimis mos Germanorum medicorum dona certis anni temporibus, inprimis ineunte anno, a pharmacopoeis exſpectantium, deſiderantium. Addidit et ſua Ill. editor vota vtique pia veraque.

Obſeruationes medicae, botanicae et oeconomicae, p. 41. ERHARTO, V. Cl. auctore. Theae ſinicae loco Cl. vir folia liquidambrae ſtyraciſluae, pruni Mahaleb, hyperici prolifici, et vaccinii vitis ideae adhibet. Lactis coagulationi oleum tartari lacti adfuſum ante coctio-

coctionem aduerſum eſt. — Cimices e lectulis mercuriale vnguentum depellit. Ranunculus aquaticus vaccis bonum et ſalutiferum alimentum praebet, nec non viſcum album. — Trichlochin maritimum, heracleum ſphondylium, achillea millefolium, aegopodion podagraria, plantae oleraceae admodum vtiles ſunt. — Sorbi torminalis baccae fermentatae acetarii boni ſaporem habent, nec non campanula rapunculus, quae valerianae locuſtae loco commode adhibetur. — Trifolium flexuoſum *Iacqu.* bonum bobus alimentum praebet.

p. 52. *Obſeruationes quaedam*, auctore WOELTGE. Hydrophobiam vnguentum mercuriale auertit.

Hiſtoria abſceſſus abdominalis et lumbricorum effractorum. Abſceſſus a vi externa ortus eſt; eum fiſtula et hectica febris excepit. Putat Ill. editor, herniam incarceratam primam morbo anſam dediſſe.

Varia, auctore BÜCKING. Puellam triennem menſtruatam vidit, menſes ſtato tempore, omni anno redierunt. (Similia et nos vidimus; ſed *menſtruum* fluxum quis haec dicat?) Vidit et purpuram veſicularem, febrem miliarem epidemicam, caet.

De re in Ruſſia medica. Eam PETRUS I. inſtaurauit.

p. 73. *Caeſareae ſectionis hiſtoria*, auctore STARKE, *V. Cl.*

Acuum e cute exciſarum hiſtoriae, auctore MARX, *V. Cl.* Eas omnes extus inferri putat, negat vero Ill. editor. (Extus illatarum exemplum et nos vidimus).

p. 81. *Hiſtoria litteraria ſcriptorum, qui de aquis Hof-Geiſmarienſibus ſcripſerunt*, Ill. editore auctore.

Finem parti faciunt catalogus natorum et denatorum Caſſellis, et anecdota varia.

Altera parte haec continentur:

Addita-

Additamenta ad nouam pharmacopoeae Edinburgenſis editionem continuata, Ill. editore auctore. Inſerenda varia, delenda plura continent. p. 97.

Obſeruationes botanicae, ERHARTO, V. Cl. auctore. Plurima ad plantarum ſpecies rectius definiendas, diſtinguendas continent.

EHRMANNI, Medici Francofurtenſis, *aquarum Schwalheimenſium deſcriptio*. Adfines admodum aquis Selteranis ſunt, evaporatae pares cum iis partes conſtitutiuas habent, Selteranae tamen plus ſalis marini, Schwalheimenſes plus ochrae martiatae continent, hinc et ſiti magis aduerſae. Continent et Schwalheimenſes aquae acidi vitriolici et aëris fixi maiorem partem, hinc pro aqua Selterana martiata habendae. Effectus ſalutiferos inſignes habent, inprimis Selteranis remixtae.

Sylloge aquarum mineralium in terris Brunſwicenſibus Luneburgenſibus maxime notabilium, ERHARTO, V. Cl. auctore. Diſtinguit Cl. vir aquas in gaſatas, ſulphureas et ſalinas. Aquas, quae communem ſalem ſuppeditant, Cl. vir ſimul in vtiliſſima tractatione recenſuit.

Obſeruationes medicae, BRÜCKMANNO, V. Cl. auctore. Lacerta deuorata. Aeger inſigni ciborum appetitu vexatus et rodente ventriculi dolore adfectus a vino copioſe poto leuamen tantum ſenſit. (Lacertam vino inebriatam putat Auctor, ſed fides penes eum ſit). Tandem tabidus periit. Motus in cadaueris abdomine pulſans. Inciſo abdomine viua in ventriculo lacerta inuenta eſt. Alius aeger ex lacerta cum aquis deglutita dolorem in ventriculo admodum moleſtum ſenſit, lacerta, multo praeterlapſo tempore, vomitu arte citato eiecta euanidum. p. 140.

Hiſtoria morbi ſpaſmodici violenti. Morbi initia fuere capitis, ventriculi dolor, cum viſus momen- p. 146.

tanea

tanea abolitione. Febrem gaſtricam excepit ventriculi inflatio, eamque pedum, manuum, linguae titubatio, oris diſtorſio. Appetitus ſummus. Acidi inprimis viis ſuſpicio. Oleo tartari dato conuulſiones in adfectis partibus ſequutae ſunt, valerianae extracti vſu vniuerſaliores factae. Leuamen nullum antiſpaſmodica medicamenta omnia, partem leuaminis flores Zinci attulerunt. Anthelmintica demum et minerales aquae morbum leuarunt. (Errarunt medici aegrae in eo, quod in initiis morbi in antiſpaſmodicis omnem ſalutis ſpem poſuerint, neglecta vera morbi cauſa, isque error in conuulſivis morbis omnibus admodum communis et admodum pernicioſus eſt).

De boum lue LEIDENFROSTII, V. Ill. ſententia. Cenſura libri eſt a Chirurgo Anglo FLACK editi.

Sequuntur formularum medicarum male combinatarum praeſcriptarumque exempla plura ab Ill. Editore congeſta.

SCHERFF, V. Cl. docet, pueros miaſmate ſcrophuloſo laborantes tuſſi conuulſiua aut non, aut admodum benigna correptos fuiſſe.

Tertiae parti haec inſunt:

p. 194. *Varia*, auctore BÜCKING. Aphtharum origines ab acrimonia repetuntur, in pueris acida lactea, in adultis glilioſa, putrida, caet. Periculum aphtharum a gangraena et ab interceptione vaſorum reſorbentium pendet. Criticae admodum benignae eſſe debent. In adultis febris, cui adiunctae ſunt, curationi cedunt, non tamen negligenda ſunt topica externa, inuoluentia, putredini aduerſa. Coffea tremorem cordis et articulorum Cl. viro excitauit, poſtea capitis dolorem diſſipauit, animum alacrem magis reddidit.

De

Cl[i] BUCHOLZII ad editorem epiſtola *de ſcabie.* Sanauit Cl. vir fauſto cum ſucceſſu ſcabiem Roſenſteiniana methodo, ſulphuris interno et externo vſu. Poſtea IASSERI vnguentum adhibuit ſummo cum ſucceſſu, ita, vt et neglecta corporis munditie curatio ſuccederet. (Lauri baccas vnguento nos non addimus, miras autem et ſubitaneas curationes eo perfecimus, integris ſubinde familiis trium hebdomadum ſpatio ſanitati reſtitutis. Saepe vnguentum pedum plantis adplicandum fuit, ob ſcabiei exanthemata in pedibus pertinaciter reſidua. Vnico tantum exemplo, in quo tamen negligentiae plurima tribuenda fuere, malum rebellius vnguento internoque puluerum vſui pertinaciter obſtitit. Mala ſymptomata nulla in perſanatis obſeruauimus) p. 217.

Hiſtoria morbi, quo virgo laborauit, anonymo auctore. Ventriculi dolorem tactu externo citatum flendi deſiderium excepit. Poſt variolas benignas ſuperatas capitis dolor, anxietas, ventriculi dolor. Morbus a medico pro febre intermittente erratica habitus. Dolor a cordis ſcrobe ad vmbilicum protenſus, intenſiſſimus, eiulatus citans. Morbus pro verminoſo a medico habitus, purgantia ad taeniam pellendam data. Extremorum frigus, ſumma anxietas, punctorius in digitis ſenſus oborta ſunt. Scarlatina febre intenſa admodum ſuperata, praegreſſo ſummo moerore, in intenſiſſimum capitis dolorem cum conuulſionibus articulorum incidit. — Annotata Ill. editoris lectu digniſſima ſunt.

De corticibus cortici Peruuiano ſubſtituendis. Iure notatur, GÜNZIUM in Germania primum de ſalicis cortice cortici Peruuiano ſubſtituendo egiſſe. p. 227

De his, quae in Pomeraniae parte, quae Regis Sueciae ditioni ſubdita eſt, circa rem medicam nouiter geſta ſunt. Clericis mandatum eſt, vt quouis menſe

 ſyllo-

ſyllogen mortuorum, aetatis et morborum, quibus mortui ſunt, conficiant. (Sed quis morbos exacte indicet clerico, talium rerum ignaro? Vidi errores in talibus rebus ſummos).

p. 243. *Operis ſui ornithologici mutati ſciagraphiam* MERREM, V. Cl. exhibet.

p. 250. *De ſimplicium medicamentorum pretio et taxis pharmaceuticis inſtruendis*, auctore MOENCH, V. Cl°. Fixari taxas non poſſe ex pretiorum diuerſitate probatur. Serpentariae radix anno 1773 3 thaleris, anno 1779 25 thaleris conſtitit.

Scriptores de aquis ſoteriis Dorf Geiſmarienſibus, Ill. BALDINGERO *auctore.*

p. 263. *Varia.* ERHARTUS, V. Cl. botanicum iter inſtituit in terris Hannoueranis. Vidit, plantarum variarum oeconomicarum cultum negligi, animalium cadauera vbique inſepulta putreſcere, canum copiam reſtringendam, phyſicorum prouincialium, nec non calendarii bene inſtructi, defectum, noxiam lini in aquis macerationem, caet.

Sequuntur *formulae medicamentorum* malae notae, cum annotationibus Ill. BALDINGERI.

De puerorum epidemicis morbis anno 1784 *graſſantibus* WALDSCHMIEDII epiſtola. Morbillos facile pueri ſuperarunt, ſcarlatinam et miliarem febrem non aeque.

p. 277. *Hiſtoria conuulſiui morbi*, anonymo medico auctore. Debilitas et laſſitudo inſignis morbum praeceſſerunt. Spaſmi ſummi, maxime varii, lingua nigra, morbi caeterum cauſa penitus incognita. Remiſerunt diriſſimi ſpaſmi, dum a medicamentorum vſu aegra deſiſteret.

Quartae parti haec inſunt:

p. 290. *Tractationes quaedam*, auctore ERHART, *V. Cl.* Aſcarides gratiolae puluis depulit. Semina lauri ob efficaciam commendantur, nec non gentianae albae

albae radices. — Examinandum eſt ſambuci roob, num in aeneo vaſe coctum ſit. — Commendantur tanacetum vulgare, artemiſia maritima, arnica montana, achillea nobilis, myrica gale. — Nouum plantae genus RÜLINGIAE nomine deſcribitur, aliudque BERKHEYAE. — Ad pharmacopolia et pharmacopoeos pertinentia pia vota. Vt priuilegia pharmaceutica pecunia non redimantur, vt pharmaceuticae merces a publicis ſumtibus, vectigalibus, caet. liberentur, vt pharmacopolae et *prouiſores* officinarum pharmaceuticarum diligenter examinentur, vt medici medicinas non ipſi diſpenſent, vt medicamentorum pretium omni modo minuatur, caet.

Continuatio hiſtoriae morbi, quo KRÜNITZIUS, *vir Ill. laborat*, ex epiſtola Ill. viri ad editorem data. Morbus a moerore origines duxiſſe videtur. Pectus ab omni labe liberum fuit; attamen Ill. vir XVIII. aetatis anno haemoptyſi ex haemorrhoidibus interceptis laborauit. (Certe non eſt, quod ſententiam noſtram de infarctibus in epigaſtrica regione et pectore mutemus!) Materiam peregrinam in ventriculo latere putat HOEPFNERUS, et morbum emeticis depellendum, cocta materie, ſuadet; ſed haec, licet ſatis commode dicta ſint, certe vana erunt, forte nociua.

Obſeruationes botanicae, ERHARTO auctore. Incongruo modo cum botanicis meritiſſimis cauillatur, quorum ſi corrigenda eſſent dogmata, modeſtiore ſermone fieri debuiſſet.

Continuatio indicis ſcriptorum de cortice Peruviano.

Lithopaedii hiſtoria, ex SCHLEGELII, V. Cl. p. 349 epiſtola ad editorem. Inciſum feminae per ſex annos grauidae cadauer foetum in abdominis cauo exhibuit membrana cartilaginea circumdatum. Partes genitales cadaueris internae omnis labis expertes.

Cerebri vulnus exile lethale. Paruum oſſis bregmatis vulnus cerebri ſubſtantiae partem magnam conſumſit.

Epilepſiae hiſtoria. Morbus a corpore ſaltatione durante nimis exaeſtuato obortus eſt. Perdurat per ſex annos. Medicamenta varia admodum, maxima copia adhibita ſunt. Quaeſtio mouetur de vlterius adhibendis medicamentis.

p. 358. *Vteri hydrops.* Inciſo cadauere vterus, ouaria, gangraenoſa, ſumme exulcerata, tam putrida, vt cognoſci non poſſent.

Morbi cuiusdam hiſtoria. Acido ſpontaneo aeger laborat. Acida omnia, ſanguis adeo.

Formulae medicorum inconcinnae.

p. 368. *De morbis vere et anni* 1783 *decurſu, nec non vere anni* 1784 *graſſantibus* ACKERMANNI *obſeruationes.* Aeſtas anni 1783 ſicciſſima, calidiſſima fuit, fruges, olera defecerunt, ſolani tuberoſi pars magna ſingulari morbo corrupta. Acetaria omnia rara, poma, pruna copioſa fuere. Sudores hominum profuſiſſimi, cauſae morborum aeſtiuorum vbiuis obuiae, morbi tamen rariſſimi. Cauſam tam vniverſae ſanitatis in nebuloſo aëre Auctor ponit. Siccum autumnum hyems gelidiſſima excepit. Niues in vrbibus et vicis a ventis cumulatae, ſordibus variis, morae diuturnitate impraegnatae. Pauperum egeſtas, non ob frumenti, ſed ob aquarum, ad molendas fruges neceſſariarum, defectum. Acceſſit frigus ſummum, carnium caritas, vita ſedentaria maxime, ob caritatem rerum ad vitam ſuſtentandam neceſſariarum omnium, continuata.

In quinta parte haec continentur:

p. 385. *Continuatio obſeruationum* ACKERMANNI *de morbis annorum* 1783 et 1784. Exeunte anno puerperae admodum male ſe habuerunt. Febre laborarunt puerperali, euacuantibus lenioribus ſimulque

que medicinis tonum vaſorum inſtaurantibus feliciter ſanata. Mortua tamen puerpera eſt male ab agyrta tractata ex metaſtaſi materiae peregrinae ad pulmones. Alia ſpaſmis violentiſſimis adfecta, ex ſciſſo forte ſanguifero vaſe in abdomine, aliaque lactantium phthiſi a chirurgo, qui miliaria ſuſpicabatur, male tractata, obiit. Ineunte anno 1784 in vicinis locis tuſſis conuulſiua graſſari coepit, primum omni modo, vereque catarrhalis, et ſuetis ad catarrhum medicinis cedens, ſed Martio menſe ineunte in conuulſiuam degenerans. Catarrhalis tuſſis tranſitum Cl. vir, et in progreſſu epidemiae, in conuulſiuam ſaepius obſeruauit. Vniuerſam vrbem ſubito tuſſis peruaſit, nec vigeſima pars puerorum ab ea libera manſit. Dum exeunte Aprili bilioſa epidemia graſſaretur, illi dolor colicus ſummus, aeſtus vrens adiuncta fuerunt. Leuarunt tunc morbum purgantia lenia bili aduerſa. Lethalis pluribus conuulſiua tuſſis fuit, ſed valetudinariis maxime, atrophia laborantibus, prae aliis autem his, in quibus, tuſſi correptis, ex dentium difficultate conuulſiones natae ſunt. Maio menſe tuſſis penitus ſiluit.

In ipſis conuulſiuae tuſſis originibus icterus in grauida obortus eſt, rarus in terris Zeulenrodanis admodum alias morbus. Martio menſe idem morbus viros inuaſit ſaniſſimos quosdam, tartari cremore et emeticis ſanatus. Poſtea admodum inualuit morbus, ita, vt aegri decem et plures auxilium Cl. viri ſaepius coniunctim implorarent. Liberi manſere a morbo omnes, qui XV aetatis annum nondum attigerant. — Dum morbus iam admodum populariter graſſaretur, diarrhoea copioſiſſima aquoſa bilioſa plures aegros corripuit, morbum protrahens, emeticis ſananda. Caetera ictero adiuncta ſymptomata omnia bilis in primis viis copioſiſſimae

 indicia

indicia dederunt. Diarrhoea poſtea et pueros corripuit.

Sequitur tuſſis conuulſiuae exacta magis hiſtoria. Morbus ex catarrhali tuſſi in initiis manifeſte ortus eſt, tantopere ſaepe cum eo complicatus, vt veram conuulſiuam tuſſim ſaepe Cl. Auctor in initiis, per aliquot dies, pro catarrhali haberet. Nec verum de conuulſiuae tuſſis praeſentia iudicium ferri potuit, niſi morbo per aliquot dies iam perdurante. Symptomata, quibus haec tuſſis vere cognoſcitur, et ab aliis ſpeciebus diſtinguitur, accurate recenſentur. Inſultus morbi, dum pueri ad eos attendunt, ſaepe praefocantur. Vidit Noſter in puella hanc tuſſim ſemper praefocatam, dum modo adeſſet. Inſultus vtplurimum ab accedente externa cauſa determinantur, ſubinde a ſternutatione, quam cum hac tuſſi copioſiſſime coniunctam Noſter vidit.

Exanthemata in capite, in tuſſis progreſſu copioſe erumpunt, miliaria, ab humoribus ad caput delatis pendentia, ſymptomatica, morbum non levantia. Vidit Noſter et exanthemata in vniuerſo corpore ſuppurantia, variolas ſpurias referentia, ſed et haec critica non fuerunt. Omnes efflorescentiae cum maculis variis in facie erumpentibus, haemorrhagiis narium, oris, faucium, caet. communes origines habent.

Varia admodum morbi duratio eſt. Qui nullas medicinas ſumſerunt, per quatuor hebdomades vtplurimum aegrotarunt, qui nociuis vſi ſunt, relaxantibus, aut vaſorum conſtrictionem in pulmonibus producentibus, longius aegrotarunt. Facillime morbus, a quacunque cauſa, recrudeſcit. Induxit hernias, aſthmata, reſpirationem difficilem, cum corporis colliquatione quadam lichene Islandico cum lacte dato ſanandam, articulorum inferiorum

paraly-

paralyſin, caet. — Pluribus, vt iam dictum eſt, lethalis fuit, his potiſſimum, qui omnia auxilia neglexerant. Quidam ſubito ſuffocati ſunt, ex ſpiritu intercepto, apoplecticorum more. In mortuis plurimi fuere obſtructionibus viſcerum infimi ventris, atrophia, cachexia, glutine ſpontaneo, rachitide laborantes. Hos ante mortem conuulſiones a tuſſi excitatae corripuerunt. Quarta aut quinta eorum pars mortua eſt, qui dentitionis difficilis ſymptomatibus durante hac tuſſi correpti ſunt. Nullus cutaneus morbus morbum leuauit, nec conſtitutioni cuidam particulari tuſſis pepercit. Magis tamen et grauius laborarunt, in quorum pulmonibus antiqua labes phthiſica latebat, craſſi, ſucculenti, qui in cibo aſſumendo et eligendo nullum ordinem ſeruabant. Hinc pauperrimorum liberi diutiſſime aegrotarunt vtplurimum. Protraxerunt morbum remedia omnia ſic dicta pectoralia, relaxantia.

Vix putat Cl. Auctor tuſſim conuulſiuam morbum *ex proprio et priuato genere* conſtituere, qui proprio ſibi veneno producatur; morbus enim manifeſte ex tuſſis catarrhalis tranſitu ortus fuerat, invalueratque eodem plane modo, quo in adultis infimi ventris viſcera a bile adfecta ſunt. Videtur itaque adultos et pueros communis morbifica cauſa affeciſſe, determinatam actionem in vtrisque inducens. Nec vt morbus ex proprio et priuato genere lues propagata eſt. Contagium morbi Zeulenrodam non peruenit, nec Zeulenrodae a ſubiecto in ſubiectum propagatum eſt, quum praeterlapſis ad ſummum duobus hebdomadibus morbus iam latiſſime graſſaretur, qui mos vere contagioſis morbis proprius non eſt, ſed morbis potius, quorum origines in aëre latent, epidemicis. Nullum praeterea miaſmatis ſpecifici indicium morbi decurſus

 et

et ſanatio ſuppeditant. Nocent omnia, quae viſcidum et acrimoniam augent. — Bis hac tuſſi correptos plures Cl. vir vidit.

Morbi curatio ſemper difficilis eſt, partim ob relaxantium vſum, quem plebs maxime amat, partim et ob parcam bonorum medicamentorum efficaciam, qua vulgus facile ad empirica medicamenta adhibenda inducitur. In glutine in ventriculo haerente euacuando curatio princeps ſita eſt; ſed hoc gluten praeparandum ad euacuationem eſt. In his, qui ſolida tenſa et multum ſanguinem habuere, ſalia media profuere, in cachecticis ſquilla, kermes minerale, et radicum graminis decoctio. Emeſin tartarus vomitorius efficaciter concitauit, vomitu ſuperato parca doſi continuandus. Recrudeſcente iterum inſultuum vi, eadem methodus iterum adhibenda fuit. Superato vomitu medicamentum ex ſulphure antimonii aurato et ſquillae puluere cum melle, aut tartari oleum profuit. Profuere et admodum balnea, anthelminticaque, vermibus praeſentibus.

Si ſub horum remediorum omnium vſu tuſſis rebellior perſtabat, quod vero raro accidit, ad antiſpaſmodica Cl. vir confugit. Tuſſim manifeſte auxit moſchus. Caſtoreum et foetidam aſam aegri recuſarunt. Plura cortex Peruuianus praeſtitit, adhibendus praemiſſis reſoluentibus, emeticis, et tuſſi iam aliquo modo remiſſiore exiſtente. — Ad conuulſiones cum tuſſi coniunctas clyſteres maxime valuerunt. In quibusdam caſibus et cornu cerui ſuccinatus liquor bonos effectus edidit. (notandus hic error typographicus *Durchlauf der Zaehne*, loco *Durchbruch.*)

p. 429. *Obſeruationes de febre bilioſa epidemica Ratisbonenſi*, ex litteris SCHAEFFERI, ad WITTWERUM, datis. Intercepta imprudenter diarrhoea bilioſa,

biliosa, quae plures inuadebat, febris biliosa intenſa oborta eſt. In omnibus morbis bilis materiali cauſae admixta fuit. Vaeneſectionem hi morbi non tulerunt. (In ſale Sedlizenſi admodum copioſus Cl. Auctor ad curationem eſt; ſed hunc ſalem aegri bilioſa febre laborantes non ferunt, inprimis putredinis metu imminente; putredinem enim auget).

Mortis filii ſui et Oſanni, viri quondam Cl. mentionem Ill. Editor facit. Dolemus filii ſortem pulmonali phthiſi exſtincti, qui medici boni doctique firmam ſpem dabat, cuique nec ingenium, nec opportunitas deerat, nec non OSANNI mortem, viri in bonis litteris verſatiſſimi, medici doctiſſimi, expertiſſimi, ſummi animi candoris, vere pii, qui acutiſſimo ſuo ingenio multifariaque doctrina multa praeſtare potuiſſet, niſi Deus illum, iuuenem, e medio ſuſtuliſſet. Os a lacrymis temperare non poſſumus, amicitiam, omnis fuci expertem, integerrimam, quo nos beatus vir proſequutus ad mortem vſque eſt, animo noſtro cogitantes. p. 438.

Hiſtoria morbi et inciſio cadaueris Dn. de BARDELEBEN, *Gubernatoris Caſſelani.* In vreterum et renum regione calculi. In veſica vrinaria calculi, in eius finibus pus vomica incluſum. Dolores paſſus fuerat Ill. vir in ſiniſtro rene, extracto abſynthii cum aqua ſoluto leuatus. Morbus ex podagra, haemorrhoidibus anomalis compoſitus. Vrina poſtea intercepta, ſopore praeternaturali captus periit.

De inſtitutis publicis obſtetriciis Argentoratenſibus.

Continuatio indicis ſcriptorum de cortice Peruviano, Ill. editore auctore.

Cadaueris inciſio, auctore Cl° GISECKEN. p. 462. Monſtroſa puella fuit partu recens enixa. Defuit oſſis frontis conuexitas, penitus oſſa bregmatis et

 oſſa

oſſa occipitis defuere. Collum defuit. Cerebrum meningibus tectum.

Continuatio hiſtoriae morbi parte promtuarii tertia enarratae. Aquae Pyrmontanae aegram inprimis leuarunt.

De vnguento ad ſcabiem Iaſſeriano, WAITZIO, *V. Cl.* auctore. Semper cum inſigni effectu vnguentum Cl. vir adhibuit, recruduit tamen in quibusdam morbus.

Morbi hiſtoria. Vteri hydrops eſt, cum ouarii dextri ſcirrhoſa induratione. Vidit Ill. editor ſteatoma ouarii dextri pondere XXIII librarum.

Sequuntur varia et anecdota.

Sextae parti haec inſunt:

p. 481. *De morbis vere et anno* 1783 *et vere* 1784 *obſeruatis* ACKERMANNI obſeruationum continuatio. De ictero agitur. Is origines duxit, dum aegri de ſordibus primarum viarum diu iam conqueſti eſſent, aut a diarrhoea aquoſa — bilioſa, aut a profuſione alia quadam nimia inductus eſt. Rebellis non fuit. In puerpera neglectus in hydropem anaſarca transiit, tartari cremore ſanatum (ex anomalia bilioſo-putridae febris eadem hodie obſeruamus). Alia grauida debilisque mulier omnium difficillime aegrotauit, ſuperauit tamen facile partus labores et poſtea morbum. Sanatio morbi in euacuando penitus conſtitit, pro re tamen nata euacuantia fortiora, mitiora, adhibenda fuere, inprimis ex antibilioſorum claſſe.

De animalium corporum craſſitie praeternaturali a potibus ſpirituoſis inducta, anonymo auctore. Praemiſſis quibusdam ad actionem ſpiritus vini ſpectantibus, inprimis eam, qua glandulas obſtruit coagulatque, caſus enarratur a DIPPELIO viſus hominis, qui ſe vſu ſpiritus menthae tam obeſum reddiderat, vt ſpiritus ipſi interciperetur.

De elixirio acido DIPPELII inuento hiſtoria. Arcana medicina chirurgi Dani, *Staal*, fuit, a *Dippelio* detecta.

Cl[i] MEIERI epiſtola ad editorem cum excerptis quibusdam ex autographis MEIBOMII. Praedixit ludimagiſter agyrta medicamentum, quod aegro aſthmatico dabat, delirium XVI horarum excitaturum. Aeger vero in delirio mortuus eſt. Medicamentum ex mandragorae radice conſtitit. Mandragoram lethale hoc delirium induxiſſe et mortem a facultate medica Helmſtadienſi deciſum eſt.

MÜLLERI V. Cl. *obſeruationes de cantharidum vſu externo in ſymptomatibus, ad quae hactenus vix adhibitae ſunt.* Veſicatoria cruribus impoſita ad dolores aliaque abdominalia ſymptomata vehementiora praeclare valuerunt. Egregios effectus praeſtiterunt in inteſtinorum inflammatione, cardialgia, colica. p. 517.

Hiſtoria deglutitionis difficilis, anonymo auctore. Difficultas deglutitionis ſine omni cauſa manifeſta externa aegrum inuaſit. Nullum a medicamentis copioſiſſime datis leuamen. Addidit plura Ill. editor caſum illuſtrantia, ex probatiſſimis auctoribus.

De noxis ex aegrorum viſitatione, BICKERO, V. Cl. auctore. Viſitationes illas copioſas Cl. vir taxat, anicularum, eorum omnium, qui conſilio ſuo aegrorum ſtatum turbant, copioſas, aërem inficientes, caet. Earum noxas exemplis probat. p. 538.

De noſocomio generali Vindobonenſi, ex ephemeridibus realibus Vindobonenſibus. p. 544.

Sectiones medicae Profeſſorum academiae Lugduno-Batauae.

Excerpta ex ANDR. OTTOM. GOELICKE *diſſ. de onopordo carcinomatis auerrunco.* Francof. 1739.

Finem volumini faciunt anecdota.

XXVIII.

Seltene chirurgiſche und mediciniſche Vorfaelle, beobachtet von CARL LUDWIG SCHMALZ, *de A. G. D. (zu Pirna) Leipzig, bey Iacobaeer* 1784. *in 8vo.* 239 *pagg.* c. II. tabulis aen. quarum altera mammam informem magnitudine, altera chirurgicam ligaturam ad patellam fractam exprimit.

i. e.

Caſus chirurgici et medici rari, obſeruati a CAR. LUDW. SCHMALZ.

Vtilis collectio eſt, caſus continens admodum raros quosdam et notabiles.

Obſ. I. *ouarium monſtroſum pro foetu habitum.* Abdomen admodum tumidum, mammae lacte turgidae fuerunt. Motum in abdomine, tanquam a foetu, aegra percepit. Inciſo cadauere, ouarium hydropicum, ſteatomatoſum, inuentum eſt.

Obſ. II. *de ouario indurato cum abdominis hydrope.*

Obſ. III. *hydrops cum grauiditate complicatus.* Partum excepit aquarum copioſiſſimum profluuium. Incidentibus roborantibusque aegra reſtituta eſt.

Obſ. IV. *amauroſis poſt praematurum partum oborta.* Morbus ex materiae lochialis metaſtaſi obortus, et deriuantibus, reſoluentibus ſanatus eſt.

Obſ. V. *grauiditas VII. annorum.* Mulier ſana antea XIII. anno matrimonii demum grauida facta eſt. Motus foetus vsque ad partus tempus perceptus. Partus dolores per IV. hebdomades cum maximo in ſcrobiculi cordis regione dolore perdurarunt. Sanies glutinoſa ex vtero per annum profluxit.

fluxit. Diſcuſſus tandem abdominis tumor eſt; remanſit durities infantile caput referens in infima abdominis parte. Poſtea fluxus menſtruus reſtitutus eſt, ſanaque perfecte omnia. Quinque annis praeterlapſis febricula putrida cum corporis colliquatione oborta eſt, poſteaque torminibus intenſiſſimis praegreſſis oſſicula per anum deceſſerunt. Hae accidentiae per XVIII. hebdomades cum ſumma corporis colliquatione perdurarunt. Rediere tandem carnes viresque aegrae ſine vllis medicinis penitus reſtitutae, bene menſtruatae.

Obſ. VI. *vagina vteri recluſa.* Inciſa membrana humoris rubelli, odoris expertis, librae XII. deceſſerunt.

Obſ. VII. *puer atretus.* Incidendus anus ad tres fere pollices fuit. Tandem faeces cum ſalute pueri exiere. (In ſimili caſu inciſione admodum alta nil profecimus; puer mortuus eſt.)

Obſ. VIII. *hernia ſcrotalis cum ſcroto gangraenoſo.*

Obſ. IX. *Oeſophagi paralyſis.* Mors ob tranſitum alimentis denegatum ſequuta. Inciſo cadavere hepar et fellea veſicula admodum magna, oeſophagus patulus, dilatatus. Morbo origines labores alchymici dediſſe videntur.

Obſ. XIII. *aneuriſma poſt venaeſectionem in brachio.* Compreſſione, methodo THEDENII, V. Ill. ſanatum eſt.

Obſ. XV. *Mamma indurata XXX librarum cultro feliciter reſciſſa.*

Obſ. XVI. *mamma cum glandulis axillaribus induratis reſciſſa.* Tabida virgo cum diſpoſitione ad cancrum nata poſtea, ex interno certe cancro obiit. Vnicum ſcirrhorum praeſidium, ex Noſtri mente, operatio eſt. Nec vnquam rediit morbus, dum indolentes ab externa cauſa orti eſſent, axillaribus glandulis

glandulis inprimis non tumentibus, nec glandulis *Meibomii* in oculo inflammatis. Medicinae ad cancrum celebratiſſimae, cicuta, belladonna, a Noſtro adhibitae, nil profecerunt ad cancrum; dauci puls foetorem emendauit.

Obſ. XVII. *cancer ad tempus arſenico ſanatus.* Arſenico ad modum Cl. le FEBURE interne et externe adhibito cancer penitus ſanatus eſt, rediit vero poſtea in muliere, moerore grauiſſimo continuo adfecta.

Obſ. XVIII. *Melancholia belladonnae vſu ſanata.* Sequens obſeruatio cancri hiſtoriam continet, qui certe cancer non fuit.

Obſ. XXI. *gangraena ſenilis ex interna cauſa.* Appetitum reſtituit, ſeparationem morbidi a ſano accelerauit, morbum ſanauit opium. Noxas intulit cortex Peruuianus manifeſtas.

Obſ. XXII. *vlcus cancroſum in abdomine poſt dyſenteriam.* Sedem exulcerationi duplicatura peritonaei praebuit. Adfecta ſimul inteſtina, vterus, fuere.

Obſ. XXIV. *vlcus in abdomine ſciſſum; ileon inteſtinum praeter naturam anguſtatum.* Sequens obſervatio vlceris in abdomine hiſtoriam continet, pure per vmbilicum exeunte.

Obſ. XXVII. *Pulmonum vlcus radicis polygalae amarae decoctione ſanatum.* Multum ad pectoris exvlcerationes valuit haec radix, vlceribus non nimis antiquis exiſtentibus. Vlcus pulmonum in cantore cum corporis colliquatione cucumerum ſuccus ſanauit.

Obſ. XXIX. *ptyaliſmus poſt febrem putridam per ſeptem hebdomades perdurans.*

Obſ. XXX. *Morbi varioloſi putridiſſimi hiſtoria.* Omnia paene colatoria in virgine variolis nigricantibus adfecta ſanguinem putridum, ſolutum, demiſerunt. Sequitur inſitionis defenſio.

Obſ.

Obſ. XXXI. *ſpaſmi diuturni, excruciantes in virgine aſa demum foetida et camphora ſanati.* Vteri infarctus adfuerunt, poſtea podagricis doloribus, a contagioſa podagra adfecta eſt. Poſt neruoſam febrem ſummus articulorum dolor, contractio, ſpaſmi ſuffocantes, ſaepiſſime per diem recurrentes. Spaſmi corpus ſubinde tantopere extenderunt, vt corporis proceritas ad quartam vlnae partem augeretur. Spaſmi miri admodum inſoliti miſerrimam aegram per tres annos continua fere ſerie exercuerunt. Minuit opium ſymptomata; ob conſuetudinem vero medicamenti XXVI opii grana ad ſomnum conciliandum neceſſaria fuere. Camphora demum, doſi per gradus aucta, vt omni die quater drachmam ſumeret, inſultus ſedauit penitus. Camphora tam enormi doſi data inſoliti nil, praeter deliramenta quaedam, induxit. Imminuta vsque ad ſcrupulum camphorae doſi, diaphragmatis ſpaſmus ſonitum, talem perfecte referentem, quem palumbi edunt, extorſit. Aſa foetida tandem morbus perfecte ſanatus eſt.

Obſ. XXXII. *Oſteoſteatoma in capite.* Morbus lethalis fuit.

Obſ. XXXIII. *Polypoſum intra caluariam concrementum.* Oculus protuberans; viſus in eo imminutus, poſtea ſublatus. In altero oculo poſtea amauroſis. Apoplectica mortua eſt aegra. Cadavere inciſo, tumor polypoſus in Zygomatica fouea inuentus eſt, ad fiſſuram orbitalem ſuperiorem progrediens, fiſſuram ſpheno-maxillarem transiens oſſaque palatina ex naturali ſuo ſitu extorquens. Pars polypi foramen nerui optici transiit, foueas baſeos caluariae expleuit, nouum ramum formans, vsque ad foſſam glandulae pituitariae progredientem. Ramus ab hoc polypo propagatus et alterius orbitae foramen opticum transiit. Naturam

polypus

polypus nec membranaceam, nec carneam, nec fibroſam habuit. Natus ex perioſtei humore videtur. Sana caeterum omnia.

Obſ. XXXIV. *hydrops in genu periodicus.* Ab herpete repulſo nata aquarum collectio per quatuor dies creuit, per alios quatuor dies decreuit, demum per alios quatuor dies euanuit, vt omni die XII nouus morbi paroxyſmus ingrueret. Morbus admodum rebellis. Aegra quernarum glandium toſtarum decoctione reſtituta.

Obſ. XXXV. *Lues venerea lactenti puero a nutrice et matri a puero communicata.* Haec ſaepius accidere ſolent.

Obſ. XXXVIII. *Hydrops diuturnus.* Hepar induratum ab arſenico, quo febris intermittens praefocata fuerat. Inciſo cadauere, ſacci aqua referti plures, ſteatomata plurima in omnibus fere viſceribus reperta ſunt.

Obſ. XXXIX. *Melancholia extracto ſtrammonii ſanata.*

Obſ. XLI. *Symptomata ab acu deglutita.* Acus ad os ventriculi ſuperius haeſit, ibique exulcerationem, grauibus ſymptomatibus ſtipatam, induxit. Ea in ventriculum delapſa, ſanatus aeger ſtatim eſt.

Obſ. XLVI. et ſeqq. *de taenia.* Eam depulere efficaciter ſucci herbarum amararum recentes expreſſi, et purgans medicina poſt eorum vſum draſtica data.

Obſ. L. *gangraena ſenilis in pedis digito opio ſanata.*

Additae libro ſunt ſectionum iudicialium hiſtoriae tres.

XXIX.

Noua phyſico-medica.

Academia ſcientiarum et humaniorum litterarum *Berolinenſis* in conſeſſu publico, quem ſecundo Iunii die habuit, praemia quaeſtionibus propoſitis diſtributura, haec indicauit: quum ad quaeſtionem de theoria fermentationis *) nulla votis Academiae ſatisfaciens tractatio ad eam miſſa ſit, eandem denuo in annum 1786 prorogauit, atque iterum omnes rei peritos inuitat, ut experimenta idonea, quaeſtionem perfecte illuſtrantia, ſecum communicent.

Ad quaeſtionem autem ex legato Elleriano propoſitam, quae plantas inutiles, Zizaniorum nomine cognitas, concernit **), ille tractatus optimus iudice Academia habitus eſt, cui ſymbolum appoſitum erat: *Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil eſt agricultura melius.* Aperta ſchedula, auctor eiusdem inuentus eſt, Cl. SEBALDUS IUSTINUS BRUGMANNS, isque praemio 25 nummorum aureorum valore condecoratus eſt. Alia tractatio cum epigrapho: *Interque nitentia culta Infelix lolium et ſterilis dominantur auena*, priori proxime accedens, omni laude ab academia digna iudicata eſt.

In ſequentem annum academia ex legato Elleriano propoſuit, vt diſquiratur, *quibusnam commodis ratio pecora in ſtabulis nutriendi, ſolemni paſcendi modo praeferenda ſit, vel quaenam eiusdem ſint incommoda?* Vberius de hac ipſa quaeſtione Academia ſingulari programmate eſt propoſitura.

Regia Societas medica *Pariſina* in conſeſſu publico, die 15 menſis Februarii anni 1785 habito, praemium

*) vid. comment. noſtr. ſupra pag. 170.
**) vide ibidem.

praemium 600 librarum gallicarum, quod optimae enodationi quaeſtionis die 12 Martii, anni 1783 propoſitae, atque *naturam morborum*, *vere contagioſorum*, concernentis *) decreuerat, nullam tractationem in oblatis ſatis dignam praemio inuenit. Optima tamen viſa eſt phraſi ſequenti ornata: *contagioſum virus non cum natura natum eſt.* Iterum itaque huic quaeſtioni, ſupra dicto loco a nobis recitatae, pretium monetae aureae 800 librarum Gallicarum ſtatuitur; optatque ſocietas, vt tria potiſſimum ad capita attendant, qui ad eam reſpondebunt: 1) diſtinctionem abſolute neceſſariam morborum contagioſorum et non contagioſorum, cuius diſſertationum ſocietati transmiſſarum auctores penitus obliti fuerant. 2) viarum communicationis principii contagioſi, organorumque, in quae contagioſum virus primum agit, exactam definitionem. 3) ea omnia, quae a magiſtratu ad contagium hominum, locorum, caet. arcendum, minuendum, agenda ſunt. Praemium et iis ſtatuetur promeritum, qui quaeſtionis partem tantum enodauerint, ſumtibus ad id ſuppeditante Illuſtriſſimo LE NOIR. Diſtribuetur pretium digniſſimo in conſeſſu ſocietatis feſto S. Ludouici die anno 1787. Diſſertationes ſocietati ante primum Maii diem anni 1787 transmittendae ſunt.

Praemium eadem Societas quaeſtioni decreuerat: *antiſcorbuticarum medicinarum ex cruciferarum claſſe natura per analyſin chemicam determinanda*, ſed deſideriis ſocietatis non ſatisfecerunt tractationes ipſi transmiſſae. Aliquid tamen praeſtitum fuit in duabus diſſertationibus, quae analyſes chemicas diligentes et copioſa experimenta ſuccincte tradita continuerunt. Alterius tractationis auctor fuit Cl.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 340.

Cl. GUERET, Pharmacopoeus Argentinenſis, alterius autem Cl. TINGRY, collegii pharmaceutici membrum et ſocietatis artium Geneuenſis ſodalis, demonſtrator chemiae et hiſtoriae naturalis mineralogicae, ſocietatis naturae ſcrutatorum Berolinenſium et academiae Regiae Taurinenſis ſocius. Inter hos pretium 300 librarum Gallicarum diuiſum eſt.

In publico conſeſſu die 26 Auguſti ann. 1783 et d. 31 Auguſti ann. 1784 auctoribus, qui quaeſtionem ſoluerent, *num acutus ſcorbutus exſiſtat*, ſocietas praemium decreuerat. Diſſertatio a GOQUELIN, Doctore medico, ipſi transmiſſa ſatis bona ipſi viſa eſt, eamque ob cauſſam decreuit, vt honorifica eius in hoc conſeſſu mentio fieret.

Reuerendus Pater COTTE ob obſeruationes meteorologicas numeroſiſſimas, quas Societas ab iis accipit, quae illi a litteris ſunt, praemium monetae aureae 100 librarum, in gratiarum ſuarum teſtimonium, dedit.

Ob topographias medicinales bene conſcriptas praemium accepit Cl. GUYELAND, praemio proxime acceſſit DIDELOT, Medicinae Doctor. Praemia inſuper decreta ſunt Cl° RAMEL, Doctori medico, ob diſſertationem conſcriptam de morbis in quibusdam Africae coloniis Gallis admodum frequentibus; Cl° JACQUINELLE, chirurgo militari, ob diſſertationes de calculis inteſtinalibus hominum et equorum et de gangraena humida noſocomiorum conſcriptas; Cl° LEFEBURE DESHAYES, ob diſſertationem de nigritis albis et aliam conſcriptam.

Sequentem deinde eodem in conſeſſu propoſuit ſocietas quaeſtionem: quum admodum rara varii lactis, quod in medicina adhibetur, cognitio ſit, ſocietas praemium 600 librarum gallicarum decreuit illi, qui comparatis diligenti examine proprieta-

prietatibus phyſicis et chemicis lactis humani, vaccini, caprini, aſinini, ouini et equini naturam determinaret. (*Determiner par l'examen comparé des propriétés phyſiques et chymiques la nature des laits de Femme, de vache, de chevre, d'aneſſe, de brebis, de jument.*)

Analyſis chemica omnium memoratarum lactis ſpecierum diligenter inſtituenda, quantitas relatiua principii mucoſi, caſeoſi et butyracei in iis contenti, nec non ſalium natura diligenter determinanda eſt. Rogantur enixe chemici et medici, vt lac anni temporum variorum, ſoli diuerſi examinent, nec producta lactis, liquores fermentatos, ſalem et caſeum negligant. Si omnes lactis ſpecies examinari nequeunt, humanum lac inprimis examinandum eſt. Praemium diſtribuetur in conſeſſu ſocietatis feſto S. Ludouici die ann. 1786. Diſſertationes ante primum Maii diem eiusdem anni Societati tranſmittendae ſunt, et quidem perpetuo illius Secretario, Cl° VICQ D'AZYR.

Inprimis autem Societas ad deſcriptionem morborum epidemicorum, methodum iis medendi, et hiſtoriam conſtitutionis epidemicae cuiuscunque anni reſpicit, idque princeps obiectum eſt, cum quo perpetuo occupatur. Summam 4000 librarum gallicarum ſocietati benigniſſime dedit Illuſtre regimen, vt ea medici ad labores tales incitarentur. Excudentur itaque monetae variae aureae argenteaeque praemio iis deſtinatae, qui in epidemiis talibus deſcribendis homines et pecora inuadentibus plurimum operae inſumſerunt. Hae monetae omnes in conſeſſu publico ſocietatis, anno 1786 digniſſimis dabuntur. Praemiis etiam promeritis indigenae et exteri ornabuntur, qui in topographia medicinali loci aut regionis cuiusdam Gallicae, in aquis mineralibus et medicinalibus, in morbis artificum

tificum et in beſtiarum morbis deſcribendis operam inſumſerint.

De vita IOH. PETRI DAVID, Chirurgi quondam et Profeſſoris Rothomagienſis celeberrimi, de cuius morte ſupra *) retulimus, haec nobiscum communicata ſunt:

Natus eſt anno 1737 in ducatu Burgundiae. Finitis puerilis aetatis ſtudiis, ad chirurgiam ſeſe contulit, eamque a dexterrimis huius artis magiſtris, tum in patria ſua, tum Lugduni, didicit. Cum vero mature ſcientiae pariter ac gloriae eſſet cupidiſſimus, noluit intra ſolius chirurgiae limites ſubſiſtere; ſed medicinam et omnino rerum naturalium cognitionem arctiſſimo nexu cum chirurgia coniunctam eſſe ratus, Pariſios, artium quarumuis ſedem florentiſſimam, profectus eſt, ibidemque inde ab anno 1757 vsque ad annum 1768 virorum medicinae, chirurgiae et phyſices peritia celeberrimorum inſtitutione et conſuetudine vſus eſt. Annos natus 25 obſeruationes de venaeſectione eiusdemque in variis corporis humani partibus inſtitutae effectis, (*Recherches ſur la ſaignée et ſur les effets, qu' elle produit, relativement à la partie, ou on la fait* 1762. 1773. 12.) edidit, eoque libello varios veterum errores, ipſasque QUESNAYI et BERTRANDI opiniones erudite quidem, ſed cum modeſtia oppugnauit. Eodem anno alia diſſertatione de auxiliis medicis et chirurgicis, quibus lactis ad mammas affluxus, vel augeri, vel minui et cohiberi poteſt, (*ſur ce qu'il convient de faire pour diminuer, augmenter, ou ſupprimer le lait des femmes*, Paris 1763. 12.) praemium duplum a ſocietate ſcientiarum Harlemenſi propoſitum retulit. Anno 1764, vt ſummos in arte medica honores capeſſendi licentiam, quam dicunt, ſibi acquireret, diſſertationem *de partu caeſa-*

 reo,

*) vid. comm. noſtr. Vol. hui. p. 544.

reo, praeſide Cl° LOUIS, publice defendit, eamque Ill. DE LA MARTINIERE, Protochirurgo regio, dicauit, qui et ſumtus nouo honori impendendos noſtro praebuerat, et profeſſorii muneris impetrandi ſpem illi fecerat. Eodem anno, cum academia chirurgorum Pariſienſis quaeſtionem propoſuiſſet: qua ratione abſceſſus in variis corporis partibus aperire et ſanare conueniat? Cl. DAVID diſſertatione erudita praemium duplex, quod Academia optime reſponſuro decreuerat, promeruit. Cum vero bonus quisque et ingenio liberali praeditus, eos, qui pari virtute excellant, diligere magnique facere ſoleat, non mirum eſt profecto, Noſtrum, vtut adolecentem, LE CAT, Chirurgo celeberrimo et annoſa peritia maximam auctoritatem conſecuto, inprimis placuiſſe, adeo, vt et filiam ipſi deſponſaret, et a magiſtratu Rothomagienſi hoc ipſi impetraret, vt poſt ſua fata noſocomium huius vrbis maximum (*Hôtel Dieu*), cui Chirurgi primarii auctoritate LE CAT praeerat, ſimulque cathedra anatomica et chirurgica, DAVIDIS curae committeretur. Interea cum haec fierent, Academia ſcientiarum Rothomagienſis et Chirurgica Pariſienſis Noſtrum inter ſodales ſuos receperunt.

Pleraeque Academiae et ſocietates eruditae hanc legem ſancte obſeruant, vt ne quis ex ſodalium ſuorum numero praemia publice ab ipſis propoſita aſſequi conetur; beneque Cl. DAVIDEM hoc nouiſſe credibile eſt. Nihilominus tamen cum a. 1771 Academia Chirurgorum Pariſina quaeſtionem de effectis contrafiſſurarum, varia, praeter caput, corporis loca affligentium, propoſuiſſet, pro ea, qua flagrabat, gloriae honeſta cupiditate, temperare ſibi non potuit, quin iterum in arenam deſcenderet, et ſimulato *Iohannis Martini Baſilii* nomine quaeſtionem illam diſcuteret. Verum haec ipſa diſſertatio, quam quippe

quippe, cum eſſet omnibus numeris abſoluta, ab obſcuro nouoque homine profectam eſſe non erat veroſimile, auctorem ſuum diu latere haud paſſa eſt. Quapropter praemio quidem omnium ſuffragiis ornatus eſt, ita tamen, vt ſimul Academia legem innouaret, qua ſodales ab ambitione praemiorum academicorum prohibentur. Anno 1771 Cl. DAVID obſeruationes phyſiologicas de nutritione et incremento c. h. (*Traité de la nutrition et de l'accroiſſement.* 8.) a. 1779 librum de motus et quietis effectis in morbis chirurgicis (*Sur les effets du mouvement et du repos dans les maladies chirurgicales*) tandemque an. 1782 *Obſeruationes de necroſi oſſium* *) edidit; atque his quidem omnibus, inprimis vero iſto, quem poſtremo loco diximus, libro, omnium plauſum meruit. Nouus enim morbus erat, quem deſcripſerat, nouaque pariter chirurgia, quam illi adhibendam eſſe docuerat. Negabat quidem LE BRUN, Profeſſor Toloſanus, Noſtrum necroſin vere obſeruaſſe, gloriamque inuenti BORDENAVIO tribuerat; hunc vero Cl. DAVID grauibus argumentis, erroris conuicit. Necroſis hoc habet ſingulare et ſibi proprium, quod oſſi carioſo noua lamina oſſea ſeſe ſuperinducat, qua inciſa, carioſam oſſis fiſtulam exurendam et deinceps exſcindendam eſſe Noſter experientia didicit, ea felicitate vſus, vt ſaepius, cum partem oſſis 6-7 pollices longam ferro abſtuliſſet, eam callo nouo ſuppleri vitamque aegroti hac ratione conſeruari viderit. Praeterea vero fiſtulas thoracis cum coſtarum carie coniunctas, partis corruptae exſectione perſanari poſſe docuit, artemque ſuam inuento a ſe inſtrumento, quo polypi in fundo vteri haerentes ligari poſſunt, auxit. Magnam quoque famam calculi ſectione promeruit, quam, dum viueret, nullus in Gallia erat, qui maiori tum dexteritate, tum felicitate exerceret.

*) vid. comm. noſtr. Vol. XXV. p. 422.

Nec vero in ſolam chirurgiam artemque medicam Noſtri exſtant merita. Alias enim artes, mechanicas etiam et phyſicas, haud minori ingenio excoluit, inuentisque nouis ditauit. Teſtis eſt machina palis equorum miniſterio in aquam defigendis deſtinata, cuius exemplum, in Boruſſiam miſſum, maxima cum vtilitate, imitatione ibidem expreſſum eſt. Hanc ann. 1767 Cl. DAVID excogitauerat. Deinde cum caſtrum Gaditanum (*Gibraltar*) ab Hiſpanis nuper Gallisque oppugnaretur, Cl. DAVID adumbrationem nauis incombuſtibilis a ſe inuentae ad claſſis Gallicae praefectum ſummum (*Miniſtre de la Marine*) miſit, eiusque laude ob hanc rem ornatus eſt.

Phyſicam quoque nonnullis libris attigit. Anno 1767 fictum profeſſus nomen epiſtolas phyſicas, (*Lettres de MM.* COUTEAU *et* MARIUS *contenant le detail d'experiences faites aux alpes* etc.) anno 1768 diſſertationem de cauſis grauitatis (*ſur les cauſes de la peſanteur*) tandemque anno 1771 diſſertationem de figura telluris edidit.

Mortuus eſt die 21 Aug. anno 1784, annos natus 47, florens aetate, nec morti maturus, magnum ſui ingeniique et dexteritatis ſuae deſiderium poſt ſe relinquens.

XXX.

Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1779 prodierunt.

K. W. NOSENS *Abhandlung vom Mennigbrennen, beſonders in Deutſchland. M. K. Nürnberg*, 8.

Dictionnaire hiſtorique et géographique de la Province de Brétagne; dedié à la Nation Brétonne, par Mr. OGÉE. A Nantes et à Paris. Tome II. 4 mai.

CL. D. OERZENS *öffentliche Bekanntmachung der nunmehr ſattſam erprobten und in Meklenburg allgemein gewordenen Inoculation der Rindviehſeuche, Hamb.* 4. (Idem liber gallice prodiit, ibid. 4.)

Oſſervazioni fiſico - prattiche ſopra gli animali domeſtici della Campagna. Libro primo. Del Sign. GIUSEPPE ORUS. In Padova, 4.

MATTH. PAEKEN Diſſ. de ſale acido eſſentiali tartari, Gött. 4.

Obſervations ſur la formation des montagnes et les changemens arrivés au Globe, par Mr. P. S. PALLAS, à Paris. 8.

EIVSD. *Betrachtungen über die Beſchaffenheit der Gebirge und die Veränderungen der Erdkugel. Erf.* 4. (prioris tractatus verſio.)

EIVSD. Spicilegia Zoologica etc. Faſcic. XIII. Berol. 4. (*vid. comment. noſtr. Volum. XXIV. pag.* 249 *ſq.*)

EIVSD. *Naturgeſchichte merkwürdiger Thiere, in welcher vornehmlich neue und unbekannte Thierarten durch Kupferſtiche, Erklärungen und Beſchreibungen erläutert werden. XIte Sammlung, durch den Verf. verdeutſcht. Berl.* 4. (verſio prioris.)

DESSELB. *neueſte Beſchreibung des ſibiriſchen Schafes und Steinbocks etc. M. K. Ebend.* 4. (excerpta ex priori.)

EBEND. *Nachrichten von den Mongoliſchen Völkerſchaften in einem ausführlichen Auszuge. 1ter Theil. Mit Kupfern. Frkf. und Leipz.* 8. (excerptae ex itinere.)

Manière de fair le pain de pommes de terre ſans mélange de farine, par Mr. PARMENTIER, à Neufchatel. 8.

Analyſe des eaux alkalino - martiales de Trie - le Château avec l'expoſition de leurs propriétés; faite par Mr. FOURCY, ſous les yeux de Mr.

 RAULIN,

RAULIN, publié par Mr. PELVELIN, à Amſterd. 12.

FR. DE PETRAGHA de cordis affectibus ſyntagma. Romae, 8.

C. G. PFOTENHAUER Diſſ. de igne, fluiditatis cauſa. Lipſ. 4.

I. G. PIETSCHENS *Geſchichte praktiſcher Fälle von der Gicht und Podagra, 6ter Theil, Halle.* 8.

HERM. PINI de venarum metallicarum excoctione, Volum. I. quo in V. libros diſtributo explicantur, quae ad eam rem generaliter faciunt. c. fig. Vindob. 4.

EIVSD. mémoire ſur des nouvelles criſtalliſations de Feldſpath et autres ſingularités, renfermées dans les granites des environs de Baveno. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 687.)

Mineralogiſche Beobachtungen über die Eiſengruben bey Rio und in andern Gegenden der Inſel Elba, von ERMEN. PINI. *A. d. Italien. überſezt, und herausgegeben von* GMELIN. *Halle.* 8. (verſioni huic adnexae ſunt KÖSTLINI de eadem inſula obſeruationes, vti quoque epitome antecedentis libri.)

Trattado de los fiebres, por DON ANDR. PIQUER. En Madrid. 8.

Récherches ſur différens points de Phyſique, par JAQUES PIRON, à Paris. 8.

Storia della putredine, preveduta d'alcune oſſervazioni ſopra la reproduzione dei corpi organizati. Roma. 8. (*Auct. D.* FELICE PIRRI.)

C. PLINII hiſtoriae naturalis Libri XXXVII. quos recenſuit et notis illuſtrauit GABRIEL BROTIER etc. Tomi VI. Pariſiis. 12.

PLINII hiſt. nat. lib. IX. de aquatilium natura. Cura GRONOVII. Lugd. Bat. 8.

A. G. PLAZ Programma de natura non fatiſcente. Lipſ. 4.

M. A. PLENCIZ *Abhandlung vom Scharlachfieber.*

A. d.

A. d. Lateiniſchen überſezt von I. P. G. PFLUG. *Kopenhagen und Leipzig.* 8. (de ipſo libro vid. comm. noſtr. dec. III. ſupl. III. p. 556.)

I. I. PLENK, *Lehre von den Krankheiten der Zähne und des Zahnfleiſches. A. d. Latein. überſezt und mit einigen Anmerkungen vermehret durch* FR. VON WASSERBERG. *Wien.* 8.

C. G. PÖTZSCHENS *mineralogiſche Beſchreibung der Gegend um Meiſſen.* (vid. comm. noſtr. dec. III. ſuppl. III. p. 431.)

Hiſtoire naturelle de froment, par M. l'Abbé PONCELET, à Paris. 8.

Obſervations ſur la nature et ſur le traitement de la Rage, par Mr. PORTAL. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 337.)

I. H. POTTS *kleine Naturlehre, oder die Elemente nach ihren natürlichen Eigenſchaften, Wirkungen und Nutzen betrachtet. Leipzig.* 8.

Remarks on that kinds of palſy of the lower limbs, which is frequently found to accompany a curvature of the ſpine, and is ſuppoſed to be cauſed by it, together with its method of cure. To which are added obſervations on the neceſſity and propriety of amputation in certain caſes and under certain circumſtances, by PERCIVALL POTT. Lond. 8.

Remarques ſur cette eſpece de paralyſie des extremités inferieures, que l'on trouve ſouvent accompagnée de la courbure de l'épine du dos etc. par Mr. PERCIVALL POTT. Ouvrage traduit de l'anglois avec des obſervations et additions, par Mr. BEERENBROEK, à Bruxelles et à Paris. 8.

EBEND. *Abhandl. von der ſogenannten Thränenfiſtel und der Maſtdarmfiſtel. A. d. Engliſchen überſezt. Dresden.* 8.

EBEND. *Abhandlungen über verſchiedene Gegenſtände*

der

der Wundarzneykunſt. Nach der neueſten Ausgabe aus dem Engl. überſezt. 1ter Theil. Ebend. 8.

Experiments and obſervations relating to various branches of natural Philoſophy, with a continuation of the obſervations of the air, by IOS. PRIESTLEY. Lond. 8.

IOS. PRIESTLEYS *Beobachtungen und Verſuche über verſchiedene Gattungen der Luft. Aus dem Engliſchen. 2ter Theil. Wien.* 8. (de libro autographo vid. comm. noſtr. Vol. XXI. p. 126.)

Enfermedades, i. e. de morbis militum. Ex anglico D. PRINGLE in hiſpan. tranſtulit et auxit DON JUAN GALISTEO. Madriti.

GE. DE PROHASKA de ſtructura neruorum. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIII. p. 276.)

IOH. QUARIN methodus medendarum febrium. Francofurti. 8.

I. C. RAMDOHRS *Abriß ſeines Magazin-Bienenzuſtandes, nebſt deſſen Behandlung. Mit einer Kupfertafel. Gotha.* 8.

Traité de la conſervation des enfans, par Mr. RAULIN. Seconde Edition. III. Vols. à Paris. 12.

Verdediging van de Collegien der Haagſche Doctoren en Chirurgyns, tegen des Heeren P. Lyonet's Geſchrift, ten tytel voerende: Verkleering der Geneezingen, in's Hage gedaan, door JAQUES RAYNAUD. in's Gravenhage, 8vo.

A. I. RECHBERGER *Bekanntmachung einer beſondern Art von Hebel und deſſen Anwendung und Nutzen in der Geburtshülfe. Wien.* 8.

M. IAH. RETZII Faſciculus obſeruationum botanicarum I. Lipſ. fol. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 677.)

H.

N. IAH. RETZII Florae Scandinauiae prodromus. (vid. ib. 672.)

Météorologie appliquée à la médecine et à l'agriculture, ouvrage qui a remporté le prix, au jugement de l'académie imp. et roy. des ſciences de Bruxelles, par Mr. RETZ. On y a joint le traité du nouvel hygrometre comparable du même auteur, qui n'avoit pas encore été publié, à Paris. 8. (*nouae editionis rationem dabimus proxime.*)

Récherches ſur la cauſe des affections hypochondriaques, appellées communement vapeurs; ou lettres d'un médécin ſur ces affections. On y a joint un journal de l'etat du corps, en raiſon de la perfection de la tranſpiration et de la temperature de l'air, par Mr. CLAUDE REVILLON, à Paris. 8.

D'employer les dragées anti-vénériennes, de Mr. REYSER, publié par M. PELTIER. 8. (ſine loco.)

I. H. RAHN aduerſaria medico-practica. Vol. I. Turici. 8.

IOS. XAV. REHMANNI aphoriſmi de cognoſcenda et curanda lue venerea. Friburgi. 8. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 494.)

GE. G. RICHTERI opuſcula phyſiologico-medica, antea ſeorſim edita, nunc vero collecta ſtudio I. C. G. ACKERMANNI. Vol. I. Frkf. et Lipſ. 4. (vid. comm. noſtr. Vol. XXIV. p. 533.)

A. G. RICHTERS *Abhandlung von den Brüchen, 2ter Band. M. K. Gött.* 8.

EBEND. *chirurgiſche Bibliothek, 5ten B. 1. 2. Stück. Ebend.* 8. (vid. ib. dec. III. Suppl. IV. p. 704.)

A letter to Dr. HARDY, on te hints he has given concerning the origin of the gout, in his late publication on the Devonſhirs colick. By FRANCIS RIOLLAY. Oxford and Lond. 8.

A phyſical Journal kept on boards his Majeſty's Ship Rainbow, during three voyages on the coaſts of Africa and Weſtindies, in the Years 1772-74. To which is prefixed a particular account of the remitting Fever, which happened on board his Majeſty's Sloop Weaſel on that Coaſt. By ROB. ROBERTSON. Lond. 4.

Dictionnaire d'hippiatrique pratique, ou traité complet de la médecine des chevaux, par Mr. ROBINET, à Paris. 4.

Every Patient his own Doctor; or the ſick mans Triumph over death and the grave etc. By L. ROBINSON. Lond. 8.

Analyſe des fonctions du ſyſteme nerveux, pour ſervir d'introduction à un examen critique des maux des nerfs, par Mr. de la ROCHE. à Geneve et à Paris. 2 Voll. 8.

ALEX. ROESSLEIN diſſ. de inflammatione. Götting. 4.

Eſſai ſur la manière de traiter les peripneumonies bilieuſes, les rhumes pituiteux, et autres affections catarrhales, ſuivi de quelques obſervations ſur les maladies et ſur les eruptions dartreuſes, par Mr. ROMAIN. à Verdun. 8. (Laudatur in Journ. de médec. Sept. 1779.)

Oſſervazioni chirurgiche di ANTONIO ROMITI. Firenze. 4.

Diſſertatio de variis herpetum ſpeciebus, cauſis ſymptomatibus, morbis ab hepatica lue oriundis et remediis expugnandi cuilibet affectioni herpeticae idoneis, duplici praemio donata ab ill. Med. Lugd. Collegio quaeſtiones annorum 1773-75 tractans; Auctore H. F. A. DE ROUSSEL. Cadorni. 8.

Obſervations ſur la rage, ſuivies de réflexions critiques

tiques ſur les ſpécifiques de cette maladie; par Mr. LE ROUX, à Dijon. 8.

Seventy four ſelect caſes with the manner of cure and the preparation of the remedies in ſcirrhous cancer, ulcers of the breaſt, and womb. II. ſcrophulous ſwetlings and ulcers about the neck III. the ſpecus and opacity of the cornea. IV. old ulcers of the legs, cured in perſons much avanced in years. By WILL. ROWLEY. Lond. 8.

The gout and rheumatiſm cured or alleviated proved by well authenticated caſes of the moſt painful fits beeing removed in a few days. With reflections on the cauſes of the gout and the danger of altering the diet in chronic complaints. By the ſame. Lond. 8.

ROY, vid. LEROY.

Phyſikaliſch- mediciniſch - ökonomiſche Beſchreibung der zum Fürſtenthum Göttingen gehörigen Stadt Northeim und ihrer umliegenden Gegend, entworfen von D. I. P. RÜLING. *Göttingen.* 8.

H. I. RUERI de vi corticis Peruuiani antiſpaſmodica diſſertatio. Göttingae. 4.

A treatiſe on the teeth: wherein an accurate idea of their ſtructure is given, the cauſe of their decay pointed out, and their various diſeaſes enumerated. To which is added the moſt effectual method of treating the diſorders of the teeth and gums, eſtabliſhed by a long and ſucceſs ful practice By BARTH. RUSPINI. A new edition, with an appendix of new caſes. Lond. 12.

Mémoire hiſtorique ſur la maladie ſingulare de la veuve Mélin, dite la femme aux Ongles, par Mr. SAILLANT, à Paris. 8.

ULR. EPHR. SALCHOWS *auf Vernunft gegründete und durch Verſuche und Erfahrung beſtätigte Heilung und gänzliche Tilgung der Rindviehſeuche. Hamb.* 8.

Des

Des moyens que la médécine peut employer pour multiplier un ſexe plûtôt que l'autre, par M. SAURI, à Paris. 8.

Natürliche Geſchichte des Erdbodens, darinn von der Naturgeſchichte der Erdkugel, den Steinen, Salzen, Minern, Metallen, Pflanzen und der Bildung der Planeten gehandelt wird, für junge Leute beyderley Geſchlechts, verfertigt vom Abbé SAURI. *Nürnberg.* 8.

Voyage dans les Alpes, par HORACE BENEDICT DE SAUSSURE, à Neufchatel. To. I. 4. (vid. c. n. dec. III. Suppl. II. p. 537.)

SAM. SCHAARSCHMIDTS *Anweiſung zu dem* Studio medico-chirurgico, *welche die Pathologie, Chirurgie und Praxis in ſich hält, 3ter Theil, Berlin und Stralſund.* 8.

I. C. SCHAEFFERS *Abhandl. von Inſekten, 3ter und lezter Band, mit 24 K. Regensb.* 4.

C. F. W. SCHEFFER de energia ſiue efficacia et maiori momento pulmonum in corpore ſano, quam reliquorum viſcerum. Marburgi. 4.

T. SCHEFFERS *chemiſche Vorleſungen über die Salze, Erdarten, Waſſer, entzündbare Körper, Metalle und das Färben; geſammelt und herausgegeben von* T. BERGMANN, *a. d. Schwediſchen überſezt, von* CHR. EHR. WEIGEL. *Greifswalde.* 8.

Ueber die Einpfropfung der Pocken, von I. C. SCHERB. *Zürich.* 8.

IO. SCHEVRINGII Diſſ. medico-chirurgica de ſectione ſynchondroſeos oſſium pubis. Friburg. 8.

G. G. SCHILLINGII de lepra commentationes recenſuit I. D. HAHN. Lugd. Bat. et Berol. 8.

C. C. SCHMIEDELS *kleine Sammlung, vorzüglich vortreflicher Verſteinerungen, 1ter Heft, mit illum. Kupf. Nürnb.* 4.

I. C. SCHMIDTS *hiſtoriſch - mineralogiſche Beſchreibung der Gegend um Jena, nebſt einigen Hypotheſen; wie dieſelbe ihre gegenwärtige Geſtalt bekommen haben möchte, m. K. Gotha.* 8.

I. L. SCHMUCKERS *Sammlung vermiſchter chirurgiſcher Schriften, 3ter Theil, mit Kupf. Berlin und Stettin.* 8.

I. D. C. SCHREBERS *Beſchreibung und Abbildung der Gräſer, 2ter Heft. Leipz.* fol.

EBEND. *Säugthiere, in Abbildungen nach der Natur, nebſt einer kurzgefaßten Geſchichte derſelben, 4ten Theils 27. 28. 29ter Heft. Erlang.* 4.

THEOD. GVIL. SCHROEDERI Diſſ. ſpecimen Phthiſiologiae, ſiſtens Pleumonidis ſymptomatologiam et aetiologiam. Gott. 4.

EIVSD. Tractatus medicus de pneumonide eiusque ſpeciebus. Gött. 4.

EIVSD. *Beantwortung der Frage: ob die Waſſerſcheu auch ohne vorhergegangene Anſteckung im menſchl. Körper entſtehen könne? Gött.* 4.

F. I. W. SCHRÖDERS *neue Sammlung der Bibliothek für die höhere Naturwiſſenſchaft, 1ter Band. Leipzig.* 8.

PH. GE. SCHROEDERI opuſcula medica, antehac ſeorſim edita, nunc vero collecta ſtudio I. C. G. ACKERMANN. Vol. II. Norimb. 4.

Die Geſchichte der Flußkonchylien mit vorzüglicher Rückſicht auf diejenigen, welche in den Thüringiſchen Waſſern leben, von I. S. SCHRÖTER, *mit* 11 *Kupf. Halle.* 4. (vid. c. n. Vol. XXIV. p. 283.)

Diſſertation ſur les eaux ſavonneuſes, et en particulier ſur celles de Bonn en canton de Fribourg en Sviſſe, conténant leur analyſe, leurs propriétés, leur manière d'agir ſur le corps humain, les regles, qu'on doit obſerver en les prénant,

les guèriſons qu'elles ont opérées depuis 1759 etc. par Mr. SCHUELLER, à Fribourg. 12.

F. I. SCHWANZ Diſſ. caloris febrilis examen ſiſtens. Heidelb. 4.

IOH. SEITHERS *gründlicher Unterricht zur fruchtbaren Gärtnerey. Augsburg.* 8.

Annua magni HALLERI memoria, quam publice in concione academica anno 1778, 22 Dec. celebrauit, cumque notis cum hiſtoricis, tum litterariis auxit A. A. SENFFT. Vlmae. 4.

Examen de l'eſſai ſur l'aménagement des forêts, de Mr. PANNELIER D'ANNEL, par Mr. DE SESSEVALU, à Paris. 8.

Commentarius, in quo medicatae Quaſſiae vires expenduntur. Auctore D. SEB. SEVERI. Pauiae. 4.

IDEM de Camphora. ibid.

IO. SEVERINI tentamen Zoologiae Hungaricae, ſeu hiſtoria animalium, quorum magnam partem alit Hungaria. Poſon. 8.

CAROLI SIEBOLD hiſtoria lithotomiae. Würzburgi. 4.

Eſſai ſur différentes eſpeces d'air, qu'on déſigne ſous le nom d'air fixe, pour ſervir de ſuite aux Elémens de Phyſique, par Mr. SIGAUD DE LA FOND, à Paris. 8.

Diſcours ſur les avantages de la ſection de la ſymphyſe dans les accouchemens laborieux et contre nature, par Mr. I. R. SIGAULT, à Paris. 8.

Verſuch über die Anfangsgründe der Entbindungs- oder Hebammenkunſt, für die Landhebammen der Freyſchule, welche zum Vortheil derſelben von dem Hrn. Intendanten des Elſaſſes in dem franzöſiſchen Kriegshoſpital aufgerichtet worden iſt, von I. SILBERLING. *Strasburg.* 8.

Obſervations on the cure of gonorrhoea. By S. F. SIMMONS. Lond. 8.

La médecine pratique de Londres. Précédée d'un diſcours ſur la meilleure méthode de pourſuivre les recherches en médecine, et ſuivie des obſervations ſur les maladies epidémiques, de Mr. JAMES SIMS. Traduit de l'Anglois par MMr. I. F. DE VILLIERS, et JAUBERT. To. I. II. III. à Yverdun. 12.

AB. SOCINS *Anfangsgründe der Elektricität, in acht Vorleſungen. Hanau.* 8.

Theſaurus medicus ſiue diſputationum in Academia Edinenſi ad rem medicam pertinentium a Collegio inſtituto ad hoc vsque tempus delectus a GVLIELMO SMELLIO. Tom. II. Edinburg. 8.

Hiſtoria aeris factitii, quam praeſide F. R. SPIELMANN defendit I. T. CORVINVS. Argentorat. 4.

A ſucceſsful method of treating the gout by bliſtering. By W. STEVENSON. Bath. 8.

A treatiſe on the culture of the Pine Apple, and the menagement of the hot-houſe; together with an deſcription of every ſpecies of Inſects that infeſt hot-houſes; with effectual methods of treating them. By WILL. SPEECHLY. Almon. 8.

Oekonomiſche Beyträge und Bemerkungen zur Landwirthſchaft, in einer Reihe von 10 *Jahrgängen eines Wirthſchaftskalenders, herausgegeben von* M. BALTH. SPRENGER. *Maulbrunn.* 4.

CARL STARCKS Sermones academici: 1) de cuſtodia aegrorum, 2) de fraudibus conductarum nutricum. Francof. ad Moen. 8.

EIVSD. *zwo akademiſche Reden*: 1) *von der Pflege der Kranken*, 2) *von dem Betruge der Säugammen. Ebendaſ.* 8.

IDEM de cruſta lactea infantum eiusdemque ſpecifico diſſertatio, quam academia, quae Lugduni

in Galliis eſt, altero duplici praemio coronauit. (*Violam tricolorem* LINN. in hoc morbo ſpecificum remedium laudat, cuius vel folia recentia, vel in vmbra ſiccata, in lacte adhibentur, vel ſiccatorum foliorum puluis in lacte vaccino infantibus afflictis exhibeatur.)

EBEND. *Abhandlung von dem Freiſen der Kinder, und dem ſpecifiſchen Mittel dagegen, aus dem Lat. Ebendaſ.* 8.

Abhandl. von Sägeſprüngen, nach C. STARCKS *Entdeckung.*

A view of the Isle of Wight, in four letters, to a friend. Containing not only a deſcription of its form and principal productions, but the moſt authentic and material articles of its natural, political and commercial hiſtory. By JOHN STURCH. Lond. 12.

Eſſais hiſtoriques, litteraires, et critiques ſur l'art des accouchemens, ou Recherches ſur les coutumes, les moeurs et les uſages des anciens et des modernes dans les accouchemens, l'état des ſages femmes, des accoucheurs et des nourrices chez les uns et les autres; ouvrage dans lequel on a recueilli les faits les plus intereſſans et les plus utiles ſur cette matière, avec un grand nombre de notes curieuſes et d'anecdotes ſingulières, par Mr. SUE le jeune. 2 Vols. à Paris. 8.

Elemens de chemie, rédigés d'après les découvertes modernes, ou précis des lections publiques de la Societé royale des Sciences et des Arts, par Mr. MICH. TENNETAR, à Metz. 8.

I. E. THEBESII *Hebammenkunſt, mit K. Liegnitz und Leipzig.* 8.

THOMAS THOMSONS *mediciniſche Rathſchläge, überſezt von* M. H. MARCARD, *Leipz.* 8.

Mémoire

Mémoire médico-chymique ſur les principes et les vertus des ſubſtances animales médicamenteuſes, qui a remporté le prix en 1778, au jugement de l'academie royale des ſciences, belles-lettres et arts de Bourdeaux, par Mr. THOUVENEL, à Bourdeaux. 8.

Lettre à Mr. HIRZEL ſur le bléd et le pain, par Mr. TISSOT, à Lauſanne. 8.

Herrn S. A. D. TISSOT *ſämmtliche zur Arzneykunſt gehörige Schriften, nach den neueſten vom Verf. ſelbſt verbeſſerten und vermehrten Originalausgaben, a. d. Franzöſiſchen und Lateiniſchen überſezt, und mit einigen Anmerkungen begleitet, von* I. C. KARSTENS, 1*ter Theil, zwote verbeſſerte und vermehrte Auflage, Leipzig.* 8.

TODENS *mediciniſch-chirurgiſche Bibliothek, 6ten Bandes* 3*tes, und* 7*ten Bandes* 1*tes,* 2*tes, und* 3*tes Stück. Kopenhagen.* 8.

B. L. TRALLES *einige Erinnerungen gegen die Zweifel und Erinnerungen Hrn. D.* I. C. KEMMS, *wider die Lehre der Aerzte, von der Ernährung der feſten Theile, Bresl.* 8.

T. F. TRENDELENBVRGII Diſſ. de ſterni coſtarumque in reſpiratione vera genuinaque motus ratione. Gött. 4.

De la transplantation, de la naturaliſation et du perfectionnement des végétaux, par Mr. LE BARON DE TSCHUDY, à Paris. 8. (Ex Supplementis Encyclopaediae ſeparatim editus liber.)

De' modi di procurare la moltiplicatione de' beſtiami. Memoria del Sign. ANTONIO TURRA, Vicenza. 8.

C. F. UDENS *Briefe über Beobachtungen aus der praktiſchen Arzneywiſſenſchaft, Stendal.* 8.

I. I. VAN DEN BOSCH Hiſtoria conſtitutionis epidemicae verminoſae, quae annis 1760-62 et

initio anni 1763 per inſulam Overflaquoe et contiguam Goederoede graſſata fuit, a I. G. ACKERMANN, Norimb. 8.

Obſervations rares de médecine, d'anatomie et de chirurgie traduites du latin DE VANDERWIEL, par PLANQUE, avec beaucoup de figures, à Paris. 2 Vols. 12.

De china chinae in ſynochis putridis animaduerſiones PETRI JOANNIS VASTAPANI, Taurini et Pariſiis. 8. (de noua huius libri editione. vid. comm. noſtr. Vol. hui. P. II. p. 439.)

Veterinarius, *oder theoretiſch und praktiſcher Unterricht von der Behandlung, Kur und Wartung der Pferde und des Hornviehes. Nebſt einem Anhange von experimentirten Kunſtſtücken, und ökonomiſchen neuen Erfindungen, in Beziehung auf die Equipagen zum Reuten und Fahren, Gotha.* 8.

Hiſtoire médicale des maladies dyſenteriques, qui affligèrent la Province du Maine en 1779 moyens convénables pour combattre avec ſuccès le mal principal et les accidens, qui en ſont la ſuite, par Mr. VETILLARD, au Mans. 12.

Projet d'un monument conſacré à l'hiſtoire naturelle dédié a Mr. LE C. DE BUFFON, par CH. F. VIEL, à Paris. in fol.

H. VINK, *Vorleſungen über das Wiederkäuen des Rindviehes, und die jezt wüthende Viehſeuche, a. d. Holländiſchen. Mit Kupfern. Leipz.* 8.

F. I. VOLTELEN obſeruationes chemicae de lacte humano eiusque cum ouillo et aſinino comparatione. Acc. DOORSCHOODT de lacte et GREISEL de cura lactis in podagra, Lipſ. 8.

Diſſ. de Cirſocele. A. C. WAIZ, Gött. 4.

Deſcr. and fig. of petrefactions, by Mr. JOHN WALCOT, Eſq. Lond. 8.

WALLERII meditationes phyſico-chemicae de origine

gine mundi, inprimis geocoſmi, eiusdemque metamorphoſi, Vpſ. 8. (Sermone ſuecico iam ann. 1776 prodierat.)

WALLERII breuis introductio in hiſtoriam literariam mineralogicam atque methodum ſyſtemata mineralogica rite condenda, vna cum ſupplementis. Holm. et ibid. 8. (Idem eſt liber, quem ante decennium ſub titulo: Lucubrationum academicarum Specimen I. euulgauit Auctor: auctus tamen eſt ſupplementis, in quibus Auctores recentiores recenſentur.)

An Eſſay on the evil conſequences attending iniudicious bleeding in Pregnance, by G. WALLIS. Lond. 8.

I. I. WALTERS *Kunſt- und Luſtgärtner in Studtgardt, praktiſche Anleitung zur Gartenkunſt, oder nützlicher und getreuer Unterricht zu Anlegung und Unterhaltung der Luſt - Küchen - und Baumgärten, denen dazu gehörigen Pflanzen und deren Cultur, nebſt vielen ökonomiſchen Anmerkungen, und einem dreyfachen Gartenkalender, Studtgardt.* 8.

FRID. DE WASSERBERG inſtitutiones chemiae in vſum eorum, qui ſcientiae huic operam dant. T. II. P. II. Vienn. 8.

Obſervations on the efficacy of a new mercurial preparation for the cure of the venereal diſeaſe, by H. WASTELL, Lond. 8.

F. A. WEBERI opuſcula ſemiologica de ſignis ex ſputo. Vlmae. 8.

I. A. WEBERS *vollſtändige theoretiſche und praktiſche Abhandlung von dem Salpeter, und der Zeugung deſſelben, Tübing.* 8.

EBEND. *Magazin für Aerzte, Chemiſten und Künſtler, 2ter Theil, Berlin.* 8.

EBEND. *kurze Anweiſung für einen Anfänger der Apothekerkunſt und Chemie. Tübingen.* 8.

CHR. EHR. WEIGELS *chemiſch-mineralogiſche Beobachtungen, aus dem Lateiniſchen, von* I. T. PYL, *2ter Theil, Bresl.* 8.

Vermiſchte mediciniſche Schriften, von M. A. WEIKARD, *2tes Stück, mit einem Kupfer, Frankf. am Mayn.* 8.

Herrn JOSIAS WEITBRECHTS *Syndeſmologie, oder Beſchreibung der Bänder des menſchlichen Körpers, in einen Auszug gebracht, und mit dazu gehörigen Figuren verſehen, Strasburg.* 8.

F. A. WEIZ *neue Auszüge aus Diſſertationen für Wundärzte, 9ter Band, Leipzig.* 8.

F. WENDT de pulſus mutatione, qua inſigni, Erlang. 4.

EBEND. *Vorſchläge zu künftig anzuſtellenden praktiſcen Uebungen. Ebendaſ.* 4.

Diſſertatio botanico-medica de Catechu, Auctore CAROLO HENRICO WERTMÜLLER, Gött. 8.

W. WILHELMI Pathologia medica, Friburgi. 8.

Caſes and remarks in Surgery, to which is ſubjoined an Appendix containing the method of curing the bronchocele in coventry, by B. WILMER, Lond. 8.

An account of the ſcarlet fever and ſore throat, or Scarlatina anginoſa; particularly as at appeared at Birmingham in the year 1778, by WILL. WITHERING, Lond. 8.

Triſmi tonici cum Anepithymia, Agrypnia, caet. XL febre hebdomadum curatio ab illuſtri Philiatro DE WOCHER per magnetem facta, 4. (vid. c. n. dec. III. ſuppl. IV. p. 647.)

Unterricht für Fahnenſchmiede, über die Verletzungen, die den Pferden durch Waffen zugefügt werden, in Vorleſungen erklärt, die im Sommer 1778 *von* IOH. GOTTLIEB WOLSTEIN, *in dem K. K. Thierſpitale ſind gehalten worden, Wien.* 8.

H. A. WRISBERGII de praeternaturali et raro inteſtini recti cum veſica vrinaria coalitu et inde pendente ani defectu obſeruatio anatomica, c. f. aen. Gött. 4.

CHR. F. WÜNSCH *koſmologiſche Unterhaltungen für die Jugend, 2ter Band, von den auf der Erde ſich ereignenden Phänomenen, m. K. Leipz.* 8.

A Tour in Ireland made in the Years 1776-79. By ARTHUR YOUNG, Lond. 8. II Vols.

Tal om Sjukligheten i Fält, i Anledning af Pomerſka Kriget ifrån År 1757 til 1762 hållet for Kongl. Vetenſkaps Academien. vid. Präſidii nedläggande den 21 Iulii 1779, af PETER ZETZEL, Stokholm. 8.

E. A. W. ZIMMERMANN *über die Elaſticität des Waſſers, m. K. Leipz.* 8.

I. F. ZÜCKERTS *Unterricht für rechtſchaffene Aeltern zur diätetiſchen Pflege ihrer Säuglinge. Berlin.* 8.

Sopra la luteolo, pianta etc. Del ſignl. Cannonico ANDREA ZUCCHINI, Cortoneſe. in Firenze. 8.

Contenta in hac parte.

I. Philoſophical Transactions. Vol. LXX. for Year 1780. pag. 563
II. G. A. LANGGUTHII Opuſcula hiſtoriam naturalem ſpectantia. 574
III. *Einleitung zur allgemeinen Pathologie der anſteckenden Krankheiten*, *von* D. IOH. A. UNZER. 577
IV. IOH. GOTTL. WALTER de diſſectione ſynchondroſeos oſſium 584
V. De pollutione diurna, Auctore IOH. ERN. WICHMANN. 586
VI. THOM. COE *Abhandlung von den Gallenſteinen* 588
VII. ERN. GODOFR. BALDINGER Hiſtoria Mercurii et mercurialium Lib. I. 597
VIII. CHRIST. FRID. REUSS diſſertationes medicae 600
IX. IAC. FRIEDR. ISENFLAMM *Verſuch über die Knochen* etc. 603
X. ANDR. BONN deſcriptio theſauri oſſium morboſorum Houiani. 611
XI. AUG. CHRIST. REUSS nouae obſeruationes circa ſtructuram vaſorum in placenta humana 616
XII. CHRIST. THEOPH. HOFMANN ſuccincta deſcriptio oſſium et muſculorum. 619
XIII. FRIEDRICH LEBEGOTT PITSCHELS *anatomiſche und chirurgiſche Anmerkungen* 620
XIV. SAM. THOM. SÖMMERING *über die körperliche Verſchiedenheit der Mohren* 621
XV. An Inquiry into the nature and cauſe of that ſwelling, which ſometimes happens to Lying in Women, by CHARLES WHITE 623
XVI. IOH. GOTTL. BERNSTEINS *neues chirurgiſches Lexicon* 625
XVII. Journal de Médécine, chirurgie, pharmacie etc. T. LVII. et LVIII. 626

XVIII. Avis aux perſonnes, qui font uſage des eaux de Plombiéres, par Mr. DIDELOT. pag. 634
XIX. Diſſertation ſur le charbon malin de la Bourgogne, par Mr. THOMASSIN. Ed. II. 640
XX. Oratio IOANNIS FRANC. COSTE de antiqua medico-philoſophia 646
XXI. Analyſe de l'eau minérale des Fruges, par le SIEUR PIERRE DE RIBAUCOURT 650
XXII. PETRI REM. FRANC. DE PAULLA WILLEMET diſſ. de frigoris vſu medico 651
XXIII. Des maladies des femmes, par Mr. CHAMBON DE MONTAUX 652
XXIV. MESMER *kurze Geſchichte des thieriſchen Magnetiſmus* 668
XXV. Recueil des pieces les plus intereſſantes ſur le Magnetiſme animal 670
XXVI. Recherches et doutes ſur le magnetiſme animal, par Mr. THOURET 680
XXVII. ERNST GOTTFR. BALDINGERS *neues Magazin für Aerzte. Sechſter Band. 1tes bis 6tes Stück.* 684
XXVIII. CARL LUDWIG SCHMALZ *ſeltene chirurgiſche und mediciniſche Vorfälle.* 700
XXIX. Noua phyſico-medica. 705
XXX. Continuatio indicis ſcriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1779 prodierunt. 712

INDEX

A.

Abietis ramorum extractum ad potum nautis ſalubrem vtile pag. 8

Abſceſſuum tractatio, de ea monita 72

Acanthrus, nouum vermium genus 3

Acarum reduuium cuti inſidentem necandi et remouendi remedia 14

Acephali, de iis obſeruata 396

Acer pſeudoplatanus foliis variegatis ſemina non fert matura 249

Aceta officinalia, de iis eorumque parationis modo monita 110

Aceti vini vſus varius ac in clyſteribus 447 ſq.

Acetoſellae vis et ſucci ſal eſſentiale 102

Achillea millefolium, vid. *Millefolium.*

Acida, de eorum grauitate ſpecifica obſeruationes 124 ſeq. de eorum partibus conſtituentibus obſeruata 127. mineralia, eorum affinitas cum ſalibus alcalinis et neutris 131. cum metallis 131, 133 ſeq.

Acidum purum, quantum eius ad variorum ſalinorum corporum ſaturationem requiratur? 126 ſeq. 133 ſq. aëreum, de eius natura et ortu obſeruata 496. animalis pinguedinis, de eo experimenta 566 ſeqq. lactis, eius natura 7 ſeq. ſacchari lactis, eius deſtillatio 15. ſpati, eius natura 2. vegetabile, eius natura 335. vitriolicum, eius vſus et doſis ad aquam in nauibus conſeruandam 208. vitriolicum concentratum, de eius congelatione obſeruata 456

Ackermanni obſeruationes de morbis anni 1783 et 1784. 692. 698

Acrel, Ioh. med. prof. extraord. Vpſal. 352

Acta medicorum Suecicorum, Tom. I. 387

Acus magneticae, eas in nauibus ſuſpendendi modus emendatus 302. triquetra elaſtica eiusque vſus in hydrocele 313

Aedium incendia auertendi modus 290

Aegrorum diaeta 148 ſeq.

Aër, eius ſpecierum naturae et in medicina virium expoſitioni praemium conſtitutum 171. eius humiditatem dimetiendi methodi 24 ſeqq. humiditatis copia 28 ſq. eius puritatem cognoſcendi modi quaenam commoda in medicinam afferant? quaeſtionis ſolutioni praemium conſtitutum 177. de eius ſalubritate, natura et a variis effluuiis mutationibus obſeruata 284 ſeq. ex aquarum variis generibus euolutus,

euolutus, eius differentia 301. fixus, eius geneſis et natura phlogiſtica 129 ſeq. eius in ſtatu concreto grauitas ſpecifica 124 ſeq. inflammabilis quid ſit? 128. eius cum phlogiſto conuenientia ib. ſeq. eius natura et diuerſitas 300. eius inſpiratio quatenus noxia? 299. eius facile parabile genus 300. marinus et mari vicinus quoad ſalubritatem diuerſus 572. eum in noſocomiis ſalubriorem reddendi conſilia 455. rarefactus, motus et condenſatus, eorum actio in hygrometrum 30 ſeq.

Aetheris natura, de ea monita 27. vitriolici cum ſpiritu terebinthinae mixti vſus in colica hepatica 460 ſeq.

Aethiops antimonialis Huxhami, eius vſus in variis morbis 599

Aethiopum ab Europaeis diuerſa corporis fabrica 622

Agaricus, fungorum genus, eius ſubordines et ſpecies 270 ſeq. eius vſus in hectica 444

Agrorum fertilitatis cauſſa 339. decreſcentis cauſſa ib.

Albini, Bernh. Siegfr. hiſtoria muſculorum hominis, Edit. II. aucta 347

Albuminis oui natura et affinitas cum caſeo 7

Alcalina, de eorum grauitate ſpecifica obſeruationes 125 ſeq.

Alchemiſtica experimenta 408 ſeqq.

Alimentorum definitio 140. vſus et effectus in corpore animali 141 ſeq. e plantis deſumtorum diuerſitas, vſus et praeparatio 142 ſeq. e regno animali differentia et vſus 143 ſeq. vegetabilium animaliumque miſcelae vſus 144. vſus quoad temperamenta varius 145 ſeq. ratio in infantibus 146. in ſenibus ib. ſeq. quoad vitam ſedentariam et variam 147. in degentibus ſub calidiori climate 148. in epidemiis ibid.

Allioni, Car. acad. reg. Taurinenſis theſaurarius 352. floram Pedemontanam proxime editurum eſſe indicatur 355. Liber de pulſu indicatur ib.

Althaeae paſtae effoetae vſus noxius et letalis 427

Aluminis inuentio et hiſtoria 94 ſeq. genera tria Dioſcoridis 95. officinae primariae ibid. ortus ex pyritis 497. draconiſati ſeu tincti praeparatio et vſus 110

Aluminoſa terra, quibus mineralibus inſit? 294

Amauroſis, de eius natura obſeruata 99 ſeq. eius cauſſae et curatio 451. emeticis ſanata 165. variis remediis ſanata 85

Amilhon de tumore ſcirrhoſo pylori 627

de l'Ammanon, vid. *Lammanon.*

Amoreux, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 175

Amputatio membrorum, de eius

eius vſu et abuſu obſeruata 311 ſeq. contra eam monita 73. eius vſus et abuſus in vulneribus ſclopetorum 74 ſeq. capitis oſſis humeri, vid. *Os*.
Anaſarca, eius ratio et curatio 420. pulmonum, eius ſigna 333
Anatomicae adminiſtrationes, de iis monita 309. obſeruationes 343
Anatomico - pathologicae obſeruationes 84. practicae obſſ. 11. 162 ſq. 165 ſeqq. 570 ſq.
Anchyloſes cranii cum atlante 84. oſſium pubis 81 ſeq.
Andrée's John, Account of an elaſtic Trochar 313
Andropogon cotuliferum, planta 221
Aneuryſma, eius ſpecies et diſtinctio 77. veri a ſpurio diſtinctio ib. verum in humero curatum 465
Angina pectoris, morbus 5. num aſthma conuulſiuum? 6. eam curandi modus ib. de ea obſeruatio 164. polypoſa, eius curatio 420
Anguillae anatome 576
Ani defectus ſingularis 88
Animae ſedes 432
Animalium materiae nutrientis differentia et vſus 143 ſeq. craſſities praeternaturalis 698
Anobii, inſecti ſpecies nouae 485
Anthoceros punctatum et laeue 70
Antihectici Poterii vſus in hectica laudatus 445
Antilope ſyluatica, animal 13
Antimonii butyrum, vid. *Butyrum*.
Apoplexiae natura, ſpecies, ortus et cauſſae 399 ſeq. curatio 400
Apozematis febrifugi Richardi formula et vſus 113
Aqua quantum aëris varii abſorbeat? 301. eius in vapores diſſolutio, vid. *Vapores*. bulliens, eius calor varius 300. in qua ferrum fuſione liquatum in grana redactum ſit, vtilis in variis morbis 419. marina, de eius ſalſedine et grauitate ſpecifica experimenta 201. officinalis Plenkiana, eius praeparatio et vſus 111. ſaturnina Suecorum, eius praeparatio et vſus ib. Thedeniana, eius praeparatio et vſus ib. phagadaenica, eius formula 138. pura et ſalibus mixta, earum euaporatio diuerſa 42
Aquae mineralis Frugeſiae analyſis 650
Aquae ſoteriae Plombiereſiae, de iis commentatio 634
Aquarum Schwalheimenſium deſcriptio 687. in terris Brunsvicenſibus Sylloge ib.
Arabicum gummi, vid. *Gummi*.
Argentum artefactum, de eo experimenta 409 ſeq. eius minera vitrea Noruegica 302
Argillae ortus et natura 497. purae acidum vitriolicum ineſſe negatur 294
Arnicae decocti vſus in febribus intermittentibus 164

Arſenici vſus internus et effectus in febribus intermittentibus laudatus 164. vſus externi effectus lethales 426. ſumti praeſentiam in cadaueribus detegendi modi 427. albi vis venenata 103
Arterias intercoſtales laeſas curandi modus 466
Arthritis vaga cum febre putrida 627
Aſae foetidae vſus largior in tumore abdominali 448
Aſcaridum lumbricoidearum faſciculi, de iis obſeruata 196
Aſcitae caſus ſingularis 296
Aſclepiadis ſpecierum variarum floris diſſectio et ſtructura 238. 241 ſeq. notae characteriſticae 243
Aſperula taurina, de ea obſeruata 264
Aſthmatis conuulſiui cauſſae et curatio 403. curatio 6
Aſtronomicorum ſymbolorum antiquitas et ortus 406
Atmoſphaerae quoad vapores ratio 43 ſeqq.
Atramentum ſympatheticum parandi modus 195
Atropa belladonna, vid. *Belladonna*.
Auditus difficilis a ſaburra primarum viarum eiusque curatio 513
Auenae infeſta larua et muſca 204
Aurantiorum immaturorum virtus et vſus 103. Curaſſauicorum vſus ibid.
Aurium cancri natura 505
Auroras boreales figuris electricis exprimendi modus 97
Aurum, de eius tincturis variis obſeruata 452. artefactum, de eo experimenta 409 ſeq. eius degradatio 409. fulminans, de eius praeparatione monita 112
Ayenia inermis non gynandra, ſed decandra, planta eiusque character 245

B.

Bacher diarium, *Journal de Médicine* cet. continuans, nouaeque eius editionis inſtitutio et pretium 356
Bailheron de fluxu catarrhali veſicae 630
Baldinger, Ern. Godofr. ſelecta doctorum virorum opuſcula, in quibus Hippocrates explicatur 532. hiſtoria mercurii et mercurialium medica. Libellus I. 597. *neues Magazin für Aerzte*, *6ter Band* 684
Barometrum, eius variationum cauſſae 46 ſeqq. eo altitudines menſurandi praeceptorum expoſitioni praemium conſtitutum 348
Barrier, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 176
Bartenſchlag, a ſociet. reg. oeconom. Lugdunenſi praemium accepit 350
Baſaltes, cum eo inſtituta experimenta 349
Baſalticae columnae ad Confluentiam repertae 279
Baſellae rubrae baccarum vſus 223
Batſch, Aug. Io. Geo. Card. Elenchus fungorum 268

Baumes de morbo nigro 629
Belladonnae vis venenata 103. foliorum vſus cautus in cancro ibid. vſus in emplaſtro 117
Bernard de remedio ad cancrum faciei 628
Bernſtein, Io. Gottl. *neues chirurgiſches Lexicon* 625
Berolinenſis acad. ſcient. theſes et praem. ad ann. 1785. 170. ad ann. 1786. 705
Berthelon, ab acad. ſcient. Montisalbanenſi praemium accepit 179
Bignonia catalpa et radicans 252
Bilioſarum conſtitutionum ratio et cura 417
Bilioſo - pituitoſa conſtitutio hyemis et veris ann. 1780. Pragae obſeruata 161 ſeq.
Bilis, eius natura et indoles 589. cum ea experimenta inſtituta 594. de eius ſecretione obſeruata 595 ſeq.
Biſtouris, vid. *Inciſoria.*
Blenorrhagia, vid. *Gonorrhoea.*
Boccardi, acad. reg. Taurinenſis expeditionum director 352
Boiſſieu de methodis refrigerandi et calefaciendi 627
Boletus, fungorum genus, eius ſubordines et ſpecies 273 ſeq.
Boli in febre quartana formula 112. anthelmintici purgantis noufferiani formula ib.
Bonn, Andr. deſcriptio theſauri oſſium morboſorum Houiani 611
Bonnet, ab acad. reg. chir. Pariſina praemium accepit 173
Borie, Paſchalis, mortuus 181
Boſc d'Antic, eius obitus 354
Botanicae obſeruationes 228. 236 ſeqq. 256 ſeqq. 260 ſqq. 263 ſqq. 685
Botanices ſtudium, in eo vitia commiſſa 263
du Boueix, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 175
Boum lues, de ea monitum 422
Brachii luxatio 630
Bret, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 175
Brouſſonet academiae Montispelienſi 300 libras gallicas donauit ad praemium in elogium Petri Richeri de Bellval 545
Brückmanni obſeruationes medicae 687
Brugmanns, Sebald. Iuſtin. Diſſ. ad quaeſtionem: quaenam ſint plantae inutiles et venenatae caet.? praemio condecorata 337 ſq.. ab acad. Berol. praemium accepit 705
Bubones venerei, eorum antiquitas et diagnoſis veterum 156. de eorum curatione monita 522
Bucholz de ſcabie 689
Bücking, I. *der Arzt und der Afterarzt* 346. *Wie ſoll ein Wundarzt ſich geſchickt bilden?* ib. varia 686. 688.
Bulbocerus, nouum coleopterorum genus 209.
Burdegalienſis acad. ſcient. et artium theſis et praem. ad ann. 1786. 349
Burtin, Franc. Xaver. Oryctographie de Bruxelles cet. editurum eſſe indicatur 356

Buty-

Butyrum antimonii deſtillandi methodi 111

C.

Cabbage-Bark, cortex, eius vſus anthelminthicus 104

Caecae et ſurdae puellae caſus ſingularis 610 ſeq.

Caeſarea ſectio quando inſtituenda 82. eius vtilitas 478. de eius vſu monita 83. eius praeſtantia prae ſynchondrotomia 586

Calcareo ſicco ſubſtituenda mixtura calcarei pinguis cum magneſio 349

Calces metallicae ad pigmentum idoneae, de iis experimenta 453 ſeq.

Calcis cremor, ex eo expulſi aëris natura 457 ſeq. viuae ſub vſtione liberati aëris fixi effectus mortiferi 168

Calculi, ad eos diſpoſitionis in infantia cauſſarum et praeſeruationis expoſitioni praemium conſtitutum 177. fellei, de iis obſeruationes 482. eorum origo et proprietates 589 ſeq. 596. ſigna 591 ſeq. ſequelae ſeu effectus 592. curatio 593 ſeq. 596 ſeq. per anum educti 388. ii, vt cauſſa colicae hepaticae 460. poſt grauiorem morbum excretio et deſcriptio 479 ſq. diſquiſitio chemica 481. de eius ortu et curatione monita ib. ſeq. inteſtinorum, eorum ortus et ſigna 590. curatio 591. calculus veſicae vrinariae permagnus 615

Calli oſſium natura, ortus et geneſis 615 ſeq.

Calor, eius materiei et phlogiſti differentiae eſſentialis expoſitioni praemium conſtitutum 542 eius actio in hygrometrum 28 ſeq. de eius vi expanſiua et diſtributione obſeruata 203. eius quantitatem in corporibus ſolidis menſurandi modus 197. animalium et vegetabilium, de eo experimenta 280. vt cauſſa morborum 148. vernalis et aeſtiuus, eorum effectus in corpus humanum 147 ſeq.

Camellia ſaſanqua, planta 222

Camphorae in Iaponia praeparatio 223

Cancer, morbus, de eius ortu et cauſſa ſententiae veterum 499. eius definitionis difficultates ib. natura et diuerſitas 500 ſeq. diuiſio et ſigna 501. cauſſa proxima 505 ſeq. origo et remedia 76. ei medendi methodus 507 ſeq. latens et lethalis factus 500. faciei, aurium, mammarum, oculorum, vteri, vid. *Facies, Aures, Mammae, Oculi, Vterus.*

Cancer pulex, eius hiſtoria naturalis 203.

Candelam ſcintilla electrica accendendi modus 290

Cannabis macerationis theoriae expoſitioni praemium conſtitutum 350

Cantans inter bibendum 610

Cantharidum tinctura, vid. *Tinctura.* vſus externus 699

Caoutchou, reſinae ortus, praeparatio et vſus 104
Capillorum ſelectus et praeparatio ad hygrometrum 22
Capitis vulnera, de iis obſeruationes 314 ſeqq.
Cappel, Guil. Frid. obſeruationum anatomicarum decas I. 343
Carbones, eorum voluminis a lignis differentia 2. lignei, eorum partes conſtitutiuae et differentia 205 ſeq. eorum halitu noxio ſuffocatos refocillandi modus 299. eorum vapore demortuorum ſectio legalis 426
Carbunculus malignus, de eo diſſertatio 640. natura et cauſſae 642. ei medendi ratio 643
Carcinomatis origo et cura 76
Cariei oſſium diſtinctio et curatio 79. oſſium capitis horrendae caſus 318 ſeqq.
Caſtorei vſus in eſſentiis 118
Cataractae curationi inſeruiens culter 468. operationis per extractionem methodus 326. hiſtoriae ſeu exempla 327
Cauſtica, eorum vſus in cancro 507
Cauſtici vſus et effectus in hydrocele 202. vegetabilium natura 335 ſeq.
Ceanothus americanus, de eo obſeruata 253
Celtis auſtralis et occidentalis modus efflorescentiae 253
Cerebrum, eius commotionis vehementioris exemplum et effectus 316 ſeq. defectus in infante 395. de eius inflammatione obſeruata 315 ſeq. eius laeſionum ſignum 318. bouis petrefactum 621. eius vulnus lethale 692
Ceruſſae ſubſtituendae calces metallicae ad pigmenta, de iis tentamina 453 ſeq.
Chambon de Montaux des maladies des femmes 652
Chemiae definitio et vtilitas 406
Chemica obſeruata et experimenta 495 ſeq. ſymbola ad deſignanda corpora coeleſtia et metallica, eorum antiquitas et ortus 406
Cheſter, vrbis Angliae, ſalubritas 283
Chirurgicae animaduerſiones 463 ſeq. inſtitutiones 70. 461. obſeruationes 85. 314.
Chirurgici caſus 700
Chirurgus quomodo inſtruendus? 346
Cholelithi, vid. *Calculi fellei.*
Cholerae curatio 404
Chorea S. Viti, de ea obſeruata 403. electricitate ſanata 292 ſeq.
Chronicorum morborum claſſes quoad diaetae rationem 149
Cicindelae inſecti ſpecies nouae 488 ſeq.
Cicutae effectus dubii 320
Cimicum, inſecti, ſpecies nouae 489 ſeqq.
Cinchonae off. cortex, vid. *Peruuianus cortex.*
Cineres clauellatos parandi methodus noua 572
Cinnabaris factitiae praeſtantia 599. vſus dubius ib.
Cinnamomi arbor 4. corticis bonitatis notae ib. collectionis
nis

nis et transportationis modus ib. ſeq. de eius cultura monita 5. olei deſtillationis modus et pretium 5. tincturae vſus in haemorrhagia vteri 86
Clathrus, fungus, eius ſpecies 277. pedatus reticulo deciduo 64. pedatus reticulo fixo ib.
Clauaria, fungorum genus, eius ſubordines et ſpecies 276. ſpatulata 70
Claui, aduerſus eos remed. 79
Clauſthalienſis regionis aër, aquae et morbi 417
Cleomes ſpecies quaedam 266
Clerodendri trichotomi effectus 225
Clyſmatis nutrientis Plenkii formula 112
Clyſterum ex aceto vini paratorum vſus varius 447 ſeq.
Cobaltum, eius praecipitationis ope examen 16. ex eo colorem viridem obtinendi modus et ratio 10. 195. eius pulueris vſus externus, noxius 427
Coccineliae inſecti ſpecies nouae 485 ſeqq.
Cocos, marina dicta, quid ſit? 284
Coe's, Thom. *Abhandlung von den Gallenſteinen* 588
Colicae cauſſa proxima et curatio 404. hepaticae a calculis felleis ſigna et curatio 460 ſeq.
Collyrium ad variolas in oculis 418
Coluteae ſpecierum differentia 254
Comata, morborum neruoſorum claſſis 399
Commelina africana, planta 62. communis 63. tuberoſa ibid.
Commentationes ſocietatis regiae ſcientiarum Gottingenſis, Vol. I. 87
Conductorum acutorum praeſtantia prae rotundatis 283. 286. 289. 301
Contagioſorum morborum principium et cauſſae 577. notiones primariae et infectionis modus 578. origo varia ib. claſſes primariae 579 ſeq. indoles varia 581. communicationis ac in iis corruptionis humorum modi 582 ſeq. de eorum natura expoſitioni praemium conſtitutum 706
Conuallaria maialis an narcotica? 342. iaponica, eius vſus 223
Conuoluulus, eius ſpecies quaedam 250. proſtratus, planta 262
Conyza rupeſtris Linn. ſeu Barellieri 68
Corallium, gramen marinum dictum 284
Coria parandi modus, de eo monita 282
Corni ſpecies quaedam 251
Coſtae fractura ſingularis 607. laeſiones ab ictu ib.
Coſte, Io. Franc oratio, demonſtrans antiquam medico-philoſophiam orbi nouo eſſe adaptandam 646
Cotte a ſocietate reg. Pariſ. praemium accepit 707
Cotyledonis fabrica in porcello grauida 310
Court de Gebelin, Ant. de magne-

magnetiſmo animali epiſtola 674. mortuus 543
Coxarum caries ſingularis 570 ſeq.
Cranium, eius deformationis in acephalis cauſſae 396. fiſſura ſingularis in femina adulta 610. fiſſurae variae 613. ſuper eius fracturarum lethalitate iudicium difficile 606. de eius fracturis obſeruata ib. permagnum 84
Crataegi ſpecierum diuerſitas 254
Crurum imbecillitatis cauſſae 468
Cucurbitacearum plantarum filamentorum ſtructura 249
Cuffea viſcoſiſſima a lythro ſeparanda 262
Cullen's, Will. firſt Lines of the practice of Phyſic, Vol. III. 399
Cupreſſus pendula, arbor 222
Cupri mineras explorandi methodus noua 564. minerarum quarundam color coeruleus et viridis vnde? 456 ſeq.
Cutis cancri natura et ortus 505. maculae liuidae et ſubfuſcae, de iis earumque cauſſa obſeruata 513. 514 ſq.
Cycas reuoluta, planta, eius vſus 224
Cynanchi acuti floris partium deſcriptio 241

D.

Darwin, Car. Experiments eſtabliſhing a criterion between mucaginous and purulent matter 328. eius vitae deſcriptio ib.
Dauid, eius obitus 354. 544. eius vitae deſcriptio 709
Decoctum ad fungos articulorum Heiſteri 113
Deglutitionis moleſtae et doloroſae obſeruatio 321. difficilis 699
Delius, Henr. Frid. de cholelithis obſeruationes 479
Delphinii elati et hirſuti differentia 266
Dens molaris in ſubſtantiam carnoſam mutatus 608. dentium tartari cauſſa 468
Dermeſtes, inſectum, eius ſpecies nouae 484
Des Farges, vid. *Farges.*
Deſtremau, vid. *d'Eſtremau.*
Dethardiug, eius obitus 354. 544
Diabetes, de ea obſeruata 404. ſeq. eius ſpecies variae earumque curatio 331 ſeq.
Diaphanometri idea 55
Didelot avis aux perſonnes, qui ſont vſage des eaux de Plombiéres 634
Digitalis purpureae effectus et vſus in hydrope 333
Digiti phalanx oſſea in materiem ſebaceam conuerſa 608
Disjonval, Quatremere, vid. *Quatremere.*
Diuionenſis acad. ſcient. et artium theſis et praem. ad ann. 1786. 542
Dolichos ſoyae ſeminum vſus 225
Dolores ad partum excitandi remedia 325
Domorum ligneàrum parietes inducendi pigmentum 13
Doron, eius obitus 181
Doublet de febre petechiali 632. puerperali 633

Droſerae

Droſerae foliorum irritabilitatis et conuolutionis ratio 260
Dubois de electricitate 630
Du Boueix, vid. *Boueix.*
Ductus thoracici in oſſeam naturam transmutatio 570 ſeqq.
Dureuil, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 175
Dyſpepſiae ſigna et curatio 401

E.

Ebrietatis termini, effectus et ſequelae 332
Edinenſis ſeu Edinburgenſis ſociet. med. theſis et praem. ad ann. 1784. 171. ſocii et curatores actorum 172
Effluuiorum genera e corporibus terreſtribus euaporationis ope in aërem transeuntia 42 ſeq.
Ehrmanni deſcriptio aquarum Schwalheimenſium 687
Elaeoſacchara varia parandi modus, de eo monita 113
Electrica experimenta 283. 286. 289. 291. 301. 563 ſeq. ſcintilla, ea candelam accendendi modus 290
Electricae figurae, de iis obſeruata 96 ſeq. iis auroras boreales exprimendi modus 97
Electricitas, eam ſpectantia inuenta noua 303. eius vis in hygrometrum nulla 31. vis in minuenda longitudine filorum metallicorum 572. poſitiua et negatiua, de ea experimenta 291. de ea commentatio 630
Electricum fluidum, eius motum ac naturam inueſtigandi methodus noua 96. 563 ſeq.
Electrometrum nouum 564
Electroſcopii ad inſtar inſeruiens machina 96 ſeq.
Electuaria, eorum antiquitas et praeſtantia 114. electuarii antifebrilis Trilleri formula et vſus inſignis ib. gingiualis Argentoratenſium formula et vſus 115. e ſcordio Suecorum formula et vſus ib.
d'Elhuyar, noui metalli inuentor 180
Elixirii antarthritici caribaei formula et vſus 115. balſamici temperati Hoffmanni formula 116. ſtomachici Roſenſteinii formula ib.
Eloy de luxatione brachii 630
Emphyſematis natura et cauſſae 79
Emplaſtri anglici formula et praeparatio 116. emollientis et anodyni Brunſuicenſium formula et vſus 117. veſicatorii formula ib.
Empyema pectoris, de eo obſeruationes 86. a coſtis ante 30 annos fractis 11 ſeq. eius per metaſtaſin felix ſolutio 390
Emulſionis ſimplicis Richardi formula et vſus 117
Entero- epiplo - omphalocele infantis congenita 210
Epidemici morbi Pragae ſolemnes 160 ſeq.
Epilepſiae hiſtoria 692
Epileptici num matrimonium inire poſſint? 428
Erharti botanicae obſeruationes

nes 685. 691. ſylloge aquarum mineralium in terris Brunſuicenſibus 687. varia 690
Eruca rubi idaei 196
Eryſipelatis natura et curatio 73
Eſchenbach, Chriſt. Gotth. prof. chem. ord. Lipſienſ. 179
Eſſai ſur les Alimens. Nouvelle edition. Tome I. et II. 139
Eſſentiae carminatiuae heluetica formula 118. hyſtericae Durietzii formula et vſus ib.
d'Eſtremau, Antoine, mortuus 353
Eteſiarum ortus 44
Euaporationis theoria 33 ſeqq. quantitas eiusque diuerſae cauſſae 40
Euganho, inſula 284
Euonymi ſpecies quaedam 251
Exanthematum venereorum curatio 525
Exocoeti volitantis, piſcis, deſcriptio anatomica 288
Experiments eſtabliſhing a Criterion between mucaginous and purulent matter 328
Extracti ſaturni Goulardi formula et praeparatio 118

F.

Faba Pichurim, vid. *Pichurim*.
Faciei cancer, ad eum remedia 628
Fagarae piperitae vſus 222
des Farges, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 175
Febres, earum cauſſa proxima 527. de earum curatione obſeruata ibid. ſeq. annis 1774-1777 in Finnlandia graſſatae 196. bilioſo-pituitoſae an. 1780 Pragae frequentes, earum cauſſa, ſigna et natura 161. cum inflammatoriis complicatae, earum natura 162
Febris bilioſae hiſtoria 696. catarrhalis, pleuroſin imitans 632. lactea abortum ſecuta 19. lethifera Hippocratis, eius ratio 536. hectica, vid. *Hectica*; petechialis 632. putrida cum arthritide 627. puerperarum 634
Femoris luxatio ſingularis et noua articulatio 612. fracturae variae 614
Fermentationis theoriae expoſitioni praemium conſtitutum 170
Fiſtula lacrymalis, eius ſpecies tres earumque medela 93 ſeq. eam ſanandi methodus 570
Fiſtularum curatio 79
Flora Iaponica 213. Bremenſis, eius ſpecimen 268. Germanica optatur 261
Florentinae academiae della cruſca et degli apatiſti coniunctio et inſtitutio 542
Florum diſſectionis et ſtructurae diſquiſitionis modus 238. in diuerſis arboribus et herbis ſtructura diuerſa et euolutio 250 ſeqq.
Fluor ſpathoſus, de eo eiusque acido monita 2
Foetus cum matre nexus, de eo obſeruata 616 ſeqq. maturi ponderis et longitudinis

nis ratio 91. quoad partum diuerſa ratio ib.
Fomentationis Schmuckeri formula et vſus 119. ad gangraenam Richardi formula ibid. ad eryſipelas formula ibid.
de Fontanieu, Petr. Eliſabeth. obiit 181
Fornacum emendationi praemium expoſitum 542
Forſter, Georg. prof. hiſt. natural. Willnauiae et Conſiliar. intim. Reg. Polon. 179
Fouquet de ſtranguria per mercurium ſublimatum curata 633
Fourcroi lectiones element. hiſt. natural. et chem. 628
Fracturae oſſium, de iis monita 468
Fraxini ſpecierum diſtinctio et florum differentia 247
Frigore tactae vetulae diſſectio 343
Frugeſiae aquae mineralis analyſis 650
Fulguris in naues effectus de iisque phaenomena 7. abductores, vid. *Conductores.*
Fulmen a domibus auertendi modus 283. 286. 289
Fumigationum in phthiſi modus vſusque dubius 510
Fungi, de iis ſcriptores 269. eorum definitio et character naturalis ibid. genera 270. generum ſubordines et ſpecies ibid. ſeq. cur eſu noxii? 342
Fungi articulorum, in iis remedium 113
Furoris vterini curatio 448

G.

Galbani eſſentiae vſus in morbis 448
Galena plumbi, de ea experimenta et obſeruata 290
Gallarum acerbi principii natura 335
Ganglia, eorum ortus 77. curatio 466. neruorum, eorum macerationis vſus 304. diuiſio ibid. cum plexubus analogia 305. ſtructura ib. ſeq. vſus 306 ſeq.
Gangraena, eius cauſſae 73. de eius curatione monita 312. in ea fotus vtilis 119. in ea puluis 122
Garnier, Laur. obiit 354
Gazellae ſpecies Capenſis 16
Gazette de Santé 423
Geaſtrorum Michelii ſpecies quatuor 57 ſeq.
de Gebelin, Court, vid. *Court.*
Genu tumorum et cariei exempla 613
Geoffraeae inermis L. corticis vſus anthelminticus 104
Geranii ſpecies in duas familias ſeiunctae 265. nectariorum diuerſa ſtructura ib. Hudſonii a pyrenaico differentia ib.
Gingiuarum cancri ortus 505
Giſecken, cadaueris inciſio 697
Glaciei euaporatio 41. in feneſtris colliqueſcentis vaporum noxa 299
Glandium quernarum infuſi vſus in hydrope 450

Glandulae lacrymalis vſus 99. pinealis lapilli cauſſa maniae dubia 622
Gonius pectoralis, vermis 196
Gonorrhoea, eius antiquitas 151. 154. virulenta, de eius natura et curatione obſeruata et monita 517 ſeq. metaſtatica 518 ſeq. ei medendi methodus 519. vetus (*gleet*), eius cauſſa, diſtinctio et cura 520
Goquelin a ſoc. reg. med. Pariſina praemium accepit 707
Goſſypii differentiae et naturae expoſitioni praemium conſtitutum 173
Gottingenſis ſocietatis reg. ſcient. commentationes per annum 1778. Vol. I. 87. theſis et praem. ad annum 1785. 348
Granites ingentis magnitudinis ad caput bonae ſpei repertus 282
Graumann, P. B. C. medic. prof. publ. ord. Bützouii 354. 543
Guaiaci gummi ſolutionis praeparatio et vſus in angina pectoris 6. ligni vſus in lue venerea antiquitas 152
Gueret a ſoc. reg. med. Pariſina praemium accepit 706
Gummi arabicum, eius ortus 102. guaiacum, vid. *Guaiacum.*
Guttae anglicae cephalicae, earum formula et vſus 119
Gymnotus electricus, de eo obſeruata 575 ſeq.
Gypſum ſpatoſum Wall. de eo obſeruata 458. eius terram ponderoſam ſeparandi modus 459
Gyrinus capenſis, inſectum 489

H.

Haemorrhagia gingiuarum et vteri ſingularis 513 ſeq. vteri, eam ſiſtendi modi 86. a lacte ad inteſtina regreſſo 19. magna ipecacuanha ſanata 512
Haemorrhagiae vulnerum 75
Haemorrhoidalis fluxus ſanatio 389
Hausmann, eius obitus 544
Hecticae febris definitio, diuiſio et cauſſae 443. diagnoſis et prognoſis 444. curationis methodus ibid. ſeq. diaetae ratio 446
Hedyſarum caput galli, planta 258
Helminthochorton, eius ortus, natura et vſus anthelminticus 105
Hemerobius grandis, inſectum 489
Hensler's, Phil. Gabr. *Geſchichte der Luſtſeuche. 1ter Band* 149
Hepatis pori biliarii 621
Herbarium viuum colligendi modus 261. 265. eius vſus 266
Herbiniaux de laborioſis partubus 633
Hernia cerebri ſanata 322. ventris in linea alba 86. congenita ſingularis 210. herniarum congenitarum cauſſae 92
Hibiſcus africanus, vt ſpecies 258
Hippocraticae philoſophiae defenſio 538 ſeq.

Hippocratis libri περὶ καρδίης legitimatio 540
Höpfner's, Ioh. Georg. Albr. *Abhandlung über die Bereitung des Brechweinſteins* 411
Hofmann, Chriſt. Theoph. ſuccincta deſcriptio oſſium et muſculorum corporis humani 619
Hominum differentiae variae 144. quoad temperamenta diuerſa regiminis ratio 145. ab animalibus diſtinctio 430. vis vitalis quid ſit? 430
Humerum luxatum reponendi conſilium 621
Huſard, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 176
Hydnum, fungorum genus, eius ſubordines et ſpecies 274 ſeq.
Hydrargyrum, vid. *Mercurius.*
Hydrocele, de eius curatione ope cauſtici obſeruata 202
Hydrocephalus, cauſſa rupturae vteri 324. eius diſſectio 345. inſignis in vtero mortuus 609
Hydrophobia, eius ſymptomata et ſigna 429. de eius curatione monita 405. in ea remedia interna 76
Hydrops, eius ſpecies variae earumque ſigna 333. de eo obſeruata et monita 419. de varia ei medendi methodo monita 448 ſeq. aſcites, vid. *Aſcites.*
Hygrometriae theoria et principia generaliora 24 ſeqq. tabularum regulae generaliores et ratio 32. vſus 52. quae in ea adhuc deſiderantur 54 ſeq.
Hygrometrum e capillo humano conſtructum, eius fabrica et differentia 21. bonum, eius indoles et praeſtantia 26. ad id capillorum ſelectus et praeparatio 22. eo ſummam humiditatem et ſiccitatem reperiundi modi 23. eius graduum ratio 24. actio a calore 27 ſeq. qua ratione aëri exponendum et in eo obſeruandum ſit? 51
Hyoſeris lucida, planta 69
Hyperici ſpecies quaedam diſquiſitae 254
Hypochondriaſis definitio, cauſſae et curatio 402
Hyſteriae cauſſae et diagnoſis 405
Hyſterotomia, vid. *Caeſarea ſectio.*

I.

Iacobs, Io. Bern. vroedkundige Oeffenſchool 469
Iaponiae clima et ratio 215. eam adeundi et ibi plantas colligendi difficultates ib. ſeq.
Iaſminum grandiflorum et odoratiſſimum, de iis obſeruata 251
Iatropha papaya flores maſculos et femineos diuerſo tempore proferens 247
Icart, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 173

Iconum ſemeiotico-pathologicarum conſilium et vſus 482 ſeq.
Ignis e corporibus terreſtribus in aërem transiens num ſit euaporationis cauſſa? 39. eius quantitatem in corporibus ſolidis menſurandi modus 197
Ilei inteſtini inuaginatio 323 ſeq.
Ilex tetrapetala, de ea obſeruata 248
Illicii aniſati vſus varius 224
Imbert de effectibus abſceſſus 632
Impatiens balſamine, de ea obſeruata 247
Impotentiae venereae curatio 525
Inciſoriorum conſtructionis, variae adhibendorum rationis et correctionis expoſitioni praemium conſtitutum 174
Incruſtatum in littore maris Scotici repertum 295
Infantes neonati, eorum cura 472. diaeta 146. mortui viſi, eos refocillandi remedia 325
Infanticidium auertendi modus 421
Inflammationis externae cauſſae et ratio 71
Inflammatorii morbi 528. aeſtate ann. 1780 Pragae frequentes, de iis obſeruationes 162 ſeq.
Iniectio auricularis detergens Plenkii, eius formula 120. balſamica ad vlcera ſinuoſa ib. detergens ib. mercurialis ib.
Iniectiones anatomicae, de iis monita 310
Inoculatio variolarum, de ea obſeruata 418. 424
Inſectorum ſpecies nouae 484 ſeqq. napobraſſicam infeſtantium laruae duae 13
Integumenta corporis humani, de iis monita 309
Inteſtina, eorum communicatio cum vrinaria veſica 331. inuaginationes obſeruatae 323
Inteſtinum rectum, eius cum veſica vrinaria coalitus praeternaturalis 88 ſeq. ileum, vid. *Ileum.*
Inuaginatio inteſtinorum, vid. *Inteſtina.*
Journal de Médécine, chirurgie, pharmacie cet. eiusdem nouae editionis conſilium et pretium 356. eiusd. Tom. LVII. et LVIII. 626
Ipecacuanhae radix optima ex Braſilia 106. ex quibusnam plantis? ibid. eius vſus et doſis ibid. vſus in haemorrhagiis vteri 512. cum opio commixtae vſus ib. in dyſenteria 629
Ipomaeae ſpecies quaedam 250
Iris oculi, de eius motu obſeruata 99 ſeq.
Iris, plantarum genus, eius claſſes et ſpecies 299 ſeqq. ſpecierum variarum vſus et icones 232. germanica, eius radicem iridi florentinae ſimilem reddendi modus 106
Iſchuriae venereae curatio 521

Iſen-

Iſenflamm, Iac. Friedr. *Verſuch einiger praktiſchen Anmerkungen über die Knochen* 603
d'Isjonval, Quatremere, vid. *Quatremere.*
Iuglans, eius ſpecies quaedam diſquiſitae 254. nucum olei vſus in maculis corneae 451
Iungermannia pinguis, eius organa ſexualia 64 ſeq. trichophylla 66. barbata 67
Iuniperi baccarum vſus in hydrope 449
Ixia, plantarum genus, eius character 232. ſpecierum expoſitio 233 ſeqq. ſpecierum variarum vſus et icones 236

K.

Kirkland's, Thom. Thoughts on Amputation 311
Kirwand's, Richard, Experiments and Obſervations on the ſpecific gravities and attractive powers of various ſalines ſubſtances 123. Continuation of the experiments ib. Concluſion of the experiments ibid.
Koelreuteria procumbens, planta contorta pentandra 239. de ea obſeruata 240
Kongl. Svenſka Vetenſkaps Academiens Nya Handlingar. Tom. I. för År 1780. 1. Tom. II. för År 1781. 195
de Krzowitz, Wenc. Trnka, vid. *Trnka.*

L.

Labiorum cancri ſigna 504 ſeq.
Labium leporinum, de eo monitum 86
Lactis eiusque acidi natura 7 ſeq. materni praeſtantia in nutriendo infante 146
Lalouette de ſcrophulis 632
de Lammanon, acad. reg. ſcient. Taurinenſis ſocius 352
Langguth, Geo. Aug. Opuſcula hiſtoriam naturalem ſpectantia 574
Lanius collurio, auis 200
Lapides varii, cum iis inſtituta experimenta 294
Lapillus in corpore calloſo repertus 322 ſeq.
Lapis ingentis magnitudinis ad caput bonae ſpei repertus 282. ponderoſus ſeu grauis, eius examen chemicum 199. ex eo metallum nouum parandi modus 180. 200
Laruae auenae et cremori lactis infeſtae 204
Lauoiſierii experimenta ſpiritum vini combuſtione in aquam conuertendi 351
Lauri camphorae baccarum vſus 223. ceraſi foliorum aquae ſpirituoſae effectus venenati 569
Lemitochorton, vid. *Helminthochorton.*
Lentin, Lebrecht Fridr. Benj. *Beobachtungen der epidemiſchen und einiger ſporadiſchen Krankheiten am Oberharze, vom Jahr 1777 bis 1782.* 417

Lexell, acad. reg. ſcient. Taurinenſ. ſocius 352
Lichenis islandici in phthiſi vſus inſignis 510 ſeq.
Lichenum in medicina aliisque artibus vtilium expoſitioni praemium conſtitutum 541
Lienis prolapſio ſecundum Hippocratem explicata 537
Ligaturae artuum in haemorrhagiis vſus et noxa 515
Lignorum in carbones abeuntium volumen quomodo mutetur 3
Limonadam ex tempore parandi puluis 122
Linguae cancri natura et ſigna 504 ſeq.
Linneus defenſus 237
Liquores anodyni Trilleri, eorum formulae et vſus externus 120. liquoris meningum Schmuckeri formula 121
Lithanthraces, de eorum partibus conſtitutiuis experimenta 205 ſeq.
Lithopaedii hiſtoria 691
Lithophagi dentium ratio 610
Lobſtein, Io. Frid. obiit 354. 544
Longaeuitatem acquirendi ratio 147
Lopeziae radicis natura et vſus in alui fluxibus 106
Loquelae defectus a ſaburra primarum viarum eiusque curatio 513
Lorry, C. A. Eſſai ſur les Alimens. Nouvelle edition. Tome I. et II. 139
Lucani, inſecti ſpecies noua 484
Lugdunenſis acad. ſcient. et artium theſis et praem. ad ann. 1785. 179. ad ann. 1786. 541. ſociet. reg. oeconom. theſis et praem. ad ann. 1785. 350. 542
Lumbricus inteſtinum ileum perforans 343
Lupanarium inſtitutio et leges 158
Lurde de paracenteſi 628
Luxationes oſſium, de iis monita 608 ſeq. luxatio ſpinae dorſi, vid. *Spina.* — brachii, vid. *Brachium.*
Lycii iaponici et barbari vſus 222
Lycoperdon, fungorum genus, eius ſubordines et ſpecies 277. voluam recolligens 57. voluam reflectens ore pectinato ibid. voluam reflectens ore dentato 58. ſtellatum Linn. ſeu voluam explanans ib. ſeq.
Lyonenſis acad. ſcient., vid. *Lugdunenſis.*

M.

Maclurg's, Iac. *Verſuche mit der menſchlichen Galle* 588
Magazin für die gerichtliche Arzneykunde und medicinische Polizey. 1ter Band. 2ten Bandes 1tes Stück 420
Magneſia alba, de ea obſeruata chemica 127
Magneſii praecipitationis ope examen 16
Magnetis vſus et effectus in curationibus morborum 451. eum arte parandi methodus 295

Magne-

Magnetiſmi animalis hiſtoria 668. de eo opuſculorum collectio 620. in eum diſquiſitiones et dubia 680

Mammarum ſcirrhi, de iis obſeruationes 86. ſcirrhi inflammatorii cauſſae 502. tumorum duplex genus 501 ſeq. tumoris ſcirrhoſi et cancroſi cauſſa, ſigna et prognoſis 502

Manhemenſis acad. ſcient. electoral. theſis et praem. ad ann. 1785. 348

Mannae ortus et bonitatis quoad ſolum diuerſitas 107

Marchantiae polymorphae planta feminea 60. conicae et hemiſphaericae organa ſexualia 61

Marmor metallicum Cronſt. de eo obſeruata 458. eius terram ponderoſam ſeparandi modus 459

Martin, Roland. Afhandling om Ben-Sjukdomar 168

Maucharti diſſertationes de affectibus oculorum recuſae 600 ſeqq.

Maxillae inferioris ſpaſmus lethalis 167. de eo monita practica ib.

Medicamentorum variorum ſimplicium cenſura 136 ſeq. compoſitorum cenſura 137. nouorum officinalium index ib. vegetabilium principia effectiua 335

Medici et pſeudomedici ratio 346. caſus 700

Medicina, ad eam ſpectantium diſciplinarum ſeu methodologiae conſpectus 391 ſeqq. dynamica Hippocratica, eius fragmenta 537 ſeq. forenſis, eius promtuarium 420. ad eam ſpectantia opuſcula 398. ad eam diſſertationes et obſeruationes 426. medicinarum antiſcorbuticarum naturae expoſitioni praem. tributum 706

Medicus, Fr. Kaſ. *botaniſche Beobachtungen auf das Jahr* 1782. 236

Melancholia, quid ſit? 421

Melancholici aqua ſubmerſi anatome 167

Melitocortum, vid. *Helminthochorton.*

Meloës maialis vſus in hydrophobia 429

Menſtruus fluxus, vt cauſſa luis venereae a veteribus habitus 154 ſeq.

Mercuriale ſal acetoſum, vid. *Sal.*

Mercurialia remedia varia, de eorum in lue venerea vſu obſeruata 523 ſeq.

Mercurii fodinarum Idrienſium inuentio 597. crudi proprietates et effectus 598. eum purificandi modi ibid. de eius vſu et effectu monita ibid. in aurum et argentum transmutatio, de ea experimenta 408 ſeqq. dulcis praeparatio 139. praeparata ſulphureo mineralia 599. ſub vnguenti forma applicationis auctor 151. vſus in lue venerea antiquitas 150. 152. vſus in gonorrhoea virulenta 518. in hydrophobia 405

Mergus albellus, auis rarior 13

Merulla,

Merulla, Gaetano, Rifleſſioni ſulla natura, cagione e cura dei Cancri 498
Meſmers *Geſchichte des thieriſchen Magnetiſmus* 668
Meſpilus iaponica, planta 221 ſeq.
Metalli noui natura, ortus et inuentor 180. 200
Metallorum quantitas ad ſaturationem acidorum mineralium, de ea obſeruationes 131 ſeqq. praecipitationis ratio ex acidis 134 ſeq.
Meteora ignea, eorum ortus et cauſſae 46. meteori ignei maſſa chemice diſquiſita 179 ſeq.
Meteorologiae phaenomena explicata 43 ſeqq.
Meteorologicae diuinationes ſeu prognoſtica, eorum cenſura 53 ſeq. obſeruationes in itinere alpino inſtitutae 53
Metzgers, Ioh. Dan. *Grundriß der Phyſiologie* 429
de Meza, Sal. Theoph. Compendium medicum practicum. Vol. I. II. III. 526
Mezerei corticis vſus externus 80. vſus in albis articulorum tumoribus 165
Miaſma morborum contagioſorum quid? 578
S. Michaelis inſulae deſcriptio 286
Michell, Jan. Peterſen de ſynchondrotomia pubis commentarius 80
Militum ſanitatem praeſeruandi modi expoſitioni praemium conſtitutum 176
Milium venereum quid? 157
Millefolii virtus et oleum flauum 107. nobilis praeſtantia ibid.
Mineralia in terra abdita ex plantis ſupernaſcentibus cognoſcendi modi expoſitioni praemium conſtitutum 349
Minium, ex eo expulſi aëris natura 458
Mohrenheims, Joſeph. *Beobachtungen verſchiedener chirurgiſcher Vorfälle. 2ter Band* 85
Montaux, vid. *Chambon.*
Montes igniuomi, eorum veſtigia ad Rhenum 279. metalliferi, eos ex forma extima, lapidibus et ſaxis dignoſcendi modi expoſitioni praemium conſtitutum 348
Morand, Ioh. Franc. Clemens obiit 353
Morbi craſſi Hippocratis natura 535. miliaris 630. nigri Hippocratis natura 533. 535. ſigna et curatio 534. de eo animaduerſiones 629. phoenicei Hippocratis natura 536 ſeq. ructuoſi Hippocratis ratio 536. mulierum, de iis tractatus 652. virginis cuiusdam hiſtoria 689. epidemici 692
Moringae radicis natura et vſus 107. arbor incerta ib.
Morozz, Comes, acad. reg. Taurinenſis praeſes vicarius 352
Morus papyrifera, eius corticis vſus 222
Moſchi effectus et vires generaliores 434 ſeq. vſus in hydropho-

drophobia incongruus 436. in morbis conuulſiuis dubius ib. in morbis acutis noxius 437. in febribus malignis et putridis dubius ib. analogia cum opio 438
Moulinié de magnetiſmo animali epiſtola 676
Mucilaginis nutritiuae corporum indoles et mutationum cauſſae 141
Mucor, fungus, eius ſpecies 278
Mucum a pure diſtinguendi ratio 329 ſeq.
Müller, Otho Frid. eius obitus 545
Munniks, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 174
Murray, Adolph. Diſſ. in gangraenam ſcroti obſeruatio 396
Murſinna, Chriſt. Ludw. *mediciniſch - chirurgiſche Beobachtungen. 1te Sammlung* 313
Muſculi corporis humani, eorum deſcriptio 619. de eorum diſſectione monita 309. rarius occurrentes 84. quidam in phthiſico ſingulari modo corrupti 166. ſternomaſtoidei ſpaſmus electricitate ſanatus 282. oculi, vid. *Oculus*.
Muzel, Frid. Herm. Ludov. mortuus 544
Myrrhae partes conſtituentes et vſus 108

N.

Naeui, aduerſus eos remedium 121
Naphthae nitri et aceti vſus 138. pinguedinis animalis praeparatio 568
Napobraſſicam ab inſectis tuendi modus 13
Narium cancri diuiſio et ſigna 504
Natandi ſubſidia varia 211
Naturae operationum cum chemicis indagationibus comparatio neceſſaria 495
Naues a fulmine tuendi modus, de eo monita 7
Nebulae natura et ortus 36. denſiſſimae vaporum quantitas 45
Nectarium florum quid? 249. de eo monita ib. in geraniis diuerſum 265
Nerium, planta contorta pentandra 239. de eius diſquiſitione monita ib.
Neruei fluidi exſiſtentia dubia 431
Nerui, eorum compoſitionis ratio 305. plexuum cum gangliis analogia 305. intercoſtalis acceſſorii ortus et natura ib. ſeq. ſpinales, de iis obſeruata 307 ſeq. neruorum ganglia, vid. *Ganglia*.
Neruoſorum morborum ſignorum, cauſſarum et curationis expoſitioni praemium conſtitutum 176
Neruus naſopalatinus 310
Niccolum ope praecipitationis examinatum 16
Nicolai, Ernſt Anton. *Sammlung von Beobachtungen, Recepten und Kurarten* 447
Ninſi radicis vſus et pretium in Japonia 222 ſeq.

Nitri partium conſtituentium grauitas ſpecifica 124. 129
Nix, eius ortus et elementa 35
Noctua ſerici Japonica 208
la Noix, a ſociet. reg. oeconom. Lugdunenſi praemium accepit 350
Noſocomia conſtruendi, vt ſalubriora ſint, conſilia 455
Noſocomii medico-practici Pragenſis inſtitutum 160
Nouveaux Mémoires de l'Academie de Dijon. Premier Semeſtre 1782. 452
Nubium natura et ortus 36 ſeq. altitudo 45
Numi aurei ſocietatis filiorum Aeſculapii Edinburgenſis deſcriptio 329
Nutrientis corporum principii natura et proprietates 140 ſeq.
Nutritio, quid ſit? 140. eius genera et ratio 141. de ea monita 433
Nux vomica, de eius effectibus antiſpaſmodicis obſeruata 389. eius effectus et vſus noxius 109

O.

Obſtetriciae artis inſtitutiones 469. praeſtantia 470. ei inſeruientia inſtrumenta, de iis monita 477 ſeq.
Oculi humani, brutorum et auium fabrica diuerſa quoad muſculos 98. affectus varii medico-chirurgice conſiderati 600 ſeqq. membrana coniunctiua, in ea cancer obſeruatus 504. cancri ſpecies quinque, earum ortus et ſigna 503 ſeq. ortus a verrucis 504. morbi, de iis obſeruationes 85. morbi varii et in iis remedia 450. morbus ſingularis 281. vitium ſingulare 287
Oedematis curatio 79
Oeſophagi paralyſis 321
Oleum neroli et bergamottae 103. cinamomi, vid. *Cinamomum.* palmae, vid. *Palma.*
Omenti ſurſum retracti noxa 345
Ophthalmia, de eius curatione monita 450. venerea, eius curatio 524
Opii depuratio 138. nimia doſi aſſumti effectus letales 427 ſeq. vſus in morbis inflammatoriis, de eo obſeruata et monita 511. vſus et abuſus in capitis vulneribus 317 ſeq. in gangraena 312. in ſpaſmo maxillae 167. cum ipecacuanha coniuncti effectus et vſus in morbis rheumaticis 512
Orang-Outang, vid. *Simia ſatyrus.*
Ornithogali minimi a luteo differentia 267
Orobanche maior et laeuis quomodo inter ſe differant 264
Oryzae iaponicae praeſtantia 223
Oſſiculorum Bertinianorum vſus 621
Oſſis humeri capitis carioſi amputatio, ſaluo brachii motu 293.

293. occipitis fractura trepanatione ſanata 18. petroſi diffracti exempla 606
Oſſium corporis humani deſcriptio 619. vſus et ratio 604 ſeq. ſtatus praeternaturalis varius 605 ſeq. emollitionis exempla 608. corruptorum regeneratio, de ea monita 467 ſeq. morbi, de iis tractatus 168 ſeq. morboſorum ſenſibilitas 390. morboſorum theſaurus Houianus 611 ſeqq. ſyncipitis et oſſis frontis partis defectus in infante 211
Oſteoſteatoma vteri et femoris 388
Oſyris iaponica, arbor, eius character et vſus 221
Oxalis acetoſella, vid. *Acetoſella.*

P.

Paliuri clypeiformis modus effloreſcentiae 252 ſeq.
Palmae olei ortus, natura et vſus 109
Paracenteſis in infantibus hydropicis naſcendis inſtituenda 474. in duobus pectoris lateribus facta 628
Paradys, Nicol. med. prof. ord. Lugd. Batav. 352
Paralyſis, de eius curatione monita 401. balneis ſanata 629
Paraphimoſis, de eius curatione monita 522
Pariſinae acad. reg. ſcient. theſis et praem. in ann. 1785. 172. acad. reg. chirurg. theſes et praem. ad ann. 1785 et 1786. 173 ſeq. ſocietatis reg. med. theſes et praem. ad ann. 1785 et 1786. 176 ſeqq.
Parmentier, ab acad. ſcient. et artium Burdegalienſi praemium accepit 349
Parturientium ſitus, de eo monita 472
Partus hiſtoria et mechaniſmus 471. naturalis, quae in eo obſeruanda ib. ſeq. laborioſi ob vitioſam parturientis conformationem cauſae 473 ſeq. ob vitia in infante 474. praeternaturalis genera et obſeruationes 475 ſeq. difficilis feliciter peracti caſus 325
Paſtae ad naeuos formula 121
Paulizky, Heinr. Felix *medicinisch-praktiſche Beobachtungen. Erſte Sammlung* 508
Pauſus, inſectum, eius ſpecies nouae 204
Pectoris morbus rarior 166. morbus ſingularis a coſtis ante 30 annos fractis 11 ſeq. vulnera, ex iis humorum exſuctio noxia 465 ſeq.
Peluis oſſium in partu dilatatio aſſerta eiusque cauſſa 81. ſynchondroſeos ſectio, vid. *Synchondrotomia.*
Penis cancri natura 505
Pericardium cordi adnatum 344. vt cauſſa epilepſiae ib.
Pericranii cum oſſe coalitio 465
Periploca, planta contorta pentandra 239

Peritoneum, eius ortus 621. in hernia congenita nudum 211
Pernionum prognoſis et cura 74
Peruuiani corticis puluis num a magnete trahatur? 105. vſus in variis morbis 105. de eius vſu in febribus monita et obſeruationes 440 ſeqq. vſus in ſynocho putri incongruus 439 ſeq. vſus et abuſus in gangraena 73. uſus in fotu ad gangraenam 119
Peſtis verae miaſma quid? 582
Petrefactum in littore maris Scotici repertum 295
Peziza, fungorum genus, eius ſubordines et ſpecies 275 ſeq.
Phallus, fungorum genus, eius ſubordines et ſpecies 276
Pharmacia rationalis 135
Pharmacologiae regni vegetabilis inſtitutiones 334
Pharmacopoea generalis 101
Phaſiani varietas 572
Philoſophiae hippocraticae ratio 538 ſeq.
Philoſophical Transactions of the royal Society of London. Vol. LXVIII. et LXIX. 279. Vol. LXX. P. I. II. 563
Phimoſis venerea, de eius curatione monita 522
Phlogiſti natura et ratio 127 ſeq. quantum corpora varia contineant? 129. eius et caloris materiae differentiae eſſentialis expoſitioni praemium conſtitutum 542
Phthiſis pulmonalis endemice graſſans, eius cauſſae 509. in ea remedia 510
Phyſiologiae primae lineae 429
Pichurim, faba, eius natura et vſus 108
Pictoriae arti inſeruientia tentamina 453
Piderit, Phil. Iac. Pharmacia rationalis 135
Pileariorum morborum naturae et curationis expoſitioni praemium conſtitutum 172
Pilularum maiorum Hofmanni vſus 131. ophthalmicarum Schmuckeri formula ibid.
Pinguedinis animalis acidum, de eo experimenta 566 ſeqq. naphtha 568
Pinguiculae vulgaris character emendatus 256
Pitſchels, Friedr. Lebegott *anatomiſche und chirurgiſche Anmerkungen* 620
Placentae humanae vaſorum ſtructura 616. 618. vaſorum valuulae 618. de eius cum vtero nexu obſeruata 616 ſeqq. figura, craſſities et pondus 618
Plantae, earum claſſes quaedam ſuperfluae mutatae 216 ſeqq. genera noua Japonica 220. genera varia ad alias claſſes amandata 245 ſeq. ſpecies quaedam mutatae 227. de earum ſpecierum ac varietatum diſcrimine regulae 258 ſeq. earum partium nutrientis materiae diuerſitas

uerſitas 142 ſeq. nouae, earum icones 225 ſeqq. vtiles et inutiles in pratis, earum definitio 338. in ducatu Oldenburgico ſponte creſcentes rariores 256. 260. 267. contortae quaedam, earum deſcriptiones et diſſectionis modus 238 ſeqq. notae characteriſticae 243. cucurbitaceae, earum filamentorum ſtructura 249. dioicae hermaphroditarum formam gerentes, earum ſtructura 248. gynandrae, ſuper earum claſſe monita 216. 244. monadelphiae, earum claſſis diiudicata 246 ſeq. pabulares, iis ſuccedentes viliores plantae 340. ea de re monita ibid. venenatae, earum notio et claſſes 341. cenſura et noxa in bruta ibid. ſeq. Zizaniae, vid. *Zizaniae.*

Plantago exigua, planta 93

Platini examen ope praecipitationis 16

Platneri, Io. Zach. inſtitutiones chirurgiae rationalis. Edidit Car. Chriſt. Krauſe 461

Plazii, Anton. Guil. memoria et vitae deſcriptio 545 ſeqq. ſcripta 555 ſeqq.

de Plenciz, Joſeph. Acta et obſeruata medica 160

Plenkianae aquae praeparatio et vſus 111

Plenkii clyſma nutriens 112. iniectionum variarum chirurgicarum formulae 120

Pleurae ortus 621

Plombiereſiae aquae, de iis commentatio 634

Plumbi colorem delentia corpora 290. fuſio in grana cereuiſiae in vicino loco paratae noxia 423. ſtannique mixturarum examen inſtituendi modus 9

Poa maritima, planta 257

Politiae medicae promtuarium 420

Pollutio diurna tabeſcentiae cauſſa 587. eius diagnoſis, ſigna et curatio ib. ſeq.

Polygalae amarae vſus dubius in phthiſi 511

Polygoni chinenſis et multiflori vſus 223

Polypi narium ſpecies quatuor et operatio 77 ſeq. de iis monita 466. vaſorum plures in femina 344. vteri ſedes, natura et curatio 78

Polypodii auriculati a vulgari diſtinctio 263. dichotomi vſus 225

Poma a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 175

Pothonier de febre catarrhali pleuroſin imitante 632

Praeputii cancri ortus 505. cum glande coalitio et praeſciſſio 467

Pragenſis noſocomii medicopractici inſtitutum 160

Pratorum foecunditatis idea 338 ſeqq. ſterilitatis ſuccedentis cauſſa 340

Price's, James, *Verſuche mit Queckſilber, Silber und Gold* 407. eius obitus 411

Prignon, eius obitus 353

Proſtatae glandulae inflammationis

tionis et indurationis curatio 521
Pſydracia ab acaro reduuio 14
Pteridis aquilinae vſus 225
Pterygii ortus et cauſſa 464
Pubis oſſium nexus et ſynchondroſis 585. ſeceſſus ſingularis 586. ſymphyſeos ſectio, vid. *Synchondrotome.*
Puellarum mediae conditionis educatio 336. diaeta 337
Puerperarum cura 472. extremitatum inferiorum tumores, vid. *Tumores.*
Pulmones, eorum vſus in ſanguinem 431. lapideae duritiei 345. permagni ibid.
Pulueris antiſeptici Plenkii formula 122. refrigerantis Suecorum formula ibid. ad tormina infantum Roſenii formula ibid. pyrii vires, vid. *Pyrius puluis.*
Pupillae motus, de eo obſeruata 99
Puris geneſis et a muco differentia 72. 329. ſuper ea experimenta 330
Putredo contagioſa, quid? 584
Pyl's, Ioh. Theodor *Aufſätze und Beobachtungen aus der gerichtlichen Arzneywiſſenſchaft. Erſte Sammlung* 426
Pylorus, ad eum praeternaturalis tumor durus 166. tumor ſcirrhoſus 627
Pyrites aurifer, minera 302
Pyrius puluis, eius vires examinandi machina 15. exploſionis explicatio 300. eum vaporis aquei ope ſiccandi modus 207. 210
Pyrometri ſtructura 286
Pyroſis, morbus, eius ſigna et curatio 404

Q.

Quackſalber, notionis origo 151
Quartana, in ea remedium 112
Quatremere Disjonval, acad. reg. ſcient. Pariſinae membrum 543. ab acad. reg. ſcient. Pariſ. praemium accepit 173

R.

Radermachia, vid. *Sitodium.*
Rahns, Io. Heinr. Gazette de Santé. *1ter Iahrgang, 2ten Iahrgangs 1tes und 2tes Stück* 423
Raia torpedo, vid. *Torpedo.*
Ranunculi ſpecies noxiae 342
Recueil des piéces les plus intereſſentes ſur le magnetiſme animal 670
Refrigerandi et calefaciendi methodus 627
Renes, in iis corpuſcula piſiformia glutinoſa reperta 166
Reſinae elaſticae ortus, praeparatio et vſus 104
Reſorbentia vaſa, de eorum motu retrogrado obſeruata et monita 331 ſeqq. ex hoc oriundi morbi 333 ſeq.
Retzii, Andr. Ioh. prolegomena in pharmacologiam regni vegetabilis 334
Reuſs, Aug. Chriſt. Epiſc. Speierani archiater et Conſiliar. intimus 179. nouae

quaedam obſeruationes circa ſtructuram vaſorum in placenta humana cet. 616
Reuſs, Chriſt. Frid. primae lineae encyclopaediae et methodologiae vniuerſae ſcientiae medicae cet. 391. Diſſertationes medicae ſelectae Tubingenſes. Vol. I. II. 600
Rhachitis pullorum gallinaceorum 608
Rhamni Linn. generis diuiſio 252
Rhododendri vires medicae 627
Rhus vernix et ſuccedaneum, eorum vſus 223
Ribaucourt analyſe de l'eau minerale de Frieges 650
Riccia minima et glauca, plantulae 69. cryſtallina ibid. ſeq.
Richardi apozema febrifugum 113. boli in febre quartana formula 112. emulſio ſimplex 117. fotus ad gangraenam 119
Richter, Aug. Gottlieb *Anfangsgründe der Wundarzneykunſt. Erſter Band* 70
Ritter, Frid. Guil. obiit 543
Roederer, Io. G. tractatus de morbo mucoſo, editus a Wrisberg 414
Roſenfeld, Io. P. Ph. fanaticus et haereticus Berolinenſis 421
Roth, Albr. Wilh. *Beyträge zur Botanik. 1ter und 2ter Theil* 255
Roſa niualis, vid. *Rhododendrum.*
Rum, vid. *Taffia.*
Ruſſorum regimen antiſepticum 287

S.

Saccharum ſerendi et colendi ratio noua 297. lactis, de eius acido experimenta 15
Sago granorum ortus, praeparatio et vſus in phthiſi 108
Sal acetoſellae, de eo monita 102. mercuriale acetoſum parandi modus 122
Salia varia, de eorum grauitate ſpecifica obſeruationes 124 ſeq. quantum acidi puri contineant 126 ſeq.
Saluia coccinea, nilotica et nubia 93
Saluzze, Comes, acad. reg. Taurinenſis praeſes 352
Sandifort, Eduard. exercitationes academicae 84. anatome infantis cerebro deſtituti 395
Sanguinis indoles, de ea obſeruata 430 ſeq.
Saponis medicati formula et praeſtantia 122
Saturnina, de eorum vſu in hectica monita 445
Saturnini extracti Goulardi praeparatio 118
de Sauſſure, Horace Benedict. Eſſais ſur l' Hygrometrie 20
Scabies, de ea monita 689. ad eam vnguentum 698
Scarpa, Anton. academicarum annotationum Liber I. de neruorum gangliis et plexubus 304. Oratio de promouendis anatomicarum admini-

miniſtrationum rationibus 309
Schlegel, Ioh. Chriſt. Traugott, collectio opuſculorum ſelectorum ad medicinam forenſem. Vol. I. 398
Schmalz *ſeltene chirurgiſche und mediciniſche Vorfälle* 700
Schmidel, Caſimir. Chriſt. icones plantarum et analyſes partium etc. Manipulus II. 55
Schmuckeri fomentationis formula et vſus 119. liquor meningum 121. pilulae ophthalmicae ibid.
Schwalbacenſium aquarum medicatarum vſus in variis morbis 452
Schwalheimenſium aquarum hiſtoria 687
Schwediauer's, I. practical Obſervations on the more obſtinate and inveterate venereal Complaints 515
Schwenke, eius obitus 545
Scirpi maritimi et triquetri notae characteriſticae 256
Scirrhi cauſſae et curatio 76. ortus, diſtinctio et cauſſa 501. in cancrum degenerationis cauſſae 506. curatio ibid. ſeq. permagni in pudendis exſtirpatio 506
Scobis ligneae vſus oeconomicus 13
Scopoli, acad. reg. ſcient. Taurinenſis ſocius 352
Scorbuti regimen et cura 287
Scorzonera taraxaci, planta 262
Scriptorum phyſico-medicorum, quae anno 1779 prodierunt, index 182 ſeqq. 357 ſeqq. 558
Scrophulae, de iis tractatus 632
Scroti gangraenae cauſſae et ſpecies 397
Secretionis humorum ratio 431
Secundinarum in vtero reſiduarum periculum 424
Sedi acris Linn. vſus in vlceribus inueteratis 181
Seguier, Io. Franc. obiit 354
Seminis virilis proprietates 433
Semperuiuum arachnoideum, eius a montano differentia 68. globiferum Linn. 56
Senum diaeta et victus ratio 146 ſeq.
Serici texturae in Iaponia ratio 209
Seriola vrens, planta 63
Sideritis elegans, planta 93
Silicum ortus et natura 496 ſeq.
Simarubae effectus in dyſenteria 629
Simiae ſatyri, *Orang-Outang* dictae, organa vocis 296. pedum pollices diuerſi ibid.
Sitodii inciſi eiusque fructuum vſus 302
Sium ninſi, vid. *Ninſi radix.*
Sobaux de febre putrida cum arthritide 627
Soemmering, Sam. Thom. anat. et phyſiol. prof. in acad. Moguntina 352. *Ueber die körperliche Verſchiedenheit des Mohren vom Europäer* 622
Sophora alba, planta 93

Spaſmo-

Spaſmodico-conuulſiui epidemici morbi cauſſa et natura 388
Spaſmus electricitate ſanatus 282
Spatum, cum eo experimenta facta 294 ſeq. eius acidi natura 2. ſpecies ſingularis in Bohemia 295
Sphacelus cruris, de eo obſeruatio 387
Sphaerocarpus, plantula 59
Spielmann, Iac. Reinbold. pharmacopoea generalis. Pars I. et II. 101
Spinae dorſi luxatio aqua frigida curata 390
Spiritus vini decompoſitio et combuſtione in aquam conuerſio 351. animales, vid. *Nerueum fluidum.*
Squali glauci Linn. deſcriptio 287
Stanni ſulphuri natura mixti minera 212. plumbique mixturarum examen inſtituendi modus 9
Stapeliae hirſutae floris partium ſtructura 242
Starke, med. prof. ord. Ienenſ. 543
Sterilitatis cauſſae 471. terrarum idea et cauſſae 339
Strabiſmi ſpecies noua 281
Stranguriae venereae curatio 521. 633
Suctio mammarum in puerperis 625
Suffuſio, aduerſus eam pilulae 121
Sumatrae inſulae clima et hiſtoria naturalis 283 ſeq.
Supplicii genus crudele 610
Surdae et caecae puellae caſus ſingularis 610 ſeq.
Surditas venerea obſeruata 525
Synchondrotomia oſſium pubis, de ea monita 478. eius inuentio, hiſtoria et fata 80. quo in caſu exercenda 83. eius in partu difficili vtilitas dubia 81 ſeqq. 326. 585. ea ſectioni caeſareae poſtponenda 586
Syncope, eius differentia 401
Synochi putris cauſſae et natura 439. ei peruuianus cortex num medeatur? ibid. ſeq.

T.

Tabe demortui diſſectio 344 ſeq.
Taenia, aduerſus eam remedium 112
Taffia, eius praeparatio, analyſis et vſus 108 ſeq. 115
Tartarus animalis quid ſit? 567. calcareus, eius vſus in arte pictoria 454. emeticus, eum praeparandi modus emendatior 411 ſeqq. de eo experimenta 412 ſeq.
Taurae, quid ſint? 298. earum partium genitalium anatome ibid.
Taurinenſis acad. reg. ſcient. inſtitutio et ſocii 351 ſeq.
Taxi nuciferae fructuum vſus 225
Taylor, de eius meritis iudicium 603
Temperamenta, eorum ratio, differentia et notae 145. iis

iis diaeta conueniens ibid. ſeq.
Terebinthinae ſpiritus cum aethere vitriolico mixti vſus in colica hepatica 460 ſeq.
Terrae motus in vrbe Mancheſter eiusque effectus 285
Teſſier, ab acad. reg. chirurg. Pariſina praemium accepit 173
Teſticulorum tunicae vaginalis et faſciculi fabrica 91. ex abdomine in ſcrotum deſcenſus, de eo obſeruationes 89 ſeqq. eius ratio explicata 91 ſeq. tumoribus venereis medendi modus 520
Tetani ſpecies et curatio 403
Theae foliorum collectionis modi et vſus 224
Thedeniana aqua officinalis, vid. *Aqua.*
Thermae in inſula Sti Michaelis 286. quaedam Africae et Aſiae 198
Thermometri deſcenſus in vacuo Guerickiano cauſſae 38 ſeq.
Thomaſſin, diſſertation ſur le charbon malin, etc. 640
Thouret *recherches et doutes ſur le magnetiſme animal* 680
Thunberg, Car. Petr. botan. prof. Vpſal. 352. Flora iaponica 213. Iris. Diſſ. botan. 228. Ixia, Diſſ. botan. 232. Diſſ. entomologica, nouas inſectorum ſpecies ſiſtens. Pars I. et II. 483
Ticunas, venenum americanum, eius natura et effectus 568 ſeq.
Tierens, a ſociet. reg. oeconom. Lugdunenſi praem. accepit 350
Tinctura cantharidum, de ea monita 139
Torpedo veterum ac recentiorum, piſcis 575 ſeq. eius ſpecies 576
della Torre, Io. Bapt. obitus 543
Tralles, Balth. Ludov. de limitandis laudibus et abuſu moſchi in medela morborum Diſſ. 434
Trichocephalus, vermium genus 416
Trichurides, nouum vermium genus 415. earum hiſtoria et deſcriptio ibid. ſeq. ſpecies duae 416
Trilleri electuarium antifebrile, vid. *Electuarium.* Liquores anodyni, vid. *Liquores.*
Trnka de Krzowitz, Wenceſl. hiſtoria febris hecticae 442
Tumorum extremitatum inferiorum in puerperis ſymptomata 624 ſeq. cauſſa proxima ibid. ſeq.
Tungſtein lapis, vid. *Lapis ponderoſus.*
Turbines aquei, de eorum phaenomenis experimenta 2. 7
Turfa, de eius vſu monita 209
Turnerae plantae quaedam ſpecies 264
Tuſſis conuulſiua epidemica, de eo obſeruata 163. ſpaſmodica, eius cauſſa et curatio 163

V.

Valperga di Caluſo, Abb. acad. reg. Taurinenſis ſecretarius 352
Valuulae vaſorum placentae humanae 618
Vapores, quid ſint? 33. 42. aquoſi, eorum differentia 33. aquoſi elaſtici, eorum diſſolutionis in aëre ratio ib. ſeq. veſiculares et concreti, eorum natura 35 ſeq. 43. eorum per atmoſphaeram diſtributio 43. emollientes, eorum inſpirationis vſus in phthiſi 510
Varicum curatio 77
Variolae bis obſeruatae 528. in foetu neonato obſeruatae 568. naturales artificialibus ſubſecutae 418. de earum curatione monita 418
Varnier, Ludov. obitus 180. ſcripta 181
Vaſorum omphalo-meſaraicorum deſcriptio anatomica 459
Vaſtapani, Petr. Io. de china china in ſynochis putribus 439
Vden's, K. F. *über die Erziehung der Töchter des Mittelſtandes* 336. *Magazin für die gerichtliche Arzneykunde* etc. 420
Vegetabilium nutrientis materiae differentia et praeparatio 142 ſeq. eorum ac mineralium analogiae expoſitioni praemium conſtitutum 349
Venae cauae ſuperioris ſitus ſingularis et diuiſio 210
Venaeſectionis vſus in eryſipelate 73
Venenum americanum, *Ticunas* dictum 568 ſeq.
Venerea vlcera, vid. *Vlcera.*
Venerea lues exeunte ſaeculo XV in Europa apparens, eius hiſtoria 149 ſeqq. eius antiquitas 156. 158. de eius antiquitate monita 407. de ea ſcriptores antiquiores eorumque obſeruata 150 ſeqq. eius origo controuerſa 151. origo et infectio 516. infectio foetus in vtero dubia 517. periodi 152. ſymptomata localia, cauſſae et diagnoſis veterum ibid. ſeqq. contagii ratio et praeſeruatio 155. ſymptomata varia 157. impuritatis veſtigia in veteribus ſcriptis non medicis 158. de eius ſignis et curatione monita 523. contra eam remedia apta praeter mercurium 524
Venerei morbi varii et laruati eorumque curatio 524 ſeq.
Venti, eorum ortus 46. ad variationes barometri quid conferant? 49 ſeq.
Ventriculi imbecillitatis curatio 401
Veris praenunciae 19
Vermes, eorum ouula necandi remedium 344
Vermis in inteſtinis oſmeri et gadi lotae habitans 3
Vermont, academiae reg. chirurg. Pariſinae pecuniae ſummam donauit 174
Veronicae maritimae a longifolia diſtinctio 256

Verrucae, aduerſus eas remedia externa 78
Veſica, eius fluxus catarrhalis 630
Veſicatoriorum vſus et abuſus in febribus acutis 528. veſicatorii emplaſtri formula 117
Veſuuii incendium ann. 1779. de eo obſeruata 565 ſeq.
Vibices venereae 157
Viciae narbonenſi affinis ſpecies 258. incuruae deſcriptio 267
Victus ratio, vid. *Alimenta.*
Vieuſſeux, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 175
Vincae roſeae floris ſtructura 244
Violae caninae et montanae fructificatio ſingularis 264
Viſus vitium quoddam ſingulare 287
Vitex, eius ſpecies quaedam 252
Vitriolum veterum eiusque notio diuerſa 95. eius acidum, vid. *Acidum.* aether, vid. *Aether.*
Vlcera, eorum ſpecies et remedia 79. venerea, de iis eorumque cura monita 521
Vmbilicalia vaſa, vid. *Vaſa.*
Vnzer, Ioh. Aug. *Einleitung zur allgemeinen Pathologie der anſteckenden Krankheiten* 577
Vocis organa in ſimia ſatyro 296
Vogel, Adolph. Frid. obiit 545
Voltelen, med. prof. ord. in acad. Lugd. Bataua 543
Vomica nux, vid. *Nux.*
Vomitusillioſi cataractae depoſitionem inſequentis cauſſa 85. diuturni et letalis cauſſa 166
Vreteris ſiniſtri occluſio 89
Vria grylle, auis, eius hiſtoria naturalis 207
Vrinae ſaporis dulcis in diabete cauſſa 404 ſeq.
Vrinariae veſicae paracenteſis 390
Vrticae niueae vſus 222
Vteri ratio in femina ſterili 344. cancri ortus, cauſſae et ſigna 502 ſeq. haemorrhagia, vid. *Haemorrhagia:* polypus, vid. *Polypus;* ruptura obſeruata 324. tumor polypoſus permagnus 84. vaſorum iniectio in porcello 310. vaginae cancri cauſſa 503. curatio 508
Vuariae iaponicae vſus 224
Vueae motus, de eo obſeruata et monita 99
Vulnera, de eorum deligatione monita 74. ſclopetorum, de iis obſeruata et monita ibid. ſeq. vulnus ab ictu globi ſingulare ſanatum 200. de eo monita 201

W.

Wagler, Car. G. tractatus de morbo mucoſo, editus a Wrisberg 414
Wall's, Martin. Diſſertations on ſelect ſubjects in chemiſtry and medicine 405
Wallerius, Ioh. Gottſchalk. Tal om nödig jäm förelſe emellan de chemiſka Vnder-

derſökningar och Naturens verkningar 495
Walter, Ioh. Gottlieb *von der Spaltung der Schaambeine in ſchweren Geburten* 584
Waſſerhoſen, vid. *Turbines aquei.*
Weigela Iaponica, nouum plantarum genus 8
Weis, Frid. Guil. archiater Landgrauii Haſſ. Rothoburg. 543
Werner, Paul Chr. Fr. in anat. theatro Lipſ. profector 179
White's, Charles, Inquiry into the nature and cauſe of that Swelling in one or both of the Lower extremities, which ſometimes happens to Lying-in Women 623
Wichmann, Ioh. Ern. de pollutione diurna frequentiori, ſed rarius obſeruata, tabeſcentiae cauſſa 586
Willemet de rhododendro 627. de frigoris vſu medico 651
Winterani corticis ortus, deſcriptio et vſus 109
Wolf, Nathanael Matthaeus, mortuus 544
Wolfahrth, I. A. eius obitus 544
Worlook, Simeon, a ſociet. reg. med. Pariſina praemium accepit 176
Wrisberg, Henr. Aug. de trichuridibus, nouo vermium genere 414

Z.

Zephyri ortus 44
Zinci vſus in arte pictoria 454. amalgama ad experimenta electrica idoneum 289
Zizaniarum (plantarum) ſpecierum, noxae ac vſus expoſitioni praemium conſtitutum 170

Emendanda.

Emendanda.

pag. 1. lin. 11. uno	lege anno
p. 4. lin. 30. negoiium	lege negotium
p. 12. lin. 17. aparuerunt	lege adparuerunt
p. 16. lin. 26. incum zimmiſit	lege Zincum immiſit
p. 17. lin. 3. quae	lege qui
p. 19. lin. 32. rhabarbara	lege rhabarbaro
p. 28. lin. 2. expbleat	lege explebat
p. 50. lin. 9. pluuium	lege pluuiam
p. 52. lin. 17. eandem	lege eundem
p. 60. lin. 15. ſtylus	lege ſtylum
p. 65. lin. 35. duobus	lege duabus
p. 69. lin. penult. praecedenitum	lege praecedentium
p. 71. lin. 27. coſtrictio	lege conſtrictio
p. 78. lin. 20. latere	lege lateri
p. 89. lin. 29. dat	lege dant
p. 90. lin. 11. diſpoſitas	lege diſpoſitam
p. 91. lin. 7. et 8. quartam — naturales	deleatur
p. 94. lin. 32. ili	lege illi
p. 96. lin. 21. quae	lege quas
p. 98. lin. 7. differe	lege differre
p. 112. lin. 9. ſimuli	lege ſtimuli
p. 126. lin. 24. conſtitutientium	lege conſtituentium
p. 128. lin. 32. quae	lege quas
p. 130. lin. 34. receptum	lege receptam
p. 131. lin. 27. apparantem	lege apparentem
p. 134. lin. 19. ea	lege eo
p. 136. lin. 17. Quam	lege Qua
— lin. 18. rationem	lege ratione
p. 146. lin. 27. racent	lege carent
p. 147. lin. 19. valedutinem	lege valetudinem
p. 156. lin. 16. caſis	lege cauſis
— lin. vlt. principium	lege principum
p. 174. lin. 14. quaſtionem	lege quaeſtionem
p. 196. lin. 22. egregie	lege egregio

pag. 196.

pag. 196. lin. 30. quae	lege quas
p. 202. lin. 17. notandam	lege rotundam
p. 205. lin. 27. ineſt	lege inſit
p. 209. lin. 15. ſumendos	lege ſumendas
p. 210. lin. 18. quocum	lege quacum
p. 225. lin. 8. qui	lege quae
p. 236. lin. 11. *frutricoſae*	lege *fruticoſae*
p. 248. lin. 6. et 7. larali	lege laterali
p. 254. lin. 11. reiiciendos	lege reiiciendas
p. 267. lin. 26. continet	lege continent
p. 273. lin. 8. ſubinquales	lege ſubinaequales
p. 294. lin. vlt. deſtillato	lege deſtillata
p. 306. lin. 23. duorum	lege duarum
p. 318. lin. 4. ob	lege vt
p. 322. lin. 29. terque	lege tresque
p. 328. lin. 27. huic	lege huius
p. 340. lin. 17. ſterioliore	lege ſteriliore
p. 341. lin. 9. humi	lege humo
p. 342. lin. 2. care	(deleatur)
— lin. 29. quos	lege quae
p. 343. lin. 30. His	lege Hic
p. 344. lin. 27. viuere	lege viuere potuerit
p. 362. lin. 4. partes	lege partu
p. 363. lin. 1. generale	(deleatur)
— lin. 34. aequilibris	lege aequilibrio
p. 365. lin. 23. digeſta	lege digeſtae
p. 371. lin. penult. epitome	lege epitomen
p. 380. lin. vlt. containg	lege containing
p. 390. lin. 28. tempeſtatem morbosque	lege tempeſtas morbique
p. 396. lin. 27. arthritite	lege arthritide
p. 400. lin. 32. apparat	lege apparet
p. 402. lin. 17. coniunctum	lege coniunctam
p. 415. lin. 29. fuerint	lege fuerit
p. 422. lin. 6. et 7. natura	lege eiusque natura
p. 433. lin. 29. quorum	lege quarum
p. 437. lin. 5. affectus	lege effectus
p. 447. lin. 19. Autore etc.	deleantur et in lin. 23. poſt *collectio* ponantur
p. 448. lin. 28. *fomentotionibus*	lege *fomentationibus*
p. 460. lin. 6. dicta	add. excurrunt
p. 464. lin. 22. alique	lege aliqua

pag. 465. lin. 17. perniciſſimo	lege pernicioſiſſimo
p. 467. lin. 22. dgitis	lege digitis
p. 470. lin. 18. continens	lege continentem
p. 474. lin. 8. immobilis	lege immobili
p. 477. lin. 22. directum	lege directa
p. 478. lin. 4. et	lege verum et
p. 486. lin. 30. copiteque	lege capiteque
p. 494. lin. 15. diſſert	lege differt
p. 496. lin. 33. ruperta	lege reperta
p. 553. lin. 3. vota	lege voto
p. 558. lin. 5. indigatis	lege indagatis
p. 597. lin. 13. opiniores	lege opiniones
p. 608. lin. 31. indicibus	lege radicibus
p. 620. lin. 9. talius	lege talis